



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>







IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMQVE

~~MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA~~ EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

EDITIO NOVA

VARIORVM CVRIS ~~EMENDATION~~ ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

VOLV MEN OCTAVVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCII

LIPSIAE EX OFFICINA BREITKOPFIO - HAERTELIA

70. d. 54.

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

E D I T I O N O V A

VARIORVM CVRIS EMENDATION ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

ACCEDVNT

CHRISTOPHORI AVGVSTI HEVMANNI

SVPPLEMENTA INEDITA

V. STAVVM

TVM BOHN

PRIO - HARRI

vold-

epetita

ideo-

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.

1900

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.



CHICAGO, ILL.

1900

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

CHICAGO, ILL.

1900

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY

OF THE

P R A E F A T I O

Quae in octauo hoc volumine reperiantur capita, partes voluminum
ferti, septimi et octauum secundum vet. editionem, ea ex indice illorum sub-
iecto facile cognosces, LECTOR BENEVOLE! Causa vero, cur ex tri-
bus voluminibus hocce sit collectum, haec est, quoniam multa, quae existi-
rent in vet. editione, vel a me in aliam iam reiecta erant antecedens volu-
men, locoque posita commodiore, vel post Fabricii aetatem alibi repetita

ideoque, quae recuderentur, minus necessaria in praesenti videbantur. Quapropter in continuatione capitis quinti omisi 1) historiam *Genesis*, in volumine VII. pag. 530. expositam; 2) longiorem de Caerimoniali *Constantini Porphyrogenneti* locum, ex codice quondam Vffenbachiano, nunc Lipfienfi, et *Maii* bibl Vffenbachiana msta a Fabricio sumtum, toto illo opere posthaec in lucem edito; 3) indicem capitum in *Eudociae Iuvia*; 4) *Banduri* conspectum operum *Nicephori* CPol. iam in superiore volumine pag. 610. exhibitum; 5) conspectum chronologicum historiae CPolitanae, et catalogum tam patriarcharum CPolit. post urbem captam, quam imperatorum ac patriarcharum CPol. ordine alphabetico compositum, et alia. Contra capiti VI. addidi caput de *Cointo*, *Tryphiodoro* et *Colutho*. In volumine VII. vet. ed. tria priora capita continuerant vitam *Apollonii Dyscoli*, *Herodianorum* aliorumque grammaticorum graecorum, nec non *Iuliani* et *Libanii*, insertis pluribus horum scriptis, a Fabricio primum e MSS. erutis. Sed illis supra, in vol. VI. commodior datus est locus, iis praeterea rescisis, quae post Fabricii aetatem in aliis libris atque collectionibus partim melius curatiusque recusa sunt. Pariter in capite XII. *Manuelis Philae* carmina, a Fabricio olim primum publicata, sed in Wernsdorfii editione repetita atque explicata, in noua hac editione praetermittenda iudicaui; vti etiam

etiam indicem *Metaphrasum* Psalmorum poeticarum, non graecarum, ab instituto nostro et Bibliotheca graeca alienum.

His igitur in praesenti exclusis, factum est, ut etiam ex volumine VIII. vet. ed. caput de *Gregorio Nysseno* possem recipere. Id quidem volumen olim inceperat ab historia *Themistii* litteraria, siue capite XVIII. sed illa in vol. VI. pag. 190. nostrae editionis iam exposita est. Caput vero sequens de *Basilio* propter spatii angustias, quia illius paullo longioris repetitio superasset numerum plagellarum, huic volumini definitum, futuro volumini reseruare sum coactus.

Alio quoque tempore ea, quae vel memoria exciderant, (quod quidem in tanta rerum copia, quae premit, facile potuit accidere,) vel mihi, in pertractando hoc volumine versato, erant plane incognita, (ecquis est, qui vel in amplissima sedens bibliotheca, omnia, quae notatu digna videntur, legerit, tenueritque memoria?) et a me, quum dies diem doceat, aut ab amicis aliisque viris doctis, quorum symbolas, admonitiones correctionesque grata mente accipiam, ad augendam emendandamque hancce bibliothecam commoda necessariaque obseruabuntur, b. c. d. sedulo colligam,

gam, suoque loco et tempore adnotabo. Neque vero necesse erat, omnia, quae dici poterant, praesertim de vita, factis, opinionibus erroribusque, et doctrina scriptorum ecclesiasticorum, et de controuersis discidiisque, in christianorum ciuitate ortis, ab aliis, a me ubique frequenter laudatis, saepius decantata, fufius repetere, aut latius explicare. Et tamen lubentèr fateor, largam segetem posse adhuc colligi. Sic cel. *Beckio* nonnulla, ea-que egregia, debes additamenta. Atque ego Viri humanissimi atque inexhaustae eruditionis amicitiam, sollicitiam diligentiamque tum iis passim sup-
plendis, quae a me omiffa erant, tum erroribus typographicis tollendis maximi aestimo atque exosculor. Ille enim, addito socio, (postquam cel. *Künöchl* Lipsiensem litterarum vniuersitatem mutauit cum Giessensi, quam in praesenti ornat,) cl. *Rosenmüllero*, Professore Lipsiensi, filio maximo natu vener. mihiq.ue amicissimi *D. Rosenmülleri*, omnem curam industriamque praestitit in corrigendis operarum peccatis. Et tamen, (ecquis adeo erit inhumanus, qui in tam vasto opere, vrgentibus interdum typhothetis, id miretur aut culpet?) quaedam vitia typographica *) vel aciem oculorum effugerunt, vel, quod haud raro fieri solet, remanserunt.

Infu-

*) Quaedam, in quae casu incidi, hic corrigam omiffa aut peccata typographica:

Insuper quaedam supplementa beneuole mihi suppeditarunt *Sixtus*, Theologus Aldorfinus cel. et ocl. *Müllerus*, Rector scholae Citizenis, (atque ego gratus agnosco praedicoque illorum humanitatem atque promissitudinem;) sed ea, dolui, in manus meas venisse, postquam plagulae, ad quas pertinuerunt illorum observationes, iam in manibus typographi Lipsiensis haeserant, nec pausa h. me occupata fuisse deprehendi. De quibusdam,

quia

B. I. in indice 88. lin. 9. post. r. i. videretur add. XXVII. cat. *episc. Byzantini* ante *Constantinum M.* et deinceps muta numerum paragraph. — Pag. 30. lin. 1. scr. XVIII. et deinceps pag. 33. XIX. pag. 35. lin. r. XX. — pag. 74. lin. 1. scr. XXII. — pag. 83. lin. 4. scr. XXIII. et p. 85. (vbi falso numeratur 83.) lin. 14. scr. XXIV. ac p. 87. lin. 4. XXV. tam p. 99. lin. 1. scr. XXVI. — p. 101. lin. 1. corr. XXVII. et sic porro. — pag. 119. in not. o. lin. 6. leg. *mihi* et lin. 15. *Hedodorum*. — pag. 144. lin. suprema l. vol. VI. p. 804 — 805. — pag. 166. sub fin. l. *Alidina*. — pag. 168. lin. 33. l. *comparat*, pag. 184. nr. 2. l. *dubitat*. — pag. 224. lin. 6. scr. *Bollandiani*. — pag. 256. lin. 14. l. *scriptor*. et lin. 25. l. *aduersarium*. — pag. 308. lin. 18. l. *CPolitana*. — pag. 320. in not. lin. 6. l. *adnotante*. — pag. 343. in not. alter. columnae lin. 33. l. *defuncto*. — pag. 362. in not. lb. lin. 2. l. *quanta*. — pag. 368. lin. 2. l. *misit*. — pag. 417. in suprema lin. male excusus est numerus 517. — pag. 434. lin. 9. post, *quemdam* pone comma. — pag. 562. lin. 20. l. *gracc*. — pag. 566. lin. 25. l. *diutius*. — Reliquas plagulas, quoniam nondum habeo, vel leuiter recognoscere nequeo. TV vero L. B. his et reliquis peccatis, siue a memet ipso, siue a typotheta commissis, beneuole ignoscas velim.

Pag. 443. lin. 3. Editio *Viennensis* neuera exstat, et Vindobonae a. 1560. 4. e prelo exiit. Atque in inuolucro exemplaris, quod seruatur in: bibl. episc. Cizensi, etiam bibliopola illum annum posuit. Praefationi & dedicationi Grodecius non subiecit anni notam, sed praefixit demum versionis suae latinae, quae excipit contextum graecum et peculiarem habet inscriptionem. Integra epigrapha haec est:

Cyrilli archiepiscopi Hierosolymitani catecheses quinque ad eos, qui sunt recens illuminati. Quae nunc primum gr. et lat. simul eduntur, ut, qui dubitet de latinis, ad graecas possit recurrere; qui graecas non satis intelligat, latinas legat. Ioanne Grodecio interprete. Viennae Austriae, a. MDLX. (1560.) 4.

Caspar Barthius exemplari suo ad II. Eclog. Nemesiani de Nonno haec adscripsit: Graecorum poetarum felicissimus. Salmas. in praef. I. de mod. usur. de Heinso: Quanta proteruitate atque acerbitate Nonno insultat, non talia pollicitus, dum nugatorem et ineptum omni occasione adpellat, dum haereseos Arianae arguit, dum linguae suae vocat imperitum? Sed reperiet suos vindices.

PRÆFATIO

Sed hæc in præfenti sufficiant. TV vero, L. B. vale et conatibus
nostris velim favere pergas.

Scr. Erlangæ d. XV. Maii a. MDCCCXII.

INDEX CAPITVM

IN VOLUMINIS OCTAVI

Gottlieb Christoph. Harless.

DE CONSTANTINIANO CATHOLICO
STORIAE SCRIPTORIBUS

XXI. De Constantino Magistro. XXII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXIV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXVI. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXVII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXVIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXIX. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXX. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXI. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXIV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXVI. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXVII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXVIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XXXIX. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XL. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLI. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLIV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLV. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLVI. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLVII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLVIII. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
XLIX. De Constantino Porphyrogenito. Cas-
L. De Constantino Porphyrogenito. Cas-

CAVIT V

INDEX

INDEX CAPITVM

HVIVS VOLVMINIS OCTAVI

Bibliothecae graecae libri V. et VI. de scriptoribus graecis
christianis aliisque, qui vixere post Constantinum M. et post illum usque ad
captam a. Christi 1453. a Turcis CPolim.

CONTINVATIO CAPITIS V.

DE BYZANTINAE SIVE CONSTANTINOPOLITANAE HISTORIAE SCRIPTORIBVS.

XVII. De Constantino Porphyrogenneto et collectione Hippiatricorum, de Geoponicis et Agapio, de Simione Magistro. **XVIII.** De opere Constantini Porphyrogenneti, Caerimoniale s. de officiis aulæ CPolitanae. **XIX.** De Duca et anonymis scriptoribus. **XX.** De Anselmo Baudurii Imperio orientali; de Hieracis Euvandorum; de Agapeta, et excerptis ex Moschopulo in Agapetum, de Basilis Macedone, et de Athanasio Macedone aliisque fragmentis, quas insunt in Baudurii opere; de Eudocia violario; de Georgio Cyprio, patriarcha. **XXI.** De Zosimo. **XXII.** De Georgio Phranza, et scriptoribus quibusdam historias Byzant. ineditis ac deperditis. **XXIII.** De Combesfisi fasciculo originum et rerum CPol. **XXIV.** De Saracenis Frid. Sylburgii. **XXV.** De historia ecclesiastica Man. Malaxi et aliis, in Martini Crusii Turco-Graecia obuiis. **XXVI.** De Leonis Allatii compendiosis. **XXVII.** Catalogus episcoporum Byzantinorum, qui ante Constantinum M. fuisse incerta fide feruntur. **XXVIII.** et **XXIX.** Godofr. de Ville Hardouin et alii scriptores de urbe CPoli et rebus CPolitanis. **XXX.** Cangii merita in histor. Byzantinam. **XXXI.** Martini Hauekii lib. de Byz. rerum scriptor. Rud. Capelli Byzantina.

CAPVT VI.

De HELIODORO et aliis scriptoribus eroticis, editis, ineditis, deperditis.

I. Heliodorus, Aethiopicon scriptor. **II.** Eius codd. atque editi. **III.** Imitatores et epitomae. **IV.** Carmen iudicium de arte chemica. **V.** Liber de uero amore, perperam tributus

- butus Athenagorae. VII. *Amoris Tatii de amoribus Cirophontis et Lenticipes.* VIII. Longi pastoralia. IX. Eusebius s. Eumathius, de Iemenii et Iemenes amoribus. X. Theodori Prodrumi de amoribus Rhodantis et Deschis *). XI. Alia Theod. Prodrumi scripta. XII. Alia scripta erotica edita. XIII. Inedita. XIV. Deperdita. XV. De Cointo, Tryphiodoro et Colutho. pag. 111

CAPVT olim II. (quod, in superiore volumine omissum, v. praefat. ad illud, h. l. reduxi.)

De scriptoribus quarti saeculi christianis, S. ATHANASIO, et EPHRAIMO, SYRO.

- I. Vitae S. Athanasii scriptores. II. Plerumque nomina. III. Codd. mss. etque editi. Scripta Athanasii in tomo I. editionis Montfauconii cum variis observat. V. Scripta in tomo II. s. primi parte secunda. VI. In tomo III. quo dubia et supposititia continentur. VII. Supplementum scriptorum Athanasii in nova collectione SS. patrum, a Montfauconio edita. Nova Supplementa ad edita recentissima. VIII. Scripta Athanasii deperdita. IX. De S. Ephraimo cuiusque scriptis syriacis. X. De iis, quae graece exstant, et codd. XI. De iis, quae latine hactenus prodierunt. XII. Alii Ephraemi. pag. 171

CAPVT VII. (olim XI.)

De EPIPHANIO et aliis graecis scriptoribus, qui haereticorum scriptorum tradidere.

- I. S. Epiphanius, Constantiae Cypri episcopus. II. Alii Epiphanius sine inter. viginti. III. Epiphanius, Constantiensis, app. editiones et codd. IV. Scripta genuina edita. V. Perdita. VI. Dubia vel ad iuniorum Epiphanium referenda. VII. Inedita. VIII. Alii graeci de haereticis scriptores obiter. Irenaeus, Theodoretus, Eusebius, Euthymius Zigabenus, Nicetas, Choniates. IX. Alii breuiores, ut Iosephus, Hypomnestus scriptor, Anastasius Sinaita, Sophronius, Timotheus, presbyter, Io. Damascenus, Io. Zonaras, Matthaeus Blastares, etc. pag. 255

CAPVT VIII. (olim XII.)

De MACARIIS atque AMPHILOCHIO.

- I. Macarius, Alex. senior, eiusque scripta. II. Macarius, iunior. III. Alii hoc nomine, ultra quinquaginta. IV. Amphilocheus, Icaeniensis. pag. 316

CAPVT

*) Pag. 141. med. nominantur Calliclis iambi in S. Georgium ex albo lapide excisum; sed illos Philen habere parentem, docent codd. mss. in quibus inter Philae carmina leguntur. Vide Bandini catal. codd. graec. Laurent. tom. II. pag. 1501 et. XX. et pag. 172. ad. n. CCXXXII.

CAPV. EX. (olim KIM.)

De S. GREGÓRIO, Nazianzeno, eiusque fratre, CAESARIO.

*A. Gregorii, Nazianz., vita et de eo scriptores. II. Codices et edd. variae et promissa noua
Benedictinorum. III. Monumentorum, in edit. graeco-latina comprehensum, recensio
cum variis abseruat. IV. Index eorum, ad quos Nazianzeni et Basilii, Caesariensis, epi-
stolae. V. Scripta, quae in graeco-latino non continentur. VI. Index poematum Na-
zianzeni, hactenus editorum, alphabeticus. VII. De Maximo, Nonno, Basilio, Elio
Cretenf, Niceta, Psello *), Nicolao Doxopatri etc. qui Nazianzeni quaedam scholiis
illustrant. VIII. De Casario, Nazianzeni fratre.*

pag. 383

C A P T U R E D X (ORBIT XIV)

De S. CYRILLO HIEROSOLIMITANO

L. Cyrillus Hierosol. vita et actus. **M.** Catalogus baptizandorum et ad baptizatos, atque episc. ad Constantiniam, imp. **MM.** Codd. et edit. **MM.** Alia sunt scripta. **V.** Dr. Nemesio. **KL.** et Johannes Cassiano. **KL.** **Y.** **pag. 437.**

C A P V T X I. (olim XV.)

D. S. IOHANNES CHRYSOSTOMOS.

I. Chrysostomus. II. Eius vitæ et epigrammorum scriptores graeci et latini, veteres ac recentiores. III. Index homiliarum singularum editarum Chrysostomi tractatuumque, adscriptis primis verbis graecis et translationibusque variis et editionibus Basilianis et Bucerianis ac Montfaucon. paginis. IV. Index similes epistolarum et eorum, ad quos Chrysostomus scripsit. V. Recensio scriptorum posteriorum eiusdem, cum variis obf. VI. Codices et edit. operum latinas, graecæ, graeco-latinae, et noui, cunctis Bernardo de Montfaucon. VII. Index foliorum et capitulorum. XI. Index. pag. 454

C A P V T XII. (Omn. XVI.)

De APOLLINARI, NONNQ et alijs quibusdam poetis, graecis christianis.

I. Apollinares duo Laodicieni. II. Alii hoc nomen. Ibid. scripta Apollinaris utriusque deperdita. III. Metaphrasis Psalmorum, quae exstat. IV. Eius codd. et editt. V. Alii Metaphrasis Psalmorum Davidicorum graeci. VI. Unum Apollinaris auctor tragoediarum, quae Christus patiens inscribitur. VII. Epistolae duae ad Basilium M. Liber de aetatibus hominum ibid. Nonni Panopolitae aetas. VIII. Alii hoc nomine Dionysiaci. IX. Alii Dionysiacorum sive Bassaricorum scriptores. Ibid. codd. et editt. Dionysiacorum Nonni. X. Metaphrasis evangelii S. Ioannis. XI. Eius codd. et editt.

* Vide infra et cap. de Phil. de edic. Wernsdorf.

editt. atque interpretes, censores et Hyperaspistas. XII. Ioannes Gazaeus, Nonni imitator. XIII. Expositio historiarum in stiletenticas Nazianzenii, ad alium forsan Nonnum referenda. XIV. Georgius Pisides. XV. Emanuel Paile. XVI. Io. Geometra. XVII. Alii quidam.

pag. 584

CAPVT XIII. (olim XVII.)

De catenis patrum graecorum in S. Scripturae libros.

- I. Catenarum in S. Script. ratio et elogium. II. Catena in Pentateuchum, a Francisco Zephyrio latine versa, graece MS. in bibl. Tigurina. III. Catena in Cantica V. et N. T. ibid. Catena Aloysii Lipomanni in Genesim et Exodum. IV. Procopii Gazaei in Osee et ceteros libros historicos V. T. et in Prouerbia, Canticum et Esaiam. V. Catenae quaedam MSS. VI. Catena Olympiodori ac Nicetae in Iobum, latine ac graece, et latine edita. VII. Catena in Psalmos Dan. Barbari et Aloysii Lipomanni et quam utraque lingua vulgavit Balthasar Corderius. VIII. Catenae MSS. in Psalmos et alios libros V. T. IX. Catena in Prouerbia, edita latine a Theodoro Peltano. X. In canticum a Zino Meursioque. XI. Catenae MSS. in Esaiam, Io. Drungarii, Andreas, presbyteri, aliaeque. XII. Catena in Matthaeum duplex, gr. et lat. edita a Corderio-Catena in Marcum, a Petro Possino collecta et edita. XIII. Alia MS. in Matthaeum et Lucam Marcarii Chrysocephali. XIV. De Tito Bostrensi ac Victore Antiocheno. XV. Catena in Matthaeum, Lucam et Ioannem. XVI. De Catena in Lucam, a Corderio edita. XVII. In Ioannem ab eodem edita. De Zigabeni Catena. XVIII. Catena aurea Thomae Aquinatis in quatuor euangelistas. XIX. et XX. De Oecumenii Catena in acta: de aliis aliorum Catenis MSS. XXI. Andreas et Arethas in Apocalypsin. XXII. Similes ex recentioribus S. Script. interpretibus Catenae Marlorati, Poli et aliorum.

pag. 637

IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE

LIBER V. (vol. VI. vet. ed.)

CONTINUATIO CAPITIS V.

DE BYZANTINAE SIVE CONSTANTINOPOLITANAE HISTORIAE SCRIPTORIBVS.

XVII. De Constantino Porphyrogeneto, et collectione Hippiastricorum, de Geoponicis, de Simeone Magistro. XVIII. De opere Constantini Porphyrogeneti, Carmonide s. de officiis aulae CPolitanas. XIX. De Duca et anonymis scriptoribus. XX. De Ascleni Bandurii imperio orientali; de Hieroclis Euerdii, de Agapeto, Basilii Macedon, et de Athanasio Macedone aliisque fragmentis, quae inveniuntur in Bandurii opera, de Eutocii commentariis, de Georgio Cyropatriarcha. XXI. de Zosimo. XXII. Georgio Phranza. XX. Scriptores, quidam huius Byzant. inediti ac desperati. XXIII. De Combesii fasciculo originum et rerum CPolitan. XXIV. De Saracenicis Fria. Sydburgi. XXV. De historia ecclesiastica Manuelli Malacti et aliis in Martini Crusii Turco-Graecia editis. XXVI. De Leonis Alotide vulgariis. XXVII. Gottfr. de Ville Harduin. XXVIII. et alii scriptores de vita CPol. et rebus CPolitanis. XXIX. Car. Cugii merita in hist. Byzant. et elogium. XXX. Martini Hanckii liber de Byz. rerum scriptoribus. Rud. Cappelli Byzantina.

XVII.

De Vita Basilii Macedonis, quam nepos eius, imperator, doctrinae omnis cultor instauratorque locupletissimus, CONSTANTINVS Porphyrogenitus, Leonis Sapientis F. scripsit, dixi hoc libro et cap. p. 349. [Vol. VI. ed. vet. Vol. VII. p. 681. sq. hui. ed.] Nunc cetera eius scripta recensere iuvat: nam quae de imperatore ipso, qui ab 6. Iun. a. 912. sub tutoribus vel cum matre, Zoë, aut Romano, socero, et ab a. 946. ad 959. solus praefuit, dicenda sunt, ex annalium saeculi decimi scriptoribus rectius Lector petet, siue veteres illi sint Zonaras, Cedrenus, Glycas alique, et continuatores Theophanis, Simeon Magister, Georgius monachus, Leo Grammaticus, Io. Scylitzes etc. siue recentiores, Baronius, Spondanus, Antonius Pagi etc. et qui de imperatoribus copiosos commentarios edidere, Io. Cuspinianus etc. et qui Constantini huius vitam singulariter composuit, Martinus Hanckius, de scriptoribus hist. Byz. lib. I. cap. 25. p. 461 — 478. Fabr. Item I. H. Leichius de vita et rebus gestis Constantini Porphyrogen. Lipsiae 1746. 4. et praef. ad libr. de Ceremon. Byzant. C. Oudin. Vol. VIII.

A

comm.

comm. de scriptor. eccl. tom. II. pag. 421. sq. *Hamberger*. Z. N. III. p. 686. sqq. *Saxius* in Onom. II. p. 142. sqq. et ego in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 477. sq. plura collegi. *Harl.*

1. Exstant igitur eius ad filium, Romanum, (a quo deinde veneno impie sublatus est,) *de administrando imperio liber* scriptus, (ex parte *) saltem a. 6457. (Christi 949.) indictione septima, et a. 6460. (Christi 952.) indictione decima. Hunc primus e codice Palatino, qui prius Baptistae Egnatii fuit, edidit *Ioannes Meursius* cum versione sua et castigationibus Lugd. Bat. 1610. 8. Deinde aliis [P] Constantini huius scriptis praemissum Lugd. Bat. 1617. 8. *). Nouissime eundem librum recudi curavit *Anselmus Bandurius* tomo priore imperii orientalis, addita versione, passim a se interpolata et emendata, suppletisque in ea integris capitibus 23 et 24. de Iberia et Hispania, quae utpote nimis corrupta interpretari Meursius non fuerat adgressus. Graeca Bandurius castigauit ex MS. membranaceo bibl. regiae 2661. scripto annis abhinc quingentis, cuius ope quam plurimas mendas sustulit, eruditae et copiosae addidit notas, praemisitque tabulam geographicam imperii orientalis, concinnatam a geographo celeberrimo, Guilhelmo Insulano (*de l'Isle*), qua facies eiusdem, qualis fuit sub Constantino Porphyrogenito et eius praedecessoribus, apte repraesentatur.

2. *Tactica* siue βιβλίον Τακτικόν, τὰξιν περιέχον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ γῆν μαχομένων. *liber Tacticus, mari terraque pugnantium ordinationem continens.* Primus edidit, sed graece tantum et castigationibus suis illustrauit idem *Io. Meursius* ex codice bibl. Palatinae, cum aliis Constantini, quae iam recenseo, scriptis, Lugd. Bat. 1617. 8. [v. ad nr. 1.] Palatinus ille codex descriptus fuit e Vindobonensi, de quo *Lambecius* VII. pag. 201. *) In codice

a) Cap. 27. αἰεὶ δὲ μέχρις τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν ἑβδόμη, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου σὺνζ. αὐφ' ἡ ἡμερῶν ἡ Λογγοβαρδία, ἔτη 6. et cap. 45. μέχρις τῆς σήμερον, ἥτις ἐστὶν ἰνδικτιῶν 1, ἔτη ἀπὸ κτίσεως κόσμου σὺζ. ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμάνου τῶν Φιλοχρίστων καὶ Πορφυρογεννέτων βασιλέων Ῥωμαίων. *Romanum* intellige, non focerum Constantini, sed filium, illum ipsum, cui liber inscribitur πρὸς τὸν ἴδιον υἱὸν Ῥωμανόν τὸν Θεοδοφῆ καὶ Πορφυρογεννητὸν βασιλεῖα. De Porphyrogeniti elogio videndus praeter Cangium et alios *Seldenus* lib. I. de titulis honorum cap. 5. *Gisbertus Cuperus* libro quarto Observationum cap. 1.

b) Inscriptio libri haec est: *Constantini Porphyrogeneti Opera.* In quibus *Tactica* nunc primum prodeunt. *Io. Meursius* collegit, coniunxit, edidit. Lugduni Batav. ex off. Elzevir. 1617. 8. In sunt opuscula 1) de administrando imperio etc. 2) de thematibus imperii. 3) *Tactica*, 4) nouellae constitut. XVII. — Rec. in

Io. Meursii Opp. edit. Lamii, tom. VI. pag. 921. sqq. sed additae sunt tantummodo Meursii notae, omisiss reliquorum adnotatt. Eiusdem Meursii versio libr. de administrando imperio separatim edita est; contra e regione textus gr. versio Banduri posita. *Tacticis* addita est versio Lamii, qui etiam adiecit Constantini Porph. Strategicon cum sua versione lat. v. *Hamberg*. I. c. — Codices libri de administrando imperio sunt in bibl. publ. *Parisi*. codd. MMIX. nr. 3. MMCMLXVII. nr. 1. et alius, sec. indicem. — *Meursii* edit. a. 1617. cum codd. collata, et aliud exemplar cum not. mssis Thomae Broun atque Isaaci Vossii, exstant in bibl. *Leid.* vid. cat. illius bibl. p. 243. *Harl.*

c) Pag. 429. ed. Kollarii, in cod. CXI. nr. 5. — *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossianos, *Constantini*, imp. στρατηγικὸν περὶ τῶν διαφόρων ἰσθμῶν. ibid. inter aduersaria Vossiana, *Constantini* Porphyrog. tactica naumachica. (v. cat. bibl. *Leid.* pag. 393. nr. 35. et p. 400 nr. 11.) — *Parisi*.

codice Veronenſi, quem latine vertit *Scipio Maffei*, tribuitur Constantino, Romani imp. filio, qui praefuit ab a. C. 976. ad 1028. *Fabr.* Constantino Rom. F. libellus ille de adparatu bellico tam terra, quam mari, tribuitur quoque in cod. *Auguſtano* Vindel. teſte *Reiſero* in catal. pag. 67. fin. *Harl.*

3. *Περὶ Θεμάτων, de Thematibus* *) imperii orientalis et occidentalis libri II. Ex his librum priorem de thematibus imperii orientalis primus e codice Tho. Clementis, Angli, medici Mechlinienſis, edidit et verſionem ſuam notasque addidit *Bonav. Vulcanius*, Lugd. Bat. 1588. 8. apud Franciſcum Raphelengium. Liber poſterior de thematibus occidentis ſive Europae, quem et ipſe editurum ſe Vulcanius receperat in notis ad Agathiam p. 4. primus *Fed. Morellus* vulgavit cum libro, et cum verſione ſua notisque Pariſ. 1609. 8. Vtramque Vulcanii et Morelli [P] editionem Meurſius coniunxit et, (vt vidimus,) ceteris Conſtantini ſcriptis addidit Lugd. Bat. 1617. 8. Nouiſſime hos duos libros *Anſelmus Bandurius*, paullo ante mihi laudatus, ex codice regis Galliae MMCDXXXI. *) in charta bombycina, ante annos 500. exarata, caſtigavit, verſionem nouam, ſive ex veteri plurimum interpolatam, adiunxit, praemiſitque *Guilelmi Inſulani* tabulam geographicam, quae imperium CPolitanum, quale ab Heraclii aevo fuit, per *Θέματα* digeſtum exhibet. Prodiit *Bandurii* imperium orientale, cuius tomo priore, libri Conſtantini Porphyrog. vt poſteriore editoris notae continentur, Pariſ. 1711. fol. [Rec. Venetiis 1729. II. voll. fol. vid. ſupra in VII. vol. p. 528. ſq.] Non minus in his duobus libellis pulcrum prouinciarum et populorum, qui imperio CPolitano parebant, notitiam, eorumque origines, et antiquitates Conſtantinus complectitur, quam libro de adminiſtrando imperio de aliis etiam gentibus, quae adiuuare illud vel laedere bello atque infeſtare poſſent, quemadmodum et earum origines, mores et inſtituta pacis bellicae

A 2

expo-

riſ. in bibl. publ. cod. MMDXXX. 1) *Tactica* de naualis piraticae belli ſtrategematibus; atque confector catal. tom. II. p. 516. ſq. adnotat, liquido conſtare, capite 19. Leonis, imper. *tactic.* *περὶ ναυμαχίας* cum hiſce tacticis collato, *Conſtantinum*, imp., nihil aliud egiffe, niſi vt Leonis ſermone paullo elegantiore ad vſum vulgi rudis gregariiue militis adcommodaret. — 2) eiſdem praecepta et monita imperatoris ſervanda, ex antiquis collecta, et capitibus CCXX. diſtincta. v. Leonis *tactica*, cap. 20. — 3) Idem de terreſtri copiarum ductu et militum cura. — Conſtant. *ſtrategicon* ſive fragmentum illius a *Lamio* e cod. Mediceo inter Opp. Meurſii tom. VI. p. 1409. eſſe editum, paullo ante notauimus. Atque de cod. illo Med. V. qui continet collectionem tacticorum auctorum vberriſſimam, et nr. 29. Conſt. *ſtrategicon*, plut. 55. v. *Bandin.* cat. codd. gr. II. pag. 218. ſqq. Add. ſupra, vol. IV. pag. 210. *Harl.*

d) *Θέματα* veluti *impoſita* praefidia, vocatae ſunt legiones militum. Hinc eodem nomine denotatae ſunt Prouinciae ipſae, in quibus Legiones in praefidiis locatae fuerunt. Atque eo ſenſu vocabulum iſtud Conſtantinus accipit etiam in libro de adminiſtrando imperio, vt c. 27. *περὶ τῶν Θέματος Λογυβυδίας.*

e) In cat. codd. *Pariſ.* tom. II. numeratur cod. DCCCLIV. et dicitur exaratus ſaec. XIII. Codicis *Veneti* nulla ſit mentio in cat. codd. graec. Ven. Marc. — *Leidae* in bibl. acad. inter codd. Scaligerian. varietas lectionum in thematibus orientis. Philoponeina Conſtantini filii Leonis. — Ibid. inter codd. Bonauent. Vulcanii, *Conſtant. Porphy.* de thematibus, quo exemplari vſi fuerunt typothetae; eiſdem notitia thematum orientis: manu Bon. Vulcan. ſcripta. — Eiſdem de thematibus, fragm. v. cat. bibl. Leid. p. 341. nr. 39. pag. 344. nr. 7. et 346. fin. *Harl.*

exponit; unde non immerito librum illum, tamquam thesaurum, seruare se scripsit Egnatius^{f)}, cuius codex MS. deinde pervenit in bibl. Palatinam, ex quo ipso codice librum de administrando imperio Meursius vulgasse se testatur.

4. *Nouellae Constitutiones XIII.* cum versione et castigationibus Io. Leunclauui ex eius iure graeco-romano tom. I. lib. II. pag. 103. sq. et tom. II. in libro Nouellarum pag. 139. seq. Francos. 1596. fol. α) *de alienatione fundorum*, cuius constitutionis, Cedreno etiam memoratae, [P] duo exempla, paullulum diuersa, vna cum synopsi eius, a Mich. Attaliata composita, adferuntur. β) *de potentibus, in praedia pauperum γ) succedentibus*, γ) *de militibus*, δ) *de restitutione pretii militarium praediorum*, ε) *de fuga mancipiorum*, huiusque Nouellae argumentum ζ) *de non deferendo iudicio ab iis, qui actionem instituunt, et de his, qui ad tres menses vel annum absunt*. ζ) *de eo, quod iudices civiles nihil accipere debeant*. η) *de sportulis* *περὶ ἐκταγμάτων*. θ) *de consuetudinibus*. ι) *de testamentis aperiendis*. ια) *de consuetudinibus scribeae*. ιβ) *De his, qui caedes committunt gladio, vel magnis fustibus, vel lapidibus, idque consulo*. ιγ) *De secundis, tertiis et quartis nuptiis*. Duodecimam constitutionem ediderat etiam, sed capite mutilam, Enimundus Bonifidius in iuris orientalis libro I. p. 19 (Paris. 1573. 8) quem vide etiam pag. 15. vbi de alia Constantini huius constitutione *περὶ τῆ ἀναθεματίζεσθαι τὰς ἀπεσάτας καὶ μελταρίδς*. Constitutio XIII. *περὶ πολυγάμων*, aduersus quartas nuptias, eodem loco legitur pag. 16. seq. Fabr. Confer infra, libr. VI. cap. 6. vol. XII. pag. 417. sqq. — In quibusdam codd. bibl. Laur. Med. Florent. sunt *Constant. Porphy.* nouellae, leges atque constitutiones, quas singulas, in illis obuias, enumerat ac recenset Bandin. in cat. codd. gr. Medic. tom. I. p. 530. cod. X. nr. 2. et 4. vbi sunt illius nouellae XI. in compendium redactae. — tom. III. pag. 182. cod. VI. nr. 16. plut. 80. — pag. 186. nr. 1. et 188. sq. nr. 4 — 10. cod. VII. plut. 80. pag. 194. sqq. plures nouellae in cod. X. qui continet librum legum. — Venetiis in bibl. D. Marci cod. CLXXIII. *Const. Porphy.* nouellae XII. quarum principia posuit auctor catal. codd. gr. Ven. pag. 101. ibid. pag. 104. de codd. CLXXX. et CLXXXI. ac pag. 305. de cod. DLXXIX. qui continent eclogam legum Basilii, Leonis et Constantini, impp., primo cod. inest Const. Porph. nouella de praelatione. — Vindobonae in bibl. caesarea cod. LIII. nr. 15. *Const. Porphy.* argumentum tomi vnitionis ecclesiae

f) Io. Baptista Egnatius, Venetus, libro II. de principibus romanis, vbi de Constantino Porphyrogenito: *Hic, a litteris optimisque disciplinis non abhorrens, quas paene extinctas ab interitu vindicauit, librum Romano, filio, reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum omnium foedera, hostium vires, rationes, consilia explicuit, quem nos in bibliotheca nostra, tamquam thesaurum, seruamus, in quo multa de Venetis etiam ipse disserit.* Aliud exemplar huius libri MS. quod in bibliotheca reip. Venetae diligentissime custodiri memorat Gyrardus dialogo V. de Poëtis pag. 282. *Huius Constantini liber ille celebratus est, quem moriens Romano, filio, reliquit, in quo summam totius imperii, sociorum*

foedera, hostium vires, quae et quantae essent, aliaque omnia, ad imperium spectantia, complexus est, quem librum hodie Venetorum Resp. in sua peculiari bibliotheca diligentissime custodiri facit. Codicem regis Galliae, quo vsus Bandurius, laudauit Casaubonus praef. Polybio praemissa ad Henricum IV. *Servatur in locupletissima illa Tua, DOMINE, et vere regia bibliotheca, Constantini Augusti Porphyrogeniti liber — Dignum opus, quod Maiestatis Tuae iussu publicam aliquando lucem aspiciat.* Vide ibi, si placet, plura in eius libri commendationem.

g) Meminit Codinus orig. CPol. n. 157. edit. Lambecii.

siae in causis quarumarum nuptiarum etc. v. Lambec. comm. VIII. p. 1009. add. p. 938. sq. — cod. VI. nouella de alienatione feudorum etc. v. Kollar. not. ad Lambecii comm. VI. part. I. p. 53. — aliae ibid. p. 10. sq. in cod. II. nr. 2. et 4. — pag. 36. in cod. III. nr. 11. 19. et 23. — in cod. XLV. nr. 25. nouella II. de iis, qui consulto caedes perpetrant etc. v. Kollar. suppl. ad Lambecii comm. p. 327. sq. — *Parif.* in bibl. publ. codd. tredecim, modo XI. nouellae, illarumue epitome, modo aliquot, modo Leonis, Constantini et Basilii epitome iuris, in 40 titulos diuisa. vid. ind. ad vol. II. cat. *Parif.* voc. *Constant. Porphyrog.* — in cod. *Estorial. Constant. Porphy.* et aliorum impp. nouellae, teste *Plüero* in itiner. per Hispan. p. 163. — nouella in cod. Vffenbach. nunc Lipsiensi, de quo plura leges in *Maii* bibl. Vffenb. msta, part. II. col. 527. *Harl.*

Hisc in Meursiana Constantini opusculorum editione Lugd. 1617. 8. (post p. 252.) IV. constitutiones nouellae subiiciuntur, quas e codicibus regiis edidit audiores melioresque *Carolus Labbeus* cum noua versione et castigationibus inter suas impp. nouellas constitutt. X. *Parif.* 1606. 8. α) *περὶ στρατιωτικῶν de militariis fundis, quam dictauit Theodorus, Patricius et Quaestor Decapolitanus.* β) *De fundis armenicis aliorum et homicidarum.* γ) *de sportulis, de aperiendis testamentis, et de eo, quod certus ac definitus consuetudinum modus esse debeat.* Hanc dictauit *Theophilus, Patricius et Quaestor.* δ) *De sportulis, qua abrogatur superior constitutio, permittens iudicibus et scribae sportulas accipere.* Hanc dictauit *Theodosius, (idem, qui ante Theodorus,)* Patricius et Quaestor Decapolitanus.

5. Leonis, Sapientis, et Constantini, filii, ἐκλογὴ τῶν νόμων, *Delectus legum compendarius* ex MS. Palatino et Io. Sambuci descriptus, et cum latina *Leunclauii* versione editus in iam laudato eius iure graeco-romano tom. II. pag. 79 — 134. Numerus anni, quo publicatus hic delectus fuit, corruptus est, et pro *στμζ* legendum *συμζ*, qui responderet anno Christi 939. quo Constantinus delectum legum, a patre Leone fieri coeptum, promulgare potuit. *Fabric.* *Vindobonae* in cod. II. nr. 2. et 13. — cod. VIII. v. *Lambecii comment.* VI. part. I. pag. 25. 32. 38. et 74. sq. — In cod. quondam Vffenbach. nunc Lipsiensi, qui quondam pertinuit ad Cuperum, et quem copiose recensuit *I. H. Mainus* in bibl. Vffenbach. MSS. part. II. p. 522. sqq. qui titulorum XL. indicem graece cum sua vers. lat. publicauit. Praefationem, a *Gottfr. Mascouio* latine versam, adiecit *Püttmann* Memoriae *Gottfr. Mascouii*, Lips. 1771. 8. p. 121. sqq. v. quoque pag. 87. sq. et confer. D. *Casp. Achatii Beck* de nouellis Leonis etc. ed. D. *Car. Frid. Zepernick*, Halae 1779. 8. pag. 20. et p. 25. *Zepern.* in not. atque hunc inprimis in praetermissis p. 228. sqq. de cognomine *Porphyrogeniti*, anno, quo natus est, scil. a. Chr. CMV. vitaeque et p. 373. sqq. praecipue p. 376. sqq. de ecloga legum Leonis et Constantini, de codd. MSSis de ordine, partitione, indice etc. docte agitur. *Harl.*

De *Basilicis*, Basilii Macedonis et Leonis sapientis auspicio digestis, et a Constantino Porphyrogenneto recognitis, dicendi [P] locus erit infra libro VI. [vol. XII. p. 426. sqq. et p. 471. sq.] ubi etiam de operis illius Synopsi et aliis graecis ICTis. *Fabr.* Add. *Lambec.* comm. VI. part. I. pag. 1. sqq. de cod. I. cum nota *Kollarii* ad pag. 2. et pag. 131. sqq. fragm. quaedam ex *Basilicis* iuris, in cod. XVIII. nr. 5. 9. et 12. add. *Zepernick* ad *Beckii* libr. cit. pag. 286. sqq. vt silentio praetermittam VV. DD. qui historiam iuris exposuerunt. *Harl.*

6. Διήγησις περὶ τῆς πρὸς Αὐγάρων ἀποσταλείσης ἀχειροποίητης θείας εἰκόνος Χριστοῦ τῆ Θεῆ ἡμῶν. *Narratio de imagine Christi ab ipso ad Augarum, Edessae regem, missa et Edessa CPolin translata a. C. 944.* Latine legitur apud Aloysium Lipomannum, atque inde apud Surium tom. IV. de probatis auctorum historiis ad 16. Augusti. graece ex regio codice vna cum noua versione sua notisque primus vulgauit *Franciscus Combefisus* in fasciculo originum et antiquitatum CPol. p. 75 — 101. Paris. 1664. 4. Coniecturam Lipomanni et Baronii (ad a. 944. n. 13. p. 717. ed. Antwerp. Plantin.) qui narrationem hanc Constantino, Romani filio, tribuunt, refellit praeter Combefisium [et *Lambec.* l. c. p. 413. sqq.] *Hanckius* de scriptoribus hist. Byz. pag. 475. seq. et *Antonius Pagi* in Critica Baroniana ad a. C. 944. n. 5. seq. Exstat etiam haec narratio MS. in bibl. Vindobonensi; vide *Lambecium* VIII. pag. 195. seq. [p. 410. sqq. ed. Kollar. cod. XIV. nr. 39.] et p. 198. [p. 417. sqq. nr. 40. ibique Kollar. not. B.] vbi refertur anonymi additamentum de illa imagine, culta Edessae, antequam CPolin transferretur. Incipit: *περὶ τῆς αἰτίας ἐν Ἐδέσση ἀχειροποίητης καὶ θείας μορφῆς. Fabric.* Est quoque illa narratio *Florent.* in bibl. Laur. Med. cod. XXX. qui continet vitas et sermones diuersorum patrum in laudem SS. a die XVIII. Iun. vsque ad XXXI. Aug. nr. 39. d. XVI. Augusti. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 456. qui praeterea citat Menaea graecor. eodem die, et *Leon. Allatii* diatr. de Simeonum scriptis p. 103. sq. — Eadem historia imaginis Christi Edessena seruatur in bibl. publ. *Parif.* codd. MCLXXXVI. nr. 40. MCDLXXV. nr. 9. MDXXVII. nr. 11. MDXXVIII. nr. 13. MDXLVIII. nr. 11. et MDCXI. nr. 17. — De imagine Edessena Christi, CPolin adlata, mentio fit apud continuatorem Theophanis in Romano, imp. p. 268. *Harl.*

7. *Orationem MS. de translatione reliquiarum S. Chrysostomi* laudat *Allatius* de purgatorio pag. 71. ad Georgium Acropolitam pag. 201. de consensu pag. 281. et de Simeonibus pag. 111. Incipit: *τί τερπνότερον τῆ νῦν ἐρωμένῃ θεάματι, ἢ τί λαμπρότερον τῆς παρελθούσης ἡμέρας;* Titulus est: *λόγος ἡνίκα τὸ τῆ Χρυσοστόμου ἱερὸν σκῆνος ἐκ τῆς ὑπερορίας ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων ἀπετέθη. Fabr.* — Inter vetustiores scriptores, qui vitam Chrysostomi sunt persequuti, laudatur *Const. Porphyrr.* ἐγκώμιον in cod. *Vindob.* caesar. XXVII. v. *Lambec.* comment. VIII. pag. 637. sqq. et, quem ille p. 639. not. 4. excitat, *Sauilium* in ed. Chrysostomi, tom. VIII. col. 943. Est vero illa *Constant. Porphyrr.* orat. in cod. caesareo XIX. teste Kollario in supplem. ad *Lambecii* comm. p. 259. sq. — in bibl. *Sfortiana*, notante *Montfauc.* in B. biblioth. MSS. tom. I. pag. 702. *A.* — *Parif.* in bibl. publ. codd. CXXXVII. nr. 19. et MMMC. nr. 4.

Constantinus, Leonis filius, auctor esse dicitur *canticorum* (ἐξαποσελαριῶν) ad diuina beneficia postenda, in cod. *Taurin.* CLXXV. v. catal. codd. regg. *Taurin.* pag. 260. sq. — Inter codd. *Vossian.* in catal. codd. Angliae, tom. II. p. 60. nr. MMCCX. est anonymi compellatio ad Constantinum Porphyrogen. *Harl.*

8. *Theophanis historiam, Constantini iussu continuatam*, memorauī supra [in vol. VII. libr. V. c. 5. §. VII. nr. 1. pag. 681.]

9. Su-

9. Superest praecipuum opus, quod non ab ipso Constantino quidem elaboratum; at egregio consilio eius atque auspiciis per varios viros peritos digestum est, κεφαλαιωδῶν ὑποθέσεων, siue *collectaneorum* et *excerptorum* historico-politicorum et moralium sub capitibus siue titulis LIII. ^{h)} dispositorum, conquisitorumque ex probatissimis [P] quibusque historicis omnis aetatis monumentis. Ex tribus hisce et quinquaginta titulis non nisi duo, neque illi integri plane ad nos pervenerunt, vicesimus septimus περὶ πρεσβεῶν, *de legationibus*, et quinquagesimus περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, *de virtute et vitio*. Tituli de legationibus alteram partem, a Iohanne quodam CPolitano digestam, ex bibl. Antonii Augustini, archiepiscopi Tarraconensis, vulgavit Fulvius Ursinus graece Antwerp. 1582. 4. cum notis. In hac parte exstant παραβολαί excerpta e Polybio pag. 1 — 228. e Dionysio, Halicarnasseo, p. 295 — 312. e Diodoro Siculo p. 313 — 333. ex Appiano pag. 334 — 372. et e Dione Cassio p. 373 — 447. Alteram partem eiusdem tituli de legationibus, ex recentioribus paullo historicis excerpta complexam et ab Davide Hoefschelio ex codice Bauarico CCIV. pridem vulgatam, recensui supra pag. 534. seq. nunc tantum ex prooemio adscribam catalogum scriptorum, e quibus illa collectaneorum pars concinnata fuit: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποταγμένων χρονικῶν. α, Πέτρος Πατριεὶς καὶ Μαγίστρος, β, Γεωργίος μοναχὸς χρονικῆς, γ, Ἰωάννης Ἀντισοχίως. δ, Διονυσίος Ἀλικαρνασσεὺς Ῥωμαϊκῆς ἀρχαιολογίας. ε, εἰ Πολυβίου Μεγαλοπολίτη καὶ Ἀππιανῶ, ζ, Ζωσίμης Ἀσκαλωνίτη, η, Ἰωσήφης Ἰδδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, θ, Διοδώρου Σικελιώτη, ι, Δίωνος Κορκιανῶ, ια, Προκοπίου Καισαρείως, ιβ, Πρίσκου Ῥήτορος, ιγ, Μάλαχου Σοφιστῶ, ιδ, Μενάνδρου προτέκτορος, ιε, Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ἀντιγραφείως τῶ Σιμωνάκτῃ.

Tituli de virtutibus et vitiis, qui in toto opere fuit quinquagesimus, priorem partem ex insula Cypro nactus Nic. Fabricius Peirescius, communicavit cum Henrico Valefio, qui ex ea, quae digna luce videbantur, [P] selegit et cum versione sua notisque doctissimis et fragmentis Polybii, Nic. Damasceni et Dionis, singulari studio a se collectis, vulgavit Paris.

^{h)} Auctor praefationis, singulis excerptorum titulis praemissae: Ὁ τῆς περὶ τῶν ἀπόρων Κωνσταντίνου ὁ ἐρδωδοξότατος καὶ χριστιανικώτατος τῶν πάποτε βασιλευπότων, ὁ ἐξυπαίστερον πρὸς τὴν τῶν καλῶν κατανοήσιν διακείμενος, καὶ δραστήριον ἱσχυρῶς εἶναι, ἔκρινε βέλτερον ἄντα καὶ κοινωφελὲς, τῷ τε βίῃ ἀποσφύρον, πρότερον μὲν etc. Constantinus Porphyrogeneta, imperator, omnium, qui unquam fuerunt, rectae fidei tenacissimus et christianissimus, ingenio praeclitus ad rerum pulcrarum perceptionem acutissimus, ea denique praestans intelligentia, ut facile quidvis ad effectum perduceret, illud primo fore optimum esse ratus et vulgo omnibus utile, ut libros undique ex omnibus orbis partibus, doctrina varia refertos, conquireret, deinde vastam illam librorum molem, quae lectores encubabat, quam praesertim molesta plerisque omnibus et taedium plena ea res videretur, in partes minutas putavit distribuendam, et lu-

culentam utilitatem, quae poterat inde percipi, oculis hominum exponendam. Adro ut hoc delictu habito maiori adtentione et assiduitate lectioni incumbere studiosi queant, et sermonis facundiam altius ac penitus animo imprimere. Hoc amplius imperator magno et felici conatu opus uniuersum in ὑποθέσεις διαφόρους tractatus diuersos numero tres et quinquaginta censuit distribuendum, in quibus ἅπαντα ἱστορικὴ μεγαλεργία, quicquid magnificum habet historia, inclusum continetur, neque inest quicquam historiae insertum, quod partitionem hanc in hosce tractatus effugerit. Neque vero ob diuisionem sententiarum series operis totius illo modo corrumpitur, verum seruat hanc synopsis, vel, ut verius dicam, hanc rerum cognatarum videretur siue adunatio in singulis partibus concinnandis unicuique tractatui convenientem rationem.

Parif. 1634. 4. In his excerptis, (quae vulgo adpellantur Peirefciiana, leguntur selecta loca ex *Polybio* pag. 9 — 197. *Diodoro Siculo* pag. 221 — 413. ex *Nicolao Damasceno* περὶ τῆς ἰδῆς βίης καὶ τῆς αὐτῆς διαγωγῆς pag. 414 — 489. ex *Dionysio Halicarnasseo* pag. 529 — 545. ex *Appiano* pag. 465 — 567. ex *Dione Cassio* pag. 569 — 769. ex *Iohanne Antiocheno*, monacho, pag. 778 — 853. Excerpta ceteroqui erat haec collectaneorum pars ex scriptoribus quatuordecim, qui pag. 5. seq. hoc ordine recensentur: Εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων χρονικῶν α', Ἰωσήφου ἀρχαιολογίας, β', Γεωργίου Μοναχῆ, γ', Ἰωάννου τῆς ἐπὶ κλήν Μαλέλα χρονικῆς, δ', Ἰωάννου Ἀντιοχείου χρονικῆς ἱστορίας, ε', Διοδώρου Σικελιώτου καθολικῆς ἱστορίας, ς', Νικολαίου Δαμασκηνῆς καθολικῆς ἱστορίας, ζ', Ἡρόδοτου Ἀλικαρνησέως ἢ Θουκυδίδου, θ' Ξενοφώντος Κύρου παιδείας καὶ ἀναβάσεως Κύρου τῆς Περσείτιδος. ι', Ἀθρίανου Ἀλεξ. — — — ια' Διονυσίου Ἀλικαρνησέως Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, ιβ', Πολυβίου τῆς Μεγαλοπολίτις Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. ιγ', Ἀππιανῆς Ῥωμαϊκῆς τῆς ἐπὶ κλήν βασιλικῆς, ιδ', Δίωνος Κορκιανῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Additur: καὶ οἱ ἐφεξῆς ἐν τῷ δευτέρῳ τεύχει ἐπιγεγράφονται. *Sequentes auctores in altero (huius nempe tituli) volumine recensentur.* Vnde patet, non integrum titulum de virtutibus et vitiis, sed priorem tantum, vt dixi, eius partem in manus Valesii incidisse, qui ea libertate vt non dubitavit, vt in his eclogis et ordine scriptores alio poneret, et ea, quae vel iam edita exstarent, vel indigna essent editione, omitteret ac rescinderet. [conf. *Zepernick*, l. c. pag. 231.]

Ex deperditis huius operis titulis primus fuit, vt in praefatione diserte traditur, περὶ βασιλέων ἀναγορεύσεως, de imperatorum regumque renunciatione. Ceterorum, ultra viginti ab Hoeschelio et Valesio obseruatorum, haec est notitia, litterarum ordine a me descripta:

Περὶ ἀνακλήσεως ἡττης. De restitutione exercitus victi.

Περὶ ἀνδραγαθιῶν. De fortiter factis. p. 442. edit. Valesii, et 473.

Περὶ γάμων. De nuptiis.

Περὶ γνωμῶν. De sententiis. pag. 258. edit. Valesii et 225.

Περὶ δημηγοριῶν. De concionibus siue orationibus id. p. 87.

Περὶ ἐθῶν. De gentibus.

Περὶ ἐθῶν. De moribus.

Περὶ ἐκκλησιαστικῶν. De ecclesiasticis rebus, personisque.

[P] Περὶ ἐκφράσεως. De descriptionibus. Svid. in σάμβυκες.

Περὶ Ἑλληνικῆς ἱστορίας. De historia graeca (gentili.)

Περὶ ἐπιβοῶν. De imploratione auxiliorum.

Περὶ ἐπιβληῶν. De insidiis.

Περὶ ἐπιστολῶν. De epistolis.

Περὶ κυνηγεσίας. De venatione.

Περὶ νίκης. De victoria.

Περὶ οἰκισμῶν. De coloniarum deductione.

Περὶ παραδόξων. De miris et inopinatis. pag. 121. edit. Valesii.

Περὶ πολιτικῶν διοικήσεως. De rerum civilium administratione.

Περὶ

Περὶ στρατειῶν. *De expeditionibus militaribus.*

Περὶ στρατηγημάτων. *De strategematis* pag. 34. et 42. edit. Vales. et 437.

Περὶ στρατῶν. *De exercitibus.*

Περὶ συμβολῆς. *De praeliis.*

10. Constantini quoque huius iussu *Theophanes* quidam *synopsin* totius artis *medicae*, ex Oribasii potissimum scriptis collectam, septem libris, siue capitibus 296. digessit, et eidem Constantino inscripsit. Incipit prooemium: τὰς προσαχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θεότητος, ἐκ Θεῶν Ἀυτοκράτωρ, περὶ τῆς τῶν ἱατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπουσα κατὰ τὸ δυνατόν etc. Exstat hoc opus aliquoties graece MS. in bibl. caesarea Vindobonensi. vide *Lambecium* lib. VI. pag. 114. 116. 157. *Fabr.* In cod. XXI. nr. 9. in cod. XXIV. nr. 1. — in cod. XXV. nr. 1. et XL. nr. 8. v. *Lambec.* comm. VI. part. II. p. 262. 264. 266. et 356. ed. Kollar. sed plura v. infra ad vol. XII. lib. VI. cap. 7. sect. 11. pag. 685. sq. et *I. O. Steph. Bernard* in praefat. ad suam edit. post eius demum mortem ad umbilicum perductam, inscripamque: *Theophanis Nonni epitome* de curatione morborum, graece et latine. Ope codicum mstorum recensuit notasque adiecit *I. O. St. Bernard.* tom. I. cum tab. aenea. Gothae et Amstel. 1794. — tom. II. 1795. m. 8. *Harl.*

Aliud opus *Constantini Porphyrogeniti* iussu digestum, quod MS. in bibl. regia *Parif.* exstat, teste *Boiuno* ad *Iulii Africani* cestos pag. 360. In illo excerpta ex *Africano* et aliis scriptoribus. *Fabr.* — in cod. *Parif.* MDCXXX. nr. 6. est *Theophanes* de *diaeta* ad *Constant. Porphyrog.* sed initium solum superest. *Harl.*

11. Eidem Constantino debemus *Collectionem Hippiatricorum* siue *de veterinaria medicina libros duos*, capitibus 129. distinctos, ex scriptoribus pluribus huius generis collectos⁴⁾,
et

5) *Hippiatrica* sunt in cod. bibl. publ. *Paris*.
 MCMXCV. ex Softrato et Hippocrate collecta,
 et in cod. MMXCI. nr. 11. sub titulo: Hippofo-
 phium, siue liber de curandis equorum morbis,
 in cod. MMCCXLV. saec. XV. manu Antonii Da-
 milae, *Hippiatricum* s. collectanea e variis scri-
 ptoribus, de curandis equorum morbis: it. non-
 nulla de ponderibus et mensuris, et libri de cu-
 randis auium morbis capita nonnulla. — *Flo-*
rentiae in bibl. Laur. Med. cod. VI. nr. 7. plut.
 65. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 149.
 qui, „praecedat, ait, tabula capitum CXXXIV.
 ac duplex de *ponderibus et mensuris* expōsitio,
 prima anonymi, altera Diodori; — — huius
 codicis, utpote vetustatis non spernendae, col-
 latio, qua noua editio paranda sit, nonnisi magno
 vñui esse possit.“ — *Oxon.* in bibl. *Bodlei.* (se-
 cundum catal. codd. Angliae etc.) in cod. CLXIV.
Barocc. *Apfyrty* veterinaria: In principio muti-
 Vol. VIII.

lata aliquot lineis: in fine vero XXV. medica-
 menta, ultra ea, quae in impressis habentur:
 occurrunt. Tum de mensuris et ponderibus ve-
 terinariis 158. b. ἡ ἀγρία ἔχει δρχήμας ἡ; Post tria
 medicamenta sequitur Ὁρισσὸς φάρμακον, de curis ae-
 gritudinum, quae cadunt in aues venaticas, ac
 de generibus earum capp. XXVI. ad Michaëlem,
 imp. — In cod. Guil. Laudi DJ.LXXXIX. nr. 2.
 de equo et Hippiatrica. *Hebr.* — nr. 5722.
 de re veterinaria, *Arab.* fol. cum figg. — inter
 codd. Anton. a Wood. MMMMMMMMDXXXVIII.
 nr. 27. de medicinis equorum, *anglice.* — *Can-*
tabrig. in coll. S. Emanuelis; cod. XIII. Βαβυλῶν
 -ἱπποιατρικόν, codex vetustissimus, membr. 4. in
 quo, (ut ait confector catal.) plurima comparent,
 quae in libro excuso desunt, capite tamen vlti-
 mo mutilatur. — In cod. cat. tom. II. inter codd.
Vossianos nr. MMCCXVII. citantur Hippiatrica
 cum figg. et multum discrepantia ab editis. (In

B

bibl.

et e graeco latine verfos editosque Parif. 1530. fol. interprete *Ioanne Ruellio*, Sueffionensi, qui rei veterinariae nomenclaturam et breuem Diodori de ponderibus et mensuris tractationem subiunxit. *Gracce* hipprimum vulgati sunt a *Simone Grynaeo*, ap. Io. Valderum. Basil. 1537. 4. Codex plenior, et alio ordine digestus, fuit in bibliotheca cardinalis, Seripandi, atque inde in Wittiana. Insignis etiam codex ac vetustus membranaceus exstat Cantabrigiae in bibl. collegii Emanuelis, quo vsum se testatur Petrus Needhamus in luculenta sua, de qua mox, Geoponicorum editione. *Italice* etiam lucem viderunt Venet. 1543. 8. et gallice per *Iohannem Masseum*, Campanum. Parif. 1563. 4. Sed en tibi indicem auctorum, [P] e quibus graeci libri de veterinaria medicina collecti sunt, quorum aliquos, Absyrtum, Chironem et Pelagonium, laudat etiam *P. Vegetius*, digestorum artis mulomedicinae latinus scriptor *), de quo dixi in bibl. latina lib. III. cap. 12.

INDEX scriptorum, e quibus graeci Hippiatricon siue veterinariae medicinae libri iussu Constantini Porphyrogenneti collecti, et qui in illis memorati sunt,

conciinnatus a me ad paginas editionis graecae Basileensis.

- Achaicus, Nicaenus, ad quem Absyrti, siue Apfyrti, epistola pag. 38.
 Aelianus, ad quem scribit idem Apfyrtus pag. 110. Δέσποτα Αἰλιανέ.
 M. Aemilius Hispanus, decurio, ad quem scribit Apfyrtus p. 175.
 Africanus p. 268. caput ex d. petatum ex Africani cestis f. 293. b. edit. Parif.
 Agathocles, hippiatr, ad quem Apfyrti epistola p. 98.
 Agathotychus 7. 18. 109.
 Ammonius, hippiatr, Alexandrinus, 33. ad quem scribit Apfyrtus, pag. 33. 129.
 Anatolius. 7. 55. 58. 144. 149. 192.
 Antipater, Alexandrinus, hippiatr, ad quem Apfyrti epistola. 152.
 Apellas, Laodicensis, hippiatr, ad quem scribit Apfyrtus p. 86. (84.)
 Apion, Alex., ad quem idem scribit p. 42.
 Apolloniades, hippiatr, ad quem scribit idem pag. 158.
 Apollophanes, amicus Apfyrti, ad quem eius epistola pag. 246.
 Apfyrtus, (Prusaeensis, vel Nicomediensis, Bithynus, qui Constantini M. *) aetate ἱππίατρων βιβλίον, teste Suida, scribit,) ad Sabinum. pag. 10. 1. 21. 29. 33. 37. 38. 41. 50. 53. 57. 60. 62. 64. 65. 70. 71. 72. 80. 82. 84. 85. 86. 87. 88. 90. 94. 97. 98. 100. 108. 110. 122.

bibl. Leidensis, cui accesserunt codices Vossiani, catalogo p. 398. nr. 50. ita describitur cod. Voss. „Hippiatrica cum figg. et multum discrepantia ab editis. Titulus concipitur: Ἱπποιατροσφηνῶ τῶ σοφῶ ῥήτορος, Ἱερωνίμῳ καὶ ὑποκράτης (sic) καὶ τῶ σοφῶ Γαλήνῃ. In fine: πληρώθη τὸ παρὸν ἱπποιατροσφηνὴ διὰ χάριτος ἐμῇ Δημητρίῳ τῷ Δρωσινῷ. Item ἐτέρῳ ἡδῶτος ὠφέλιμαίς αἰς τὰς ἰατρίας τῶν ἱππῶν ἐκ πολλῶν ὡς ὅπως ἀνδραγαθήντων, et in fine eadem adpellatio.“ Harl.

k) In praefat. conf. cel. *Schneider* ad illam et in praefat. in Scriptor. rei rust. vet. latino-rum, tom. IV. p. 15. sqq. et 22. sqq. Harl.

l) Militasse sub Constantino Magno in Scythia ad Istrum, notat Cangius et *Eudociae* Macrembolitissae Ioniis MSS. *Fabr. Eudoc.* pag. 65. a Villosion, edit. de quo Eudociae loco, comparato cum Suida, et de Apfyrtio ipso v. *Schneider*, l. c. p. 23. sq. Harl.

122. 139. 148. 151. 152. 166. 167. 177. 179. 180. 184. 190. 195. 196. 210. 213. 214. 217.
220. 223. 224. 232. 239. 244. 249. 256. 257. 281. 288. 290. 294. 296. 297. 298. 299. 300.

Eius epistola ad hippiatrum quemdam p. 146. ad Achaicum, Aelianum, Aemilium, Ammonium, Antipatrum, Apellam, Apionem, Apolloniadem, Apollophanem, Arcaditem, [P] Aruntium, Asclepiadem, Bebium, Caium, Celerem, Chaeream, Damam, Damnatum, Degmium, Deman, Demetrium, Dionysium, Diuum, Epiphanium, Eudoxum, Frontones, Gallum, Hegesagoram, Himerium, Herodionem, Iustum, Q. Lollium Marullium, Marcum, Marium Decurionem, Memnonem, Menecratem, Numenios, Orionem Marcellum, Papiam, Pasicratem, Posidonium, Postumium Ducem, Rufum Octaviuum, Sabinum, Secundum, Sennam, Getulium Seuerum, Statilium Stephanum, Tiberium Claudium Heraclidem, et Valentem. Vide singula haec nomina suo loco.

Arcadites, ad quem scribit Apfyrtus 70.

Archedemus. 284.

Οἱ ἀρχαῖοι, 53, παλαιότεροις ἔωθε, 156. ταῦτα μὲν ἐκείνοις ἔρηται μεγάλοις ἀνδράσιν
120. ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τῶν πρὸ ἡμῶν μεγάλων ἀνδρῶν ἐκβάλλειν τὰς ἀφορί-
σμεν. 121.

Archelaus. 275.

Aristophanes, Byzantius, historiam Aristotelis de animalibus in compendium misit. 4.

Aristoteles 173. eius περὶ Φύσεως ζῶων. 4.

Armeniorum antidotus. 185.

Arsipus, ad quem Pelagonii epistola pag. 145.

Artemas, τομεύς, ad quem scribit Apfyrtus pag. 164.

Aruntius, Corinthius, ad quem Apfyrti epistola pag. 147.

Asclepiades, ad quem epistola Apfyrti pag. 1. et 133.

Aspio, Alexandrinus p. 41.

Astrampsychnus librum veterinarium de asinorum curatione scripsit, teste Suida.

Auxano, Αὐξάνων, hippiatr. 130.

Azanites. 299.

Bassus, ad quem scribit Hierocles p. 2.

Bebius Decurio, ad quem scribit Apfyrtus p. 222.

Beretius inter veterinariorum medicos laudatus a Tiraquello.

Caius, hippiatr Alexandrinus, ad quem Apfyrti epistola p. 243.

Cassius 28. idem forte, cuius exstant problemata.

Celer, ad quem epistola Apfyrti 270. Δέσποτα Κέλερ.

Cellus. 177.

Chaereas, Alexandrinus, ad quem Apfyrtus scribit pag. 138.

Chiron 7. [v. Schneider l. c. p. 22.]

Cimon, vide infra, Simon.

[P] Cleodamus Aethnaeus, ὁ περὶ ἵππικῆς καὶ πωλοδραματικῆς γράψας. Stephanus, Byz.
in Ἀχναί.

Cleomenes, Libycus. 80. 94.

Cleomenes, Lindius, inter veterinariorum laudatus a Tiraquello.

P. Cocceius Iustus. vide Iustus.

Damas, Laodicensis, hippiatr, amicus Apfyrti, cuius ad eum epistola p. 65. 240.

Damnatus, τομεύς, ad quem scribit Apfyrtus p. 64.

Degmius, πλασικός, ad quem idem p. 60.

Demetrius, Apfyrti auus, hippiatr, ad quem scribit p. 41.

Democritus.

Didymus.

Diophanes.

Dioclis ὑγιανὰ παραγγέλματα ad regem Antigonum. 235.

Dionysius, τομεύς, ad quem scribit Apfyrtus p. 29.

Dioscorides. 191.

Dius, hippiatr, ad quem, ciuem suum, scribit Apfyrtus. p. 156.

Elenus, vide Helenus.

Epicharmus, Syracusanus, pecudum medicinas diligentissime conscripsit, teste Columella VII. 3.

Epiphanius, hippiatr, ad quem est Apfyrti epistola, p. 88.

Eudoxus, τομεύς, ad quem epistola Apfyrti p. 238.

Eumelus, Thebanus, 12. hippiatr, 38. 7. 27. 29. 40. 44. 47. 59. 61. 63. 82. 100. 107. 141. 142. 160. 166. 184. 189. 202. 217. 244. 248. 249. 254. 257. 264. 274. 289. 294. 300. 301. bis. 302. bis.

Euripides. 2.

Iulius Faustus. Vide Iulius.

Florus, Φλάριος. p. 177.

Fronto, Ephesus, hippiatr, ad quem scribit Apfyrtus p. 197. alius Iulius Fronto, centurio, ad quem p. 200. alius Caristanus Fronto, ad quem p. 53. alius Valerius Fronto, ad quem idem p. 183. *Fabr.* conf. Needham et Niclas. prolegg. ad Geopon. p. LIX. *Harl.*

Gaius, Alexandrinus. Vide Caius.

Gallus, ad quem Apfyrtus scripsit. Δέσποτα Γάλλε. p. 252.

[*Gargilius Martialis scripsit curas boum.* Plura disputat de eo cl. *Schneider.* l. c. pag. 73. sqq. *Harl.*]

Georgius Gemmyngenus, Germanus, quem inter veterinariorum refert Tiraquellus c. 31. de nobilitate p. 404.

Getulius Seuerus. Vide, Seuerus.

Gregorius. 75. 307.

[P] Hegesagoras, medicus, (κράτιστος ἰατρός) ad quem exstat Apfyrti epistola pag. 186.

Helenus, hippiatr. 207.

Hemerius, siue Himerius potius. 31. Apfyrti ad eum epistola. 140. Hippiatr. ibid. *Fabr.* Conf. *Wernsdorf.* Prof. quondam Dantisca. in vita Himerii, sophistae, praefixa edit. Himerii huius Eclogarum et Declam. pag. XXXIX. vbi plures enumerantur Himerii. *Harl.*

Heracleon, chiliarchus, ad quem scribit Apfyrtus. 182.

Tiberius Claudius Heraclides. Vide, Tiberius.

Herodion, Alexandrinus, hippiatr, ad quem Apfyrti epistola p. 211.

Hero-

Herophilus, equarius medicus apud Valerium Max. IX. 15. 2.

Hesiodus. 172.

Hierocles ^{m)} 2. 13. 37. 34. 38. 40. 43. 52. 58. 61. 62. 63. 65. 67. 70. 80. 81. 83. 84. 85. 86. 87. 91. 94. 97. 99. 101. 105. 114. 121. 130. 132. 133. 136. 139. 140. 142. 144. 145. 148. 151. 152. 153. 155. 156. 157. 159. 164. 165. 167. 170. bis. 171. 172. 174. 178. 179. 182. 184. 187. 190. 192. 195. 196. 197. 198. 199. 201. 204. [P] 205. 209. 210. 212. 213. 214. 216. 217. 218. 219. 220. 222. 223. (ἐν δευτέρῳ βιβλίῳ 97. primi libri finis p. 171. ἐν συντάγμασι Φαρμάκων 205. 213.) 224. 232. 235. 239. 241. 243. 257. 270. 274. 285. 289. 291. 294. 297. 298. 300. 303. bis. 304. ἐν τῷ δευτέρῳ μὲ βιβλίῳ. 52.

Hieron. 21.

Hieronymus. 67. Libycus. 13. 84. 86. 122. 204. 205.

Himerius, vide Hemerius.

Ἰππασίῃς Ἡλείῃς σύνταγμα, Hippasi Elei compositio 303.

Hippocrates, mulomedicus. 21. 28. 41. 59. 74. 85. 86. 109. 125. 131. 148. 155. 161. 167. 199. 204. 206. 221. 242. 245. 264. 270. 285. 297. 301. 303.

Ad Hippocratem, hippiatrum, Apsyrty epistola p. 70. 50.

Iulius Faustus Decurio, ad quem scribit Apsyrtus p. 163.

Laurentius Rufus, et

Leontius, Tiraquello inter veterinarios memorati.

Litorius, Beneventanus. 26.

B 3

Q. Lol-

^{m)} Io. Pearsonius praef. ad Hieroclem alterum, qui in aurea carmina scripsit: *In XVI. Geoponicorum libro tria capita sunt, quae Φερονίῃς nomen prae se ferunt: sed cum liber ille ad rem veterinariam pertineat, Ἱεροκλέους legendum esse ostendunt Hippiatrica. Binos autem libros scripsit Hierocles περὶ τῆς ἵππων θεραπείας, hoc est, de morbis equorum curandis, ut ipse testatur in Prooemio ad secundum Hippiatricorum capite sexagesimo; eosque à Basso rogatus cum confecisset, eidem postea dedicavit. Suntque hi duo libri quasi fundamenta collectionis veterinariae, ad quorum formam methodumque reliquorum epistolae aut ἀποσκευασμάτων redigi vidrantur. Fuit autem Hierocles ille non ἱππιατρός, aut inter equites Caesarianos in armis versatus, ut Absyrtus, et Theomnestus, sed iurisprudentiam coluit, et causis agendis in foro operam dedit. Locupletis ipse mihi testis in operis Prooemio, ἀλλ' ἂν καὶ κατακείαν ἡμῶς ἐτέρων ὀνέχῃ, ἐν τε δικαστηρίοις παρὶ καὶ χρέαν τοῖς διομένοις. καὶ σκεδὴν περὶ ταύτας ποιῶσθαι τὰς διατριβὰς ἂν ἀτιμαστὸν γένοιτο τὴν σὴν ἐξίτησιν, ἔριστα βίβασαι. Etiam si nos alios potius audire hoc tempore oporteat, et in iudiciis copiam nostris posulantibus praebere, atque hisce*

exercitiis operam dare; non tamen negligendum fuit, optime Basse, quod tu requiris. Ethnicum fuisse conflat ex his eius verbis pag. 3. κεκλήσθω δὲ ἡμῖν συμφέρος τῷ λόγῳ τῷδε Ποσειδῶν τε ἵπποις, ἀνδρῶπων γένος σωτὴρ Ἀσκληπίας, ὃ πάντως πε καὶ ἵππων μέλας ἂν δᾷ τι Χάρωνος τῷ Κενταύρῳ καὶ τῶν ἐν Πηλῳ διατριβῶν ἀξίως μεμνησθαι. Hippiatrica sub Hieroclis nomine edidit Io. Masseus, *l'art vétérinaire ou grande mareschalerie d'Hierocles auteur Grec, contenu en trois livres, par Jean Masse Champenois* Paris. 1563. 4. Hieroclis epistolam ad Titum de signis et notis equorum MS. in codice regis Galliae CXC. teste Labbeo pag. 100. bibl. novae MSS. Fabr. Secundum catal. codd. Paris. vol. II. cod. MMCCXLIV. Hieroclis de curandis equorum morbis libri II. singulis ferme paginis exhibentur equorum icones, rudi manu delineatae. In eodem cod. reperitur nr. 3. opus inscriptum ἐκτοχόρτηνον τῷ λαμπάδῃ. ibi de equorum morbis et illorum curandorum ratione: et nr. 4. Hieronis atque Apsyrti opuscula de eodem argumento. — De illo Hierocle vide etiam Needham. et Niclas. prolegg. ad Geoponica pag. LIX. sq. atque supra in vol. I. bibl. Gr. pag. 792. not. aaa. Harl.

- Q. Lollius Marullius, ad quem scribit Apfyrtus p. 150.
 Lucius, ad quem scribit Pelagonius. 279. 293.
 Macedonum ὁσεκόλλων. 181.
 Mago, Carthaginiensis. 95.
 Orion Marcellus. Vide Orion.
 Verus Marcellus. vide Verus.
 Marcus, hippiater, ad quem scripsit Apfyrtus, 90. 260. Alius Marcus Marius, decurio, ad quem p. 253.
 Mecco, Μήκκων ὁ παλαιός. 173.
 Memnon, hippiater, ad quem scribit Apfyrtus. p. 156.
 Menecrates, Clazomenius, ad quem epistola eiusdem Apfyrti p. 226.
 Nephon. 18.
 Sextus Numenius, ad quem Apfyrti epistola p. 39.
 Numenius, Hephæstionis F., Callipolites, ad quem scribit Apfyrtus p. 119.
 Numenius Alexandrinus, ad quem idem scribit p. 153.
 Rufus Octavius, ad quem epistola Apfyrti p. 228.
 Orion, Alexandrinus, ad quem scribit Apfyrtus pag. 8. 80. Orion Marcellus, ad quem Apfyrti eiusdem epistola p. 226.
Ofantri et aliorum Hippiatrica memorat Labbeus p. 122. bibl. nouae MSS.
 [P] Pamphilum saepe citari in Hippiatricis, scribit *) *Needhamus*, quod aegre mihi persuadeo, licet inter scriptores veterinariorum referatur etiam a Tiraquello de nobilitate c. 31. p. 405. et in catalogo, Hippiatricis graecis Basil. edit. praemisso. Mihi quidem ne vnus quidem in illis occurrit locus e Pamphilo repetitus.
 Papias, hippiater, Antiochenus, ad quem epistola Apfyrti p. 237.
 Pasicrates, Alexandrinus, hippiater, ad quem Apfyrti epistola p. 247.
 Pelagonius. 8. 22. 23. 24. 31. 42. 56. 75. 82. 89. 90. 95. 100. 107. 126. 136. 143. 154. 155. 167. 176. 178. 185. 191. 207. 215. 216. 221. Ἀρσίπῳ ἰδίῳ χαίρειν 145. ad Lucium epistola p. 279. 293. *Fabr.* Vid. *Vegetii* praef. ad artem veterinar. init. et cl. *Schneider.* comment. ad illum locum p. 22. qui, „quod, inquit, de Pelagonii scripto addit (*Vegetius*), omisissis signis causisque morborum eum tam magnae rei fundamenta neglexisse, argumento esse potest, plura capita, quae in Hippiatricis nomen *Pelagonii* inscriptum habent, alii scriptori esse adsignanda, veluti pag. 126. de signis et causis tetani; pag. 136. de signis hydropis; pag. 176. de signis bulimi, atoniae, febrium, opisthotoni etc. In loco pag. 145. initium habet Πελαγώνιος Ἀρσίπῳ χαίρειν p. 276. Ἀρκίῳ χαίρειν de colicis, vbi *Celsus* veterinarius laudatur.“ *Hartl.*
 Phlamaruntius, p. 53.
 Pindarus. 3.
 Pistorius, siue Πισήγειος, Siculus. 24.

Posido-

*) Testatur notis ad Geoponica, se vsum vetusto codice MS. Hippiatrica e bibl. collegii Emanuelis Cantabrig. *Fabr.* v. *Needham* prol. ad Geoponica p. LXV. vbi a pag. LXIII. multus

est de Pamphilo: sed *Niclas.* ibid. in nota Fabricio nostro adsentitur. Add. *Lambec.* comm. de bibl. caesar. II. p. 143. sqq. de *Pamphilis*, et p. 157. sqq. de *Pamphilo* in Geoponicis. *Hartl.*

Posidonius, ad quem scribit Apfyrtus p. 134.

Ad Postumium, ducem, Apfyrti epistola, 259. Ποσειδών δακὶ (leg. δακί) χαίρειν.

Quintiliorum Georgica. 4. Fabr. v. Needham prolegg. cit. p. LXVII. sqq. et ib. Niclas. not. 3. p. LXX. Harl.

Quintus Lollius Marullius. Vide Lollius.

Rufus Octavius, ad quem Apfyrti epistola p. 228. Alius Iordanus Rufus, Calaber, miles, cuius liber de cura equorum MS. in codice Thuaneo. 431.

Sabinus, ad quem Apfyrtus scripsit p. 10.

Sarmatarum mos castrandi equos. 67.

Iulius Saturninus. Vide Iulius.

Secundus, hippiaiter, ad quem epistola eiusdem Apfyrti p. 71. 90.

Sennas, centurio, hippiaiter, ad quem scribit Apfyrtus p. 156.

Getulius Senerus, ad quem epistola p. 263.

Simon. Τά τε Σίμωνες ἀνδρες τῷ παλαιῷ τῆς ἵππασίας αὐτῷ τρόπῳ ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις ἐλευσινίῳ χαράξαντος καὶ σημεινάντος ἐν τοῖς σχήμασι. 3. Atheniensis 173. 261. Male Cimon hic dicitur apud Suidam in Ἀψυρτος et Κίμων, vbi ἵπποσκοπικὸν eius βιβλίον θαυμασίον commemorat. Et apud Tzetzem Chil. IV. versu 483. ἵπποτροφία Μεγακλῆς καὶ Κίμων Ἀθηναῖοι. Rectius Simon in Hippiatricis hisce, tribus locis et apud Suidam in Τρίλλη, et apud Clementem Alex. VII. Strom. pag. 761. Plinium XXXIV. 8. Iulium [P] Pollucem II. 4. sect. 12. et antiquiorem his omnibus, Xenophontem, libro de equitatu.

Statilius Stephanus, medicus, ad quem scribit Apfyrtus p. 143.

Stratonicus. 202. 220.

Tarentinus (Heraclides) 4. 220. Fabr. — Fabricius quoque infra in elencho Medic. (vol. XIII. p. 177. vbi plura dixit de Tarentino,) Lambec. comm. de bibl. caesarea, vol. II. p. 144. sqq. 150. sqq. 177. sqq. inprimis p. 182. et Needham prolegg. cit. p. LXXII. sq. Heraclidem ciuem aliquem Tarenti intelligunt. Sed secus sentit Niclas ad cit. prolegg. cui Tarentinus videtur nomen esse proprium, vt Florentinus: atque „sic quoque, ait, Suidas: Ταραντῖνος, ὄνομα κύριον. Noster is est, quem Anatolius legit, quod Photius cod. CLXIII. docet, qui ei locum dat post Africanum. Eum quoque in consilio habuit Palladius XII. 19. XII. 20. I. 12, 21.“ Harl.

Theomnestus. 16. 31. 45. 69. 73. 81. 84. 85. 92. 99. 106. 108. 123. 130. 141. 143. 167. 185. 190. 205. 215. 229. 236. 237. 250. 254. 268. 297. 302. Fabr. v. Needham. et Niclas. prolegg. laud. p. LXXIII. Harl.

Tiberius. 20. 27. 72. 90. 96. 101. 137. 168. 169. 191. 208. 227.

Ad Tiberium Claudium Heraclidem, Clazomenium, epistola Apfyrti p. 258.

Titus, ad quem scripsit Hierocles. Vide supra in Hierocle.

Tyrannius Varro, ad quem Apfyrtus scribit pag. 37. Τυραννίῳ Βάρωνι χαίρειν.

Valens Decurio, ad quem scribit Apfyrtus. p. 131.

P. Vegetius, latinus mulomedicinae scriptor, graecos huius argumenti auctores consuluisse se non diffitetur, sed paucos laudat de nomine. Ita vero in praefatione: Licet proxima aetate et Pelagonio non defuerit et Columellae abundauerit dicendi facultas, verum alter
eorum

eorum (*Columella*), quum rusticae rei praecepta conscriberet, curas animalium leui admonitione perstrinxit: alter (*Pelagonius*) omiſſis signis cauſſisque morborum, quasi ad doctissimos scriberet, tam magnae rei fundamenta neglexit. *Chiron* vero et *Absyrtus*, diligentius cuncta rimati, eloquentiae inopia ac sermonis ipsius vilitate fordescent. Citatur *Chiron Centaurus* ab eodem *Vegetio* lib. I. cap. 17. lib. IV. cap. 8. et 13. 14. 27. *Pelagonius* IV. 13. 27. et *Absyrtus* IV. 13. 14. 22. 27. *Alics mulomedicos, siue κτηνιάτρεις*, scriptores de nomine ab eo citari non memini. E latinis *Columellam* laudat et praef. *Celsum* III. 4. pag. 42.

Verus Marcellus, ad quem *Apfyrti* epistola p. 57.

Xenophon, Atheniensis, Grylli F., περὶ ἵππων p. 3. 261.

12. Denique certum est et *Noni*, medici, compendium, de quo Volum. XII. huius bibl. p. 685. *) et anonymi de *diaeta* *), de quo *Cangius* p. 102. ad *Zonaram*, et *Geoponica* etiam iussu et auspiciis *Constantini* huius *Porphyrogeneriti* collecta fuisse, vt eos fugerit ratio, qui de *Constantino Magno*, vel, vt *Cornarius*, de *Constantino Pogonato* cogitarunt. Certe *Constantino* nostro, Leonis Sapientis filio, soli et ex asse competit elogium, quod auctor huius συναγωγῆς in praefatione ad *Constantinum* scripta ait, eum omne genus doctrinae et [P] omnes disciplinas summo studio instaurasse, vocatque eum τερπνον τῆς πορφύρας ἀπάνθισμα, quibus verbis ad *Porphyrogeneriti* adpellationem aperte adludit *). Ecquis vero *Constantini* huius iussu, quem etiam XX. 6. verbis, ὁ τιμιάτατε, adloquitur auctor, collectionem ipsam composuerit, atque opus hoc in XX. libros distributum, (quorum primores duodecim sunt de agricultura, octo postremi de cura rei pecuariae,) ex variis scriptoribus ita digesserit *), adhuc puto esse incertum *). Quum enim plures ante illam aetatem de agri-

o) Add. *Fabric.* B. Gr. vol. XIII. p. 126. (vbi quoque de libello de *diaeta* agitur,) it. paullo ante ad sect. 10. notata e praefat. Bernardi ad edit. ibidem citatam *Noni*, siue potius *Nonni Theophranis*, et *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 448. *Harl.*

p) Est quoque in cod. *Parif.* bibl. publ. MMXCI. nr. 9. vid. supra ad sect. 10. addita. *Harl.*

q) Add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 554. et *Lambec.* atque *Kollar.* comm. bibl. caes. VII. p. 388. *Harl.*

r) Varias sententias recensui pridem in Decade Decadum, edita Lipsiae 1689. 4. capite ultimo siue centesimo [add. Fabricii opusculorum syllogen. Hamb.] Videnda etiam *Petri Needham* prolegomena, *Geoponicis* praemissa, et *Placii* thesaurum Pseudonymorum n. 716. *Cangius* ad *Zouaram* p. 101. *Fabr.* Conf. sunt iu-

primis, quae *Niclas.* et in praefat. ad praeclearam suam editionem, et ad *Needhami* prolegomena scite docteque monuit collegitque. Idem pag. XXXIX. sqq. castigauit multos errores *Alberti Halleri*, qui in bibl. sua botanica, part. I. pag. 127 — 145. de *Geoponicis* quam plurima scripsit: quae omnia repetere non vacat. *Harl.*

s) Diuersa variorum VV. DD. iudicia atque opiniones collegerunt et interdum examinarunt *Needham* in prolegg. pag. XXIX. sqq. et *Niclas.* in notis ad illa: quos consulat velim, qui plura de illa controuersia scire aueat. Qualis vero *Geoponitiorum* fuerit genitura, cl. *Niclas.* ad *Needhami* prolegg. pag. XLIII. sq. acute ostendit. „*Constantinus*, ait, *Porphyrogenernetus* ad vsum populi sui publicare vult *Chrestomathiam* rusticam. Negotium mandatur *Cassiano*. Hic ex libris, qui de R. R. scripti sunt, quorum copia esset, omnibus praecepta rusticorum omnia conquirat ac digerit, eo consilio, ne quid omit-

tatur

agricultura non modo ipsi scripserint; sed etiam collectanea eiusmodi ex aliis scriptoribus composuerint: facile factum est, ut illis adscriberetur hoc opus, qui recte nominari potuere inter eos, e quibus ipsum est congestum. Sic, *Cassio Dionysio Vticensi*, fuerunt, qui hos libros tribuerent, quoniam nimirum XX. libros de re rustica ex XXVIII. libris Magonis Carthaginienfis punice scriptis contractos et graece compositos Varro lib. I. de re rustica commemorat. Alii, ut Ioannes Harduinius ad Plinium⁴⁾, suspicantur, *Vindanionium Anatolium Berytinum*⁵⁾ esse auctorem, quoniam Photius eius συναγωγήν γεωργικῶν ἐπιτηδεύματων commemorat codice CLXIII. quam ait libris XII. digestam esse ex Democrito, Africano, Tarantino, Apuleio, Florentino, Valente, Leone, Pamphilo ac Diophane, et, in quibus hi dissident, in illis Leoni plurimum tribui. Non dubium est, primoribus duodecim Geoponicorum, quae exstant, libris fundi loco hos duodecim libros Vindanionii fuisse, qui in illis iam sub Vindanionii, iam Anatolii, iam Berytii nomine citatur; at huius, quam habemus, Georgicon collectionis auctor non possit esse ille Vindanionius, scriptor Photio antiquior, nedum, qui tot saeculis eum antecessit, Dionysius Vticensis, quum Geoponica, quae habemus, Constantini Porphyrogeniti tempore, hoc est, centum amplius post Photium annis collecta esse constet. Superest *Cassianus Bassus*, scholasticus, a quo γεωπονικαὶς hasce ἐκλογαὶς congestas esse, multi viri docti sibi persuaferunt, MStorum, ut videtur, codicum auctoritate persuasi. Itaque *Basso* eas tribuunt *Erasmus* adagio, *alaudae in nido*⁶⁾,

Hadr.

tatur. I. 14. XI. 13. V. 6. Quod quidem ita exsequutus est, ut libros, quorum particulas hic habemus, tamquam superfluos interire passa sit posteritas. Quum vero, Photio teste, cod. CLXIII. qui de R. R. exposuerunt, eadem fere de iisdem prodiderint: *Cassianus* omnes, sic excutit, ut nullum auctorem solum sequatur, sed ubique illum primo loco collocet, qui ei argumentum quodcumque optine plenissimeque tractasse videretur; huic deinde subiungat, quae apud alios inuenisset peculiaria. Hoc modo ex multis complurium auctorum voluminibus breue veluti florum corpusculum fecit, ut *Iustinus* in praefatione de simili instituto loquitur. Igitur *Cassianus* excitat reliquos auctores, non is, qui orsus est. Et sane poterat hoc iam ex IV. 8. 9. perspicui, ubi *Florentinus* ab initio et in fine commemoratur. — Porro, ut nostri hodie aliorum libros vel vertentes, vel edentes, vel excerptes, vel tractantes quocumque modo, rarissime a se impetrant, quin quasdam adspargant uotulas; sic etiam *Cassianus* non mutum pecus est, quod alienos saccos in vnum locum facile congerat; sed vir ingenuus, institutus liberaliter, praediorum villarumque plurium dominus et ipse experientissimus arator, qui sumit auda-

ciam quaesitam meritis, et sententiam suam ipse post alios dicit, hoc est, opportune *notas* suas non *adspargit* ad marginem, quod nunc sit, sed *interspergit*, et se miscet reliquo rusticorum choro: Hoc itaque tenemus: Sunt Geoponica, *Chrestomathia rustica cum notis Cassiani Bassi scholastici*, edita Constantinopoli *impensis et auspiciis Constantini Porphyrogeneti*. Hoc observato, reliqua omnia sunt expedita et explicata. Hactenus *Niclas*, qui ea, quae bene et recte, opinor, explicuit, adhuc aliquot exemplis probauit illustrauitque. Harl.

4) In indice praecipuorum, qui in Plinianis notis citantur, illustrantur, emendantur, tom. I. praefixo ad v. *Geoponica*. Harl.

5) Conf. longam de Anatolio notam *Niclasii* ad Needh. prolegg. p. XLVIII. sqq. Harl.

6) De *Erasma* Fabricium cum Needhamio errare, monet *Niclas*. ad prolegg. cit. p. XXXVI. 14. et, „haec verba, inquit, (scil. ad prouerbum *alaudae in nido*.) sunt *Iunii* Adag. Cent. 3. n. 54. p. 164. Froben. Viros doctos decepit *Adagiorum* edit. *Hanouiuensis*, quae studia plurimum confundit indiscretum.“ Harl.

Hadr. Iunius, lib. I. cap. 20. et lib. VI. cap. 1. Animaduersionum et in adagiis p. 164. et et 288. *Nicolaus Rigaltius* ad Artemidorum p. 30. et praefat. ad Demetrii *ἱερακοσόφιον*, *Barthius* XXI. [P] 23. Aduersar. *Tho. Gatakerus* p. 33. Aduersar. et ad Antoninum p. 86. *Bodaeus a Stapel* notis ad Theophrastum de plantis passim, quo in opere non pauca Geoponicon loca erudite illustrat, et *Salmasius*, qui nouam illorum editionem ex codicibus Palatinis adornare voluit, libro de annis climactericis p. 839. et prooem. ad Solin. et p. 1269. et ad Theocriti syringem p. 214. et ad ius Atticum p. 370. atque alibi in suis scriptis. Pridem etiam in bibliothecae Gellnerianae continuatione scripsit Simlerus, *Cassiani Bassiani*, (leg. *Bassii*), *librum vetustissimum MS. dici apud monachum quendam in Italia latitare, putarique eundem esse, qui nunc Constantini Caesaris nomine de agricultura circumfertur*. His adde, quod *Peirus Needhamus*, [p. XXXVI. prolegg.] testatur in codice MS. Barocciano Geoponicon libro II. praefigi hunc titulum: *ἐκ τῶν περὶ Γεωργίας ἐκλογῶν Κασσιανῆ Βάσσε σχολαστικῆ βιβλίον δεύτερον περιέχει τὰδε* w). *Marquardus* quoque *Gudius*, qui editionem Basileensem, cum tribus codicibus bibliothecae Palatinae collatam x), nactus fuit, (e quo Geoponica post scriptores latinos de re rustica, a se editos, emendatius vulgare constituerat *Comnelinus*,) et postea eandem a. 1669. contulit cum MS. chartaceo in 4. bibliothecae Gottorpiensis, ducis serenissimi Holstiae, titulum operis ita concepit: *Γεωπονικὰ ἐκ τῶν περὶ γεωργίας Ἐκλογῶν Κασσιανῆ Βάσσε σχολαστικῆ*. Sed ex hoc ipso titulo suspicari potius licet, *Bassum* hunc non ipsum esse Geoponicon auctorem; sed ipsum etiam referendum inter eos, e quibus Geoponica, qualia hodie exstant, aliquis post eum Constantini Porphyrogeniti tempore collegerit. Nam, quod aiunt, hunc esse illum Bassum, ad quem scripsit Hierocles, hippiatr, vt non pugnem, verum esse, contra illorum sententiam militat. Hierocles enim iste, vt supra notauī, ethnicus scriptor et Porphyrogeniti aevo superior fuit, neque ipse hippiatrica collegit. Deinde *Cassianus*, si esset Geoponicorum, qualia hodie habemus, auctor et collector, atque se ipse de nomine citasset, certe citasset frequentius, quam bis, siquidem de eodem argumento scripsisse se voluisset ostendere; et maioris momenti obseruationes e libro suo produxisset y). Itaque suffragari non dubito *Maussaco*, qui a. 1615. ad Plutarchum de fluminibus p. 194. *Nec adhuc constitutum est*, inquit, *quis Geoponicorum verus auctor*. Nam de *Cassiano Basso*, quod dicunt, non est verum, licet *Hierocles*

w) Consentit cod. Palat. II. in Sylburgii cat. codd. Palat. nr. 207. pag. 60. *Cassiani Bassi scholastici e rei rusticae collectaneis libri XVIII. n. a secundo vsque ad XIX. inclusiue*. Atque in cod. Palatino liber VII. ita constituitur. *Τὰδε ἔστιν ἐν τῇδε τῇ βιβλῳ ὡς φησὶναι παρὰ Βάσσε, ἱερδομῆ μιν ἔσθαι τῶν περὶ Γεωργίας ἐκλογῶν τῶ αὐτοῦ πατρός*. Sed adnotat *Niclas*. l. c. p. XXXVI. not. 15. codices ipsos aut plane esse *ἀδελφώτας*, aut auctorem exhibere *Cassianum Bassum, scholasticum*. Quare equidem cum *Niclasio* nolo suffragari *Maussaco* et *Fabricio*, qui paullo post subscripsit *Maussaci* iudicio. *Harl.*

x) A. Frider. Sylburgio, teste *Commelino* in li-

mine edit. scriptorum lat. R. R. 1595. Conf. *Niclas* praef. IV. et VII. sq. *Harl.*

y) Sed hoc non esse consequens, docet *Niclas*. l. c. p. XXXVII. et auctor noster (*Cassianus*,) inquit, optima quaeque voluit colligere et vna dare. Igitur vbi alii rem bene gesserant, in eorum stat sententia. Deinde vero ipse suam omnino saepius interposuit, quam bis. &c. Idem contra *Needhamum* ostendit, *Cassianum* fuisse *Bithynum*, floruisse sub Constantino Porphyrogeneto, et disciplinae christianae fuisse adsecram. Idem pag. XXXVIII. et pag. LX. demonstrat, *Bassum*, Geoponicorum structorem, haud posse illum esse, ad quem scripsit Hierocles, sed forte aliquem de maioribus nostris. *Harl.*

cles, medicus veterinarius, ad eum scripserit. Multo minus, quae de Vindanionio Anatolio Berytjo etc. Minus etiam verisimilis eorum sententia, qui Florentino hos libros institutionum agriculturae tribuunt: est enim Florentinus [P] inter eos, e quo Vindanionium sua collegisse Photius scribit, atque idem, ni fallor, qui in hippiatricis decurtato nomine Φλωρεντος adpellatur²⁾. Neque ita intelligendus vir praestantissimus Franciscus Redi, in libro de generatione insectorum pag. 74. Sed Iuba, Libyae rex, apud Florentinum libro decimo quinto, institutionum agriculturae, attributarum Constantino Pogonato, imperatori, ac si Florentinum is librorum horum auctorem habuisset; sed citat tantum Florentini locum libro XV. Geoponicon capiti 2. insertum, in quo Iuba citatur. Primoque loco ponitur hic Florentinus inter eos, e quibus etiam Geoponica, quae habemus, collecta traduntur in argumento libri I. quod in MS. Gottorpiensi inscribitur: επιγραφή τῶν ὀνομάτων τῶν περὶ Γεωργίας συγγραψάντων. Sunt autem nomina haec: συνάλεκται δὲ ἐκ τῶν Φλωρεντίνος καὶ Οὐινδανωνίου, καὶ Ταραντίου, καὶ Ἀνατολίου, καὶ Βηρυτίου^{aa)}, καὶ Διοφάνους, καὶ Λεοντίου, καὶ Δημηκρίτου καὶ Ἀφρικανῶν παραδόξων, καὶ Παμφίλου καὶ Ἀπελλίου, καὶ Βάρωνος καὶ Ζωρεάστου^{bb)}, καὶ Φρόντωνος, καὶ Παξάμου, καὶ Δαμηγέροντος^{cc)}, καὶ Διδύμου καὶ Σωτῖωνος καὶ Κυντιλίων. Ne obiectet quis, Cassiani Bassi nomen in his non fore omissum, nisi ipse Cassianus collectionis huius esset auctor: nam ex indice scriptorum infra subiiciendo adparebit, longe plures scriptores esse in hoc prooemio non nominatos, ex quo plurima tamen Geoponicis inserta sunt. Viderit porro Colomesius, qui in Gallia orientali pag. 194. pollicitus est, se de Geoponicis plura dicturum fuisse in Critico Gentili. Certe auctor collectionis huius gentilis non fuit, sed Christianus, ut iampridem in Decade Decadum, Lipsiae sub Io. Alberti Fabri nomine edita^{dd)}, adnotavi. Quamquam [P] vero Christianus

C 2

fianus

2) Conf. tamen Niclas. ad Needh. prolegg. p. LVIII. Harl.

aa) Niclas. l. c. pag. XLIX. non tres auctores esse, qui h. l. citantur, sed unum hominem, docet, ideoque Cassiani locum ita emendat: ἐκ τῶ Φλωρεντίνου, καὶ Ταραντίου, καὶ Οὐινδανωνίου Ἀνατολίου Βηρυτίου. Harl.

bb) Comp. a Fabricio in vol. I. p. 307. sq. observata et a me adnotata. Harl.

cc) Ita hoc nomen scribitur in quatuor codd. MSS. non Δαμηγέροντος.

dd) Verba pace Lectoris adscribere liceat: Alia de auctore Geoponicon quae certo adfirmare possum, non habeo, quam Christianum fuisse, ut constet ex praefatione, et ne alia memorem ex his libri I. verbis: Atque hoc experientia quidam adfirmant, quod a septima Martii ad quartam decimam tempestas rigidior fere fieri con-

sueverit, nam his diebus innumeri martyres, pagani traditi, cum beluis decertarunt. Deinde CPoli scripserit, quod probari potest ex lib. I. cap. 11. ubi recenset, quae nam astra singulis mensibus cum sole occidunt. Item ex libro XII. ubi, quid quovis mense in climate CPolitana fierendum vel plantandum sit, docet, Antiochiae aliquando fuisse, ibique Camelopardalin ex India adlatam vidisse se testatur XVI. 22. Libro autem XV. non solis, inquit, rusticae rei studiosis vitia colligere adlaboravi, sed philologis quoque librum meum adcommodare volui. Inprimis hoc fecisse videtur libro XI. in quo varias mythologias recensuit. Hoc etiam monendum est, quod vulgo fere negligi video, quaedam nomina scriptorum, capitulis inscripta, merito suspecta et non suo loco posita videri, et collectorem aliorum sententias suis plerumque, non auctorum, quos sequitur, verbis exprimere, uti id multis argumentis confirmare possim, nisi minus necessarium existimarem. Libri III. capite 13. quod e Paxamo desunitum esse traditur, hac de re, inquit, in alio meo

stianus fuit: tamen etiam *τερετώδη* quaedam⁷⁷⁾, inferere non neglexit, quae in Vindanionio iam olim reprehendit Photius, inseruit tamen ita, ut non probaret; verum disertis verbis⁷⁸⁾ reliqueret. Inter scriptores nusquam meminit *Heronis*⁷⁹⁾, de quo *Gyraldus* in *Pythagoricorum symbolorum interpretatione* tom. II. opp. pag. 650. *Quod de faba Simeon, idem et Plinius in naturali historia et Suidas adferunt et Heron in secundo rei rusticae libro, ex Geoponicis Didymi, ut videtur. Adiungit idem Heron, quod in earum flore auspiciis quoddam lugubre inveniatur. Hunc Heronem sequutus est Constantinus, imperator, seu, quisquis ille fuit, qui totidem, quot Heron libris, hoc est XX. de tota re rustica scripsit, qui et illud quoque prodidit, Amphiarum primum a fabis abstinuisset, ob vaticinia et somnia. Eiusdem Heronis meminit Guil. Philander, ad Vitruvii II. 9. Constantinus, imp., qui ex utriusque linguae auctoribus Γεωπονικῶν, i. e. de re rustica graece libros XX. scripsit, et Heron, qui ante illum totidem. Clarius etiam idem Gyraldus de re nautica cap. 4. tom. II. pag. 650. Heron, graecus scriptor diligens, ut qui ex utriusque linguae auctoribus libros viginti de re rustica scripsit, [P] et quem est imitatus, ut puto, Constantinus ille, imperator, qui locupletius rem rusticam totidem libris et totidem pleraque verbis, iisdem ferme ex auctoribus complexus est. Et dialogo V. de historia poetarum p. 283. Videndum et sane considerandum, an huius Constantini, imp., (Leonis fil.) libri viginti sint de tota re rustica, qui hodie leguntur, ex diuersis, ac variis scriptoribus concinnati: cuius argumenti et ordinis, viginti alii leguntur sub Heronis, philosophi, nomine. Illius, ni fallor, qui Heraclio imperante vixit, et de cuius aliis scriptis dixi lib. III. cap. 24. §. 6. Fabr. Heronis fortasse esse fragmenta f. excerpta quaedam de variis mensuris et metiendi modis, in cod. Vindob. I. suspicatur Kollarius ad Lambecii comm. de bibl. Caesar. VI. part. I. p. 24. not. Harl.*

Grae-

meo Georgico opere libro tertio capite 27. plenius actum reperies, quae verba non *Paxani*, sed collectoris esse putauimus. *Libri XX. capite 6. pleniorum de omnium piscium generibus tractationem in aliud tempus reiecit. Fabr.* Sed a Fabricii edicto, collectorem sententias suis plerumque verbis exprimere, discedit *Niclas.* ad prolegg. pag. XXXVIII. docetque, auctorem, paucis forsitan locis, ubi summam exponit sententiam, exceptis, ipsa auctorum verba seruasse. *Harl.*

ee) Tale est, quod VIII. 31. scribit Homeri *Iliad.* 3. versum 170. ad primum haustum recitatum non finire, ut aliquis inebrietur. Et X. 87. ait, versum *Iliad.* 4. 387. arboribus adscriptum impedire, ne fructus decident. Lib. XIV. cap. 5. se. pentes columbarium deserturos esse, si quatuor eius angulis inscribas nomen Ἀδάμ, quae primae literae sunt vocum ἀνατολή, δύσις, ἀρκτος, μεσημβρία, quae orientem, occidentem, septentrionem et meridiem denotant. Libro XX. c. 18. ut pisces innumeri confluant, inscribenda ostreae nomina Ἰαῶ, Σαβῶς, et ostream esse abiiciendam in mare vel fluvium. Lib. VII.

cap. 14. efficacissimum aduersus vini corruptionem remedium esse, si dolio θῆα illa χράματα inscribantur ex *Psalm.* XXXIV. 8. *Guilate et videte quoniam suavis dominus.* Vel si verba eadem pono insculpanatur, pomumque in iguem abiciatur. Lib. X. cap. 88. fructus integros in arboribus conseruari, si adscribantur verba *Psalmi* I. *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non defluet.*

ff) Lib. XII. cap. 5. cum ex, nescio quo, scriptore retulisset, mures ex agro fugari, si charta ante solis ortum iniiciatur adscriptis verbis: *ἔξορῖζα τὰς μῦς τὰς ὑπαύδα* etc. hoc, inquit auctor, adscripsi, ne quid reliquisset viderer. Non probo autem haec omnia, μή γένοιτο. Et omnibus auctor sum, ne ad ridicula eiusmodi animum intendant.

gg) De *Florentino* et *Herone*, et de codd. in quibus *Geoponica* illis sunt fraudulentè supplicata, v. *Niclas.* ad prolegg. p. XXXIII. sq. et de *Florentino* Needham. et *Niclas.* p. LVIII. *Harl.*

Geoponicorum editiones.

Graeca vnica exstat, Io. *Alexandri Brassicani* studio in lucem edita, vna cum Aristotelis libris duobus de plantis, et Sim. Grynæi praefatione, Basil. apud Robertum Winter 1539. 8. Codex MS. e quo editio haec curata fuit, a Brassicano deinde peruenit ad Io. Oporinum, inde ad Io. Sambucum ac denique illatus est bibliothecae Caesareae, vt testatur *Lambecius* II. pag. 539. seq. [p. 158. ac p. 163. de *Brassicano*,] et VI. pag. 163. seq. [pag. 369 — 375. Kollar. De alijs codd. paullo post sermo erit. *Harl.*].

Latine vertit *Ianus Cornarius*, ex vno codice, omni inscriptione carente, quem *Matthaeus* ei *Aurogallus*, Boëmus, suppeditauerat. Prodiit haec versio vno ante graecam editionem Basil. anno, ex officina Frobeniana 1538. 8. et recusa est Venetijs eodem anno, [Basil. 1540. Frob. Lugd. 1658.] Lugd. 1541. [apud Gryph.] 8. Posteriores libros octo qui pecorum curam tangunt, post Cornarium et longe maiori, (vt ait *Vossius* ^{hh}) cura, quam ille, transtulit *Andreas a Lacuna*, Secobiensis, additis etiam castigationibus in interpretationem octo illorum librorum Cornarianam, Colon. 1543. 8. Plura tamen etiam *Lacunam* praeteriisse vel perperam accepta ab eo esse, notauit *Needhamus* ⁱⁱ). Latini Latini quaedam ad editionem Lugdunensem obseruationes occurrunt in eius bibliotheca profana pag. 28. seq. Etiam a Io. Ruellio translatis fuisse Constantini de agricultura libros leges in elogijs Sammartiani, sed editam illius interpretationem non puto, quemadmodum nec *Burgundionis*, a quo schedas aliquot Geoponicon latine versas scribit *Laurentius Pignori* in symbolis epistolicijs p. 159.

Germanice Geoponica interpretatus est *Michael Herrius*, recognouit *Lud. Rabus*, Memmingensis, a. 1551. mihi in manibus est editio tertia Argentorat. 1566. ^{kk}) 8. *ads Veltbau oder das Buch von der Veltarbeit* &c. [Basil. 1622. 8. teste Hallero in bibl. botan. tom. I. pag. 143.]

C 3

Ita-

hh) *Vossius* libro de philosophia p. 53. *Fabr. Niclas.* prol. pag. XCIV. videntur *Cornarius* et *Lacuna* Geoponica ita conuertisse latine, vt alter verborum magis premettet vestigia, alter magis sensum illorum explicare studeat. *Harl.*

ii) Pag. XXVI. ed. *Niclas.* — *Cassio Dionysio, Vticensi*, libros Geoponicorum adserere conatus est *Sulpitius Sapidus* in praefat. praefixa quibus hunc titulum fecit: *Cassii Dionysii Vticensis, de agricultura libri XX. Desyderati diu et falso haecenus Constantino. Caes. adscripti. Iano Cornario Medico interprete.* Lugduni ap. Ant. Vincentium. 1543. 8. Sed illa opinio diu refutata est. v. *Needham* et *Niclas.* prolegg. p. XXXI. et posteriorem pag. LXXXVIII. sq. vbi *Sulpitii Sapidi* praef. est recusa. — Idem doct. *Niclas.* pag. XCI. sqq. typis repetendam curauit praefationem *Andrae a Lacuna, Secobiensis*, praef-

fixam eius editioni rarissimae, et, apud *Niclas.* p. XCIV. inscriptae: „Ex commentarijs Geoponicis, sine de re rustica, olim Diuo Constantino Caesari adscriptis, octo vltimi libri, sed qui primis dignitate antecellunt, vtpote in quibus mirum quodam ordine et artificio, animalium fere omnium naturae moresque, et modi, quibus ea educari conueniat, accuratissime exaggerantur: nunc demum ad fidem vetustissimorum codicum ex graecis latini facti. *Andreas a Lacuna*, Secobiensis, Philiatro, interprete. Accedunt etiam eis quaedam castigationes in translationem eorumdem librorum, per Ianum Cornarium, virum doctiss. editam: ex quibus quidem, quantum illius versionis, haec, quam iam manumittimus, praestet, viris eruditis iuxta et synceris iudicandum relinquitur.“ In calce: *Coloniae Ioannes Aquensis excudebat. Anno M. D. XLIII. Harl.*

[P] *Italice*, Petrus Laurus, Mutinensis, Venet. 1542. [rec. dicitur 1554.]

Galliae, Antonius Petrus, Narbonensis. Pictau. 1545. Lugd. 1557.

Posthaec lucem vidit insignis et singulari studio adornata editio *graecolatina Petri Needhami*"), Cantabrig. 1704. 8. Is enim, hortante illustri Io. Moro, Noruicensi tunc temporis, dein Eliensi episcopo, cui opus etiam est inscriptum, graeca ad quinque MSS. codices integros et duos mutilos contulit, suppeditatos ipsi ex bibliothecis, Bodleiana et Cottoniana, adhibuitque, quae in variis codicibus suis notauerant Isaacus Casaubonus, Saracenus, Iani Antonii Saraceni frater, Ianus Gruterus et Tho. Gale. Latinam vero Cornarii versionem variis in locis recognouit atque interpolauit, notasque et castigationes atque scriptorum rerumque indices locupletissimos addidit. Testatur etiam, se habuisse varias lectiones e duobus codicibus Palatinis, longe plures tamen, et passim non contenendas, adhuc desiderari obseruo, qui, cuius supra iam memini, nactus sum e libris Gudianis, editionem graecam Geoponicon, collatam cum MSS. tribus Palatinis et quarto Gottorpiensi. *Marquardum Gudianum* quoque nouam huius operis editionem molitum colligas ex epistolis eius pag. 195. ubi notae Gudii in Geoponicos memorantur. Quemadmodum de *Salmasio* Maussacus ad Plutarchum de fluminibus pag. 195. *Legitimum illius collectionis Geoponicae parentem nemo mortalium, qui hodie uiuit, patefacere potest, nisi unicus ille Claudius Salmasius, quem opus istud longe melius et auctius dare posse, tam constat nobis, quam omnibus reimp. literariis ei multum debere.* [Editurus quoque erat Geoponica I. M. Gerner. v. Niclas, praef. p. VI. sq.]

[*Nouissima et praeclara editio est:*

Isaenovicæ. Geoponicorum, siue de re rustica libri XX. Cassiano Basso scholastico collectore, ante Constantino Porphyrogenneto a quibusdam adscripta. Graece et latine post Petri Needhami curas ad MSS. fidem denuo recensiti et illustrati a Io. Nicolao Niclas. Luneburgi 1781. II. tom. mai. 8. Vir ille doctus nouam instituit textus recensionem variis viuis subsidiis, et Needhamianis et quae ipse nactus est; de quibus late disputauit in praef. p. VI. sqq. In his exemplar, quod Gesnerus a Fabricio acceperat, cui adscriptae sunt lectiones variae trium codd. bibl. Palat. et vnius chartacei Gottorpiensis. Gottorpiensis autem codex postea venit in bibl. Gudianam, et hodie seruatur in bibl. ducale Guelferbyt. Needhamii prolegomena notasque, textui subiectas, multis nouis auxit animaduersionibus varii generis. Cornarii denique versionem, haud omnino perspicuam beneque latinam, a Needhamio quaedam interdum purgatam, saepius vero nouis sordibus deturpatam, emaculare, et frequenti lima adhibita, tam sensui textus graeci, quam genio linguae latinae magis adcommodare studuit. — Bernard. editioni suae *Theophanis Nonni* epic. de curatione morborum, (Gothae 1794. 8.) tom. II. pag. 263. sqq. e codd. II. Vindobon. subiunxit sex capita, quae in reliquis codd. desiderantur. Primum caput integrum legitur Geoponic. lib. XIII. cap. 13. sed cum diuersitate lectionis quadam, quam enotauit Bernard. versionem autem desumpsit ex Geopon.

kk) 1567. teste Niclas, qui in manibus illam habuit versionem, praef. pag. XXVII. *Harl.*

ll) Confer Acta Erud. 1705. p. 183. seq. *Eph-*

merides eruditor. Paris. 1706. p. 838. *Fabr.* Maiore vituperatione quam laude Needh. ed. dignam censet Niclas. praefat. p. V. sq. *Harl.*

Geopon. edit. — — Per hanc occasionem breuē codicum notitiā subiungere lubet: de pluribus iam fufius diffuerunt Needham. ac Niclas. Prior igitur confultit codd. quotquot in Britannia reperire potuit, et exempla edita; cum codd. collata; vti iam Fabric. adnotauit, et Needh. pluribus exposuit in praefat. — De codice *Gudianō*, olim Gottorp. nunc Guelferbytano et de variis trium codd. Palatinorum (in cat. Sylburg. codd. gr. Palat. nr. CIX. CCVII. et CD.) lectionibus iam satis disputatum est. — *Vindobonae* in bibl. caesarea praeter memoratos codd. sunt Geoponica in cod. CI. imperfecto quidem, sed a duobus superioribus caesareis atque edit. prima variis modis non mediocriter discrepante, teste *Lambecio* comment. VII. p. 388. sq. vbi in nota Kollarius adstipulatur Fabricio nostro de auctore Geoponi. In cod. CXXXVI. ex Geoponicorum libro I. et II. excerpta quaedam astrologica seu apotelesmatica, testante eod. *Lambecio* VII. pag. 548. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. DXXIV. Geoponica, quorum collector *Cassianus Bassus* in cod. indicatur, adnotante correctore cat. codd. gr. p. 283. — In bibl. regia *Taurinensi* XXXV. cod. Geopon. cui titulus: ἀρχὴ τῆς Γεωπονικῆς πρώτης βιβλίου Μαρξάνος τῆς Ρωμῶν καὶ τῶν λαϊκῶν. v. cat. codd. gr. Taur. p. 141. sq. — *Neapoli* in bibl. regia cod. V. *Heronis* liber de geometria, quae ad agrorum mensuram pertinet, et Geoponicorum libri XX. Idem Geopon. libri ibid. in cod. XXIV. bibl. *Augustinensium* S. Ioann. ad Carbon. (v. supra, vol. V. p. 774. et 797.) — *Florentiae* in bibl. Laur. medic. codd. XXIII. 1. plut. 28. Prognostica temporum anni s. eclogae geoponicae in libros XX. distributae. Mutilam esse initio hanc Geoponicorum collectionem, monet et vberiorē codicis dat notitiā *Banidinius* in cat. codd. gr. Laurent II. p. 42. — pag. autem 554. agit de cod. XXX. plut. 59. qui plenam Geoponicorum collectionem, iussu Constantini Porphyrogeneti concinnatam, continet. — *Parisi*. in bibl. publ. cod. MCMXCIII. (scripto a. 1483. a Francisco Thosandello, Taruisi Cancellario,) in cod. MCMXCIV. et in sequenti cod. Geoponicorum libri viginti. — Ex *Plüeri* itinerario per Hispan. p. 193. et 194. iam adfuit *Niclas*. praef. p. XVII. sq. sub *Zoroastris* nomine de caniculae ortu et de praecognitione eorum, quae ex ipsa contingunt; quod est lemma cap. VII. lib. I. Geoponicor. cui quidem *Diophanis* nomen est adfixum; et volumen mathematicum, quod inter alia continet de fructibus et ventis, de agricultura, et denique de caniculae ortu prognosticon: quod est primi libri operis Geoponici argumentum. — *Mosquae* est cod. continens Geoponica, teste *Athanasio Schiada* in catal. codd. MSS. graec. qui in bibl. synodali Moscuensi adseruantur, in typogr. Moscuensi, a. 1723. 4. p. 84. —

Cl. *Niclas*. meminit p. XIX. praef. *Agapii*, monachi Cretensis, qui scripsit *Geoponicon*; et opinatur, non posse fieri, quin multa ibi reperiantur, quae hic in rem sine communem. Sed plura de illo homine eiusque opere aliisque rebus, ad me scripsit cel. *Villoison*, ex cuius litteris locum de illo integrum huc transcribam, sperans, id haud ingratum fore lectoribus.

„*Fabricius* fait mention des livres Ascétiques d'*Agapius*, dont parle Richard Simon p. 291. sqq. de sa *Fides ecclesiae orientalis*, seu *Gabrielis Metropolitae Philadelphienfis opuscula*, Paris. 1686. 4. et dans ses *Lettres choisies* tom. II. lettre VII. p. 52 — 58. et ibid. Lettre XI. p. 78 — 81. ed. Amsterd. 1730. 12. (vid. Fabric. tom. IX. p. 27. et tom. X. p. 383.)
Fabri-

Fabricius ultimo loco cite les *Θαυμασία τῆς ὑπερσυχίας θατόνης* de cet Auteur; mais Richard Simon, tom. II. de ses lettres choisies p. 79. observe tres-bien, que ce n'est pas un ouvrage séparé, mais la troisième partie de son *Ἀμαρτωλῶν σωτηρία*, dont on a fait une Traduction Arabe, comme l'observe Fabric. tom. XIV. p. 379. de son Index scriptorum generalis. Il est étonnant que Fabric. n'ait pas connu un ouvrage fort célèbre de ce même Agapius, son *Γεωπονικόν* en grec vulgaire; que Du Cange cite et explique fort souvent dans son *Glossarium mediae graecitatis*, et dont il parle pag. 44. dans l'*Index scriptorum graecorum*, dont il s'est servi pour la composition de ce glossaire, où il dit, que ce Traité a été imprimé à Venise du vivant de l'Auteur. Cet livre fort connu des grecs modernes est intitulé: Βιβλίον καλούμενον Γεωπονικόν, εἰς τὸ ὅποιον περιέχονται ἐρμηνείαις θαυμασιωτάταις, πῶς τὰ κεντρώονται, καὶ νὰ φυτεύονται τὰ δένδρη καὶ ἕτερα ὁμοία, καὶ ἐξ ἧως πῶς νὰ κυβερνῶνται πᾶς ἑνὸς διὰ νὰ φυλάγεται ὑγίης. ἔτι δὲ καὶ ἰατρικὰ διάφορα αἰληθότατα συναγμένα ἀπὸ ἰατρῶν σοφωτάτων, εἰς πᾶσαν ἀσθενείαν καὶ μνηλόγιον διὰ ὅλων τῶν ἑστέων τῆ χειρὸς, συντεθεὶν παρὰ Ἀγαπίου, μονάχου τῆ Κρήτης. C'est à dire: Livre intitulé géoponique, dans lequel on trouve plusieurs recettes admirables, sur la manière de greffer et de planter les arbres et d'autre semblables secrets, et sur tout sur les moyens de se conserver en santé, et de plus beaucoup de remèdes sur pour toutes sortes de maladies, tirés des ouvrages de plus habiles médecins: et un calendrier pour toutes les fêtes de l'année, composé par Agapius, Moine de Candie. C'est un livre dans le genre des secrets de Fallope, de Castor, d'Alexis Piemontese du grand Albert de mm. Fouquet. La première Edition de cet ouvrage a paru à Venise en 1643. chez Antoine Julien. 8. *Ἐνέτησι παρὰ Ἀντωνίῳ τῷ Ἰεραλάνῳ ἀρχηγῷ*. La seconde chez le même Antoine Julien à Venise, en 1646. 8. J'ai vu chez le Docteur Bosquillon, médecin, et Professeur de Langue grecque au college de France, un exemplaire de cette seconde Edition, où manquoit le 228. et dernier chapitre *διὰ τὰς μεγάλας ἐκείτας ὅπερ δὲν εἶναι συγχρημένον νὰ ἀσθενέσι*. c'est-à-dire, *sur les grandes fêtes qu'il faut chômer*, c-à-d. *solenniser en cessant de travailler*. J'ai la réimpression de Venise chez Antoine Bortoli en 1779. *Ἐνέτησιν ἀψευδῶς, παρὰ Ἀντωνίῳ τῷ Βόρτσι*. in 8. de 228. pages. Toutes ces Edd. sont sans version latine. Agapius Geopon. c. 59. p. 82. ed. d'Venise 1779. dit que de son temps à Venise (an. 1643.) un euf, frais y coutoit jusqu'à quatre aspres, et quelquefois plus cher, tandis que deux et souvent trois eufs, qui n'étoient pas frais, se donnoient pour un aspre. Il parle c. 183. pag. 192. comme témoin oculaire, d'un usage des moines du mont Athos pour garder des charbons toujours allumés pendant tout l'office: et pag. 54. p. 41. il indique la manière de conserver long temps, les raisins et les autres fruits, sans qu'ils pourrissent telle qu'il l'a vu pratiquer à l'isle de Scyros, où les moines du mont Athos ont une maison et des terres. Et c. 42. p. 56. il donne la recette pour faire d'excellent vin sans raisin, et dit, la tenir d'un Russe, avec lequel il s'étoit trouvé enfermé dans une place assiégée par les ennemis. — On a omis dans l'Edition de 1779. la dedicace à Jacques Médici, Docteur en medecine et en philosophie. Agapius lui dit: *Ἰάκωβε, ῥήτωρ ἐξοχώτατε, καὶ ἰατρὲ πάνσοφε*. . . *σὲ θαυμάζωσιν ἅπαντες, βλέποντες, ὅτι ἀπὸ μίαν ποταπὴν καὶ εὐταλὴν χώραν τῆς Μαίνης* (en grec vulgaire *χώρα* veut dire *villè*, *χωρίον*, *village* et *χωρεῖον*, *champ*. Jacques de Medicé étoit donc d'une petite ville de *Braxso di Maina*, le pays des Mainiotes, partie méridionale de l'ancienne contrée des Spartiates.)

ἐβλά-

ἐβλάστησε τοιοῦτον Φυτόν ἐσκολισμένον μὲ τοσὰς ἀρετὰς, καὶ χαρίσματα. (orné de tant de vertus et d'avantages naturels) ταῦτα ἀκάνοντας (pour ακάν en grec vulgaire,) καὶ ἐγὼ ἀπὸ τὸν Θεοφιλέστατον κῦρ παρθένιον, (étant instruit de votre mérite par le Seigneur Parthenius.) τὸν πρῶν Εὐρυσθένης ἐπίσκοπον καὶ ἀπὸ ἄλλης πολλῆς Λακεδαιμονίας, καὶ τὰ λοιπὰ. Il ajoute ibid. Ἐγὼ ἰατροὺς δὲν εἶμαι (pour moi, je ne suis pas medecin) μένον ἀπὸ τὸν Ματαιώλην καὶ Κάστορα, καὶ ἄλλης σοφῆς τῶν Ἰταλῶν ἐμεταγλώττισα τὰς ἐρμηνείας αὐτὰς ὅπως ἐτύπωσα εἰς κοινὴν ὠφέλειαν, (je ne fais que traduire pour l'utilité commune, ces recettes, que j'ai tirées de Matthiole, de Castor et d'autres savans Médecins Italiens.) Il ajoute dans praeface p. 4. ed. de Ven. 1779. ἔχων τὴν πρῶν ἐγὼ νῦν σὰς ἐνεργετήσω καὶ σωματικῶς, ὡς ἄνθρωπε, καθὼς καὶ ψυχικῶς σὰς ὠφέλησα μετὰ βιβλία, ὅπως ἐτύπωσα, τῇ Θεῷ συνεργῶντός μοι. (desirant, o mes chers lecteurs. (o hommes!) de vous rendre aussi de services corporels, comme je vous en ai déjà rendu de spirituels par les livres, que j'ai fait imprimer avec l'aide de Dieu. Ces livres ascétiques sont le Νέος παράδεισος, ἦγεν Βίαι διάφοροι ἀγίων. (le nouveau Paradis c. à d. diverses vies des Saints. Venise 1641. 4. v. Fabric. tom. IX. p. 27. et tom. X. p. 333.) et Ἀμαρτωλῶν σωτηρία, (le salut des pécheurs) Venise 1641. 4. chez Ant. Julien *) v. Fabr. tom. XIV. p. 379. in indice script. general. à l'article d'Agapius, ou il indique une Traduction Arabe de cette Ἀμαρτωλῶν σωτηρία †). — Agapius nous apprend à la fin de son Epître dedicatoire, qu'il étoit Moine du mont Athos et s'appelloit Athanasie Lando, avant d'avoir embrassé la vie Monastique. Le Marquis Maffei dans sa lettera al padre Abate Baschini p. 301. de ses rimes et prose, in Venezia 1719. 4. observe tres-bien, que les grecs modernes lors qu'ils deviennent Evêques, (j'ajoute, et lorsqu'ils se font moines,) changent leur nom de batême, mais ont toujours l'attention d'en prendre un, qui commence par la même lettre. C'est ainsi que Lando, qui se nommoit Athanasie dans le monde, se fit appeller Agapius, en entrant au mont Athos. Il dit p. 4. de sa preface, ed. de Ven. 1779. qu'il a compilé ce Γεωπονικόν, d'après les Médecins anciens et modernes ἰατροὺς νεωτέρους καὶ παλαιούς, qu'il y a mis beaucoup de remèdes fort utiles à la santé qu'il a soin d'y indiquer tous les alimens, fruits, anniaux, herbes, poissons sains et mal sains et nuisibles, ἐδῶ (hic) σὰς ἐρμηνεύω ἓνα καὶ ἓνα τὰ βρώσιμα, ἦγεν, καρπὸς, ζῶα, χρηταρικά καὶ ὀψάρια, καὶ καὶ ἐνὶ τὴν βλάβην ὅπως δίδει (le mal qu'ils font,) καὶ τὴν ὠφέλειαν. il dit ibid. p. 7. de sa preface, qu'il a puisé dans beaucoup de livres: ἐκ συνάθροισα ἀπὸ βιβλία διάφορα, et qu'il l'a intitulé Γεωπονικόν, parce qu'au commencement il donne des recettes nécessaires pour les laboureurs et les jardiniers, sur la manière de semer, de greffer, de gouverner les arbres à fruit, de conserver long tems les vins, d'empêcher qu'ils ne se gâtent; et pag. 8. qu'il a recueilli beaucoup de secrets de la bouche des savans dans les différentes villes, où il a voyagé, et dans les livres des philosophes grecs et italiens, tels que Dioscoride, Galien, Matthiole, Castor et d'autres Médecins qu'il a traduit. (p. 8. praef.)

Le

*) Βιβλίον ἐκδοτικόν, καλεῖται ἀμαρτωλῶν σωτηρία. conf. Theoph. Sinceri, (h. c. Ge. Iac. Schlegelii) neue Sammlung von lauter alten v. rarén Büchern. Francof. et Lips. 1733. in. 8.

p. 90. Harb.

*) Add. Adelung Fortsetz. v. Ergänzung zu Chr. Gottlieb Jacq. allgem. Lexicon, vol. I. pag. 291. Harb.

D

Le *Castor*, dont Agapius parle dans son Γεωπονικόν, est celui, dont nous avons un ouvrage intitulé: *Il tesoro della sanità di Castor Durante di Gualdo, Medico, et Cittadino Romano, nel quale s'insegna il modo di conservar la sanità, et prolongar la vita, et si tratta della natura de' cibi et de rimedii de' nocumenti loro*: qui a été souvent réimprimé. J'ai une des Editions postérieures celle de Venise 1675. appresso Mich. Angelo Barboni, in 12. de 308. pages, sans compter la table qui en contient quatre. V. sur ce Médecin le Diction. de Loccher p. 252. tom. II. où il ne donne que la Traduction d'une partie du titre de ce *Tesoro della sanità*, d'ou Agapius a tiré presque tout ce, qui regarde la nature et les qualités des alimens. Il l'appelle τὸν Κάστορα (sic) p. 8. de la préface, sans ajouter le nom de Durante. J'ai deux autres livres Italiens du même genre, que *Castor Durante*, et Agapius. Le premier est intitulé: *Zomista, ovvero Secretario degli animali di Alessandro Venturini*, in Roma, per gli Mascardi, 1636. 12. de 178. pages, sans compter la dedicace de trois pages au père Carlo di san Giuseppe di Lodoli da Spoleti, Monaco dell' Ordine di San Bernardo, et les tables de six pages, le titre particulier, qui vient après le titre general, et ce Index est delle Médecine degli animali, (des remèdes, qu'on tire du genre animal,) *raccolte per Alessandro Venturini di Tendola, cirugio et simplicista, (Chirurgien et Herboriste)*. L'autre livre est intitulé: *Secreti diversi et miraculosi, raccolti dal Falopia et approvati da altri medici di gran fama, nuovamente ristampati et a comun beneficio di ciascuno, distinti in tre libri: nel primo de quali si contiene il modo di fare diversi olii, ceroti, unguenti onctioni, elettuarii, pilole et infiniti altri medicamenti; nel secondo s'insegna a fare alcune sorti di vini et acque molto salutifere; nel terzo si contengono alcuni importantissimi secreti di alchimia, et alcuni altri secreti dilettevoli, et curiosi*. In Venezia appresso Camillo Franceschini. 1582. 8. de 360. pages, sans la préface de deux pages de Borgaruccio Borgarucci, qui a donné cette seconde Edition, et sans la table, qui est fort ample. v. *Crescimbeni* p. 141. tom. V. dell' Istoria della volgar Poesia, sur *Castor Durante*, qui étoit un poëte Latin et Italien. *Apostolo Zeno* pag. 279. de ses savantes notes sur le tome I. de son Edit. de la *Bibliotheca Italiana di Monsign. Giusto Fontanini*, Venezia 1753. 4. cite la traduction du 4^e livre de l'Enéide in ottava rima par *Castor Durante*, da Gualdo di Nocera, imprimée in Viterbo per Agostino Colaldi da Città Ducale 1569. 4. *Francois Xavier Quadrio* p. 272. tom. VI. della storia et della ragione d'ogni poesia, in Milano 1749. 4. dit, qu'il étoit de Gualdo dans l'Ombrie, Citoyen Romain, Médecin du Pape Sixte quint, fameux Botaniste et poëte Laureat, qu'il mourut à Viterbe l'an 1590. et composa un poëme en octaves, sous le titre *del parto della Vergine* libri tre, imprimé a Rome par Jean Baptiste del Cavalleri. 1579. 4. Il étoit de l'Académie de Viterbe. Voyez ce, que le même *Quadrio* dit ibid. p. 699. de sa Traduction du IV. livre de l'Enéide en vers Italiens et de celle du sixième imprimée a Rome en 1566. 4. Il faut aussi mention p. 79. tom. VII. des notes de Durante sur les stances et les rime de Jacques Sacco de Viterbe, imprim. à Viterbe 1572. 4. L'Abbe *Marini* à l'article de *Castor Durante*, dans ses Vies des Médecins de Papes. Durante a mis beaucoup de vers Latins de sa composition dans son *Tesoro della sanità*. Haftenus cl. Villosion.

Sed iam indicem scriptorum, e quibus collecta Geoponica sunt, Needhami industriam sequuti subiiciamus. Nam alios veteres deperditos de re rustica scriptores recenset *Fulvius Ursinus*, in Virgilio cum scriptoribus graecis collato, pag. 82. seq. [p. 94. sqq. ed. Valcken.] cuius locum integrum exhibui in supplemento bibliothecae latinae, vbi de Maonis Georgici sermo mihi fuit.

INDEX

*INDEX scriptorum, quorum excerpta leguntur *), aut qui laudantur in Geoponicis,*
depromtus ex editione Cantabrigienſi.

- Africanus* lib. II. cap. 18, 28. IV. 2. V. 24, 30, 48, 49. VII. 9, 14, 29, 30, 31. IX. 8, 14. X. 9, 16, 30, 31, 32, 36, 49, 43, 55, 56, 59, 66, 82. XII. 11, 38. XIII. 3, 13, 18. XIV. 10, 15. XVII. 6, 18. XVIII. 4, 5, 12. Laudatur V. 45.
- [P] *Anatolius* lib. II. cap. 10. V. 10, 18, 25, 26. VI. 3, 4, 13. VII. 28. X. 8, 18, 72, 85. XI. 20. XII. 7, 36. XIII. 17. XIV. 21. XVIII. 17. Laudatur XIII. 4, bis; 12.
- Apſyrus* lib. XVI. cap. 1, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 19, 21.
- Apuleius* lib. II. 8. VI. 11. VII. 26. VIII. 38, 39. IX. 19. X. 21. XII. 8. XIII. 5. Laudatur I. 5. II. 18. 39. V. 33. bis. XIII. 8, 9. Ἀπυλῆιος ὁ Ῥωμαϊκὸς I. 14.
- Aratus* lib. I. cap. 2, 3, 4.
- Aristoteles* lib. XIV. cap. 26. Laudatur III. 3. XIII. 16. XV. 1, 9.
- Aſclepius* laudatur lib. XX. cap. 6.
- Berytus* lib. II. cap. 9. IV. 11, 33. VII. 33. VIII. 23. X. 19, 38, 69, 70. XII. 37. XIII. 12. XIV. 13, 20. XVIII. 18, 19, 20.
- Cassianus Bassus* lib. V. cap. 6, 36.
- Damogeron* lib. II. cap. 30, 31. V. 21, 22, 37. VII. 13, 24. IX. 18, 26. X. 12, 63, 64, 65. XIII. 12, 35. Laudatur XI. 30.
- Democritus* lib. II. cap. 41. IV. 7, 10. V. 4, 5, 35, 43, 50. VI. 19. VII. 4, 8, 27, 32. VIII. 31, 41. IX. 12, 25. X. 5, 14, 15, 25, 27, 28, 35, 47, 48, 51, 60, 61, 67, 73, 74, 79, 80, 89. XII. 6. XIII. 1, 11. XIV. 5, 8. XV. 9. XVII. 4, 9. XVIII. 6. XIX. 4, 8. XX. 4. Laudatur I. 5, 12. ſæpius. II. 14, 42. V. 2, 45. X. 29. XI. 5, 13, 16, 18. XIII. 8, 9, 14. XIV. 9. XV. 2, 7. XVII. 14. XX. 6. Δημόκριτος ὁ Φυſικὸς XIX. 7.
- Didymus* lib. I. cap. 5. II. 3, 14, 17, 26, 33, 34, 35, 48. IV. 3, 13, 14, 15. V. 3, 14, 27. VI. 5, 6, 10, 18. VII. 18, 19. VIII. 22. IX. 5, 6, 7, 15, 31, 32, 33. X. 3, 6, 17, 26, 33, 45, 46, 68, 71, 77. XI. 5, 18, 25. XII. 3, 4, 14, 18, 28. XIII. 2, 14. XIV. 2, 3, 9, 18, 23, 24. XV. 3, 4, 5. XVI. 22. XVII. 3, 20. XVIII. 3, 7, 8, 15, 16. XIX. 7, 9. XX. 3. Laudatur XIII. 4. Ἐν τοῖς Γεωργικοῖς. X. 11, 20, 37. bis 43, 76, 84, 87, 90. XVI. 22.
- Dionysius* lib. I. cap. 11.
- Diophanes* lib. I. cap. 6, 9. II. 7, 11. V. 7, 31, 44, 45. VI. 12. VII. 3, 17. IX. 20. X. 11, 20, 23, 76. XII. 9. XIII. 9. XV. 7. XVIII. 14. Laudatur VI. 15. X. 29. XI. 3, 26.
- [P] *Florentinus* lib. I. cap. 1. II. 22, 25, 32, 36, 37, 38, 39, 44, 45, 46, 47. IV. 1, 8, 12. V. 1, 2, 9, 12, 13, 15, 17, 51, 52. VI. 1, 2, 7, 8, 14, 15, 16. VII. 7, 37. VIII. 23. IX. 2, 3, 4, 16, 28, 29, 30. X. 1, 2, 7, 13, 29, 37, 41, 42, 57, 58, 75, 90. XI. 7, 8, 9, 26. XII. 2, 13, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27. XIII. 8. XIV. 1, 7, 16. XV. 2. XVII. 1, 2, 23. XVIII. 1, 2, 9, 10. XIX. 6. XX. 1. Laudatur II. 33, 34. V. 14. X. 51, 52, 66, 76. XI. 18, 20. XIII. 9, 14. Ἐν τοῖς Γεωργικοῖς IX. 14. X. 4.
- Fronto* lib. VII. 12, 22. XII. 10. XIX. 2.

D 2

Hefio.

*) De his doctæ copioſeque diſputarunt Needham et Niclas in prolegom. ad tom. I. Geoponic. p. XXIX. ſqq. Hart.

- Hesiodus* laudatur lib. VII. cap. 6.
Hierocles lib. XVI. cap. 9, 10, 11.
Hippocrates lib. XVI. cap. 20.
Homerus laudatur lib. VIII. cap. 31. X. 87. XI. 13.
Iuba laudatur lib. XV. cap. 2.
Leontinus vel *Leontius*, lib. II. cap. 13. 24. V. 47. VII. 34. VIII. 32. IX. 11. X. 4, 50, 52, 78. XI. 21. XII. 33. XIV. 11, 12, 25. XV. 8. XVIII. 13.
Manetho laudatur lib. XX. cap. 6.
Nestor laudatur ἐν τῷ Ἀλεξικήτῳ lib. XII. cap. 16, 17. Ἐν τῇ Πανακείᾳ XV. 1, bis.
Oppianus lib. XX. cap. 2. laudatur lib. XX. cap. 10.
Orpheus laudatur lib. II. cap. 35.
Pamphilus lib. II. cap. 20. V. 23. VII. 20. X. 39, 40, 86. XIII. 15. XIV. 14. laudatur ἐν τῷ περὶ Φυσικῶν lib. XV. cap. 1. *Fabr.* v. supra in indice scriptorum in hippiatricis cit. v. *Pamphilus*, imprimis *Lambec.* ibi laudat. p. 157. sqq. de *Pamphili* fragm. in Geoponicis, coll. tamen *Needham* et *Niclas* in prolegg. cit. p. LXIII — LXV. *Harl.*
Paxamus lib. II. cap. 4, 43. IV. 9. V. 29. VII. 10, 23. IX. 17. X. 34, 54, 62, 84. XII. 17, 32, 40. XIII. 4, 7, 10, 17. XV. 6, 10. XVII. 13, 14. XVIII. 21. laudatur X. 12. XX. 6.
Pelagonius lib. XVI. cap. 2, 17, 18.
Philostratus citatur ἐν τῷ Ἰσορικῷ lib. I. cap. 14. *Fabr.* *Needh.* intellexit *Philostratum*, *Lemnium*, iuniozem; sed dissentit *Niclas* prol. p. LXVII. *Harl.*
Plato laudatur ἐν ταῖς Πολιτείαις lib. XV. cap. 1. XVI. 2.
Plutarchus laudatur lib. XIII. cap. 9. Ἐν τῷ β'. Συμπροσῳακῶν XV. 1.
Ptolemaeus lib. I. cap. 13.
Pythagoras lib. VIII. cap. 42. laudatur II. 35. Pythagorei XII. 13.
Quintilius et *Quintilius*, lib. I. cap. 9. II. 21, 40. III. 1. V. 8. VII. 1, 2. IX. 10. X. 22, 88. XI. 3. XII. 19. XIV. 6, 22. XVII. 5. XVIII. 11. laudatur V. 14. X. 2. XI. 3.
[P] *Sotion* lib. II. cap. 19, 29, 42. V. 16, 19, 20, 28, 38, 39, 40. VI. 17. VII. 15, 25, 35. VIII. 35, 36, 37. IX. 9, 27. X. 10, 87. XI. 28. XII. 15, 29. XIII. 6. XVII. 7, 8, 12. Laudatur I. 13. V. 9, 10. XII. 6. *Fabr.* Conf. *Niclas* l. c. pag. LXXI. sq. *Harl.*
Tarentinus (*Heraclides*) lib. II. cap. 12, 27. IV. 4, 5, 6. VII. 16. IX. 21, 22, 23, 24. X. 24. XI. 23. XII. 41. XX. 6. 7. Laudatur V. 11. XIII. 4, 8, 9. *Fabr.* v. supra in indic. script. in hippiatricis citatorum, voc. *Tarentinus*, et *Niclas* l. c. p. LXXIII. a *Needh.* et *Fabricio* dissentientem. *Harl.*
Theomnestus lib. XVI. cap. 12, 13, 14, 15, 16. XIX. 3.
Theophrastus laudatur III. 3, 4. XV. 1.
Varro lib. II. cap. 2, 23, 49. III. 1. V. 41, 42. VI. 9. VII. 21. VIII. 33, 34. IX. 13. X. 81. XII. 16, 39. XIV. 19. XVII. 10. XIX. 1. laudatur I. 1. V. 17. XV. 2.
Vindanionius, lib. II. cap. 16. V. 34. VII. 36. X. 43, 44. XII. 5.
Virgilius laudatur lib. II. cap. 18.
Xenophon lib. XIX. cap. 5.
Zoroastres lib. I. cap. 10, 12. II. 15. V. 46. VII. 5, 6, 11. X. 83. XIII. 16. XV. 1. laudatur XI. 18. XIII. 9.

13. Constantini Porphyrogéniti iussu etiam atque auspiciis martyria et vitas sanctorum^{mm}), non orientalium tantum, ut visum Ioanni Molano, sed quoscumque, quas nascisci potuit, conscripsit SIMEON, magister et Logotheta, cognomento METAPHRASTESⁿⁿ), ita enim appellatus est, quod plerasque vitas non solum ipse ingenio composuit, condiditque; sed ab antiquioribus scriptas *μετ' ᾠρασε* et paullo alio habitu induit^{oo}), omittendo alia in illis, alia addendo vel mutando atque interpolando. Vitas plerasque recensent Allatius libro de Simeonum scriptis pag. 124. seq. Hanckius parte I. de scriptoribus [H.] Byz. cap. 24. pag. 436. seq. et Caueus ad a. C. 901. sed ita, ut difficillime possint euolui. Nam Allatius initia vitarum ordine alphabetico digessit; Hanckius vitas recensuit sub titulis populorum, qui sanctos quosque, quorum sunt vitae, sibi vindicant: Caueus ordinem sequutus est Allatii, quamquam initia ipsa vitarum adscribere superfedidit. Digessi igitur vitas, quas Simeonis ex stili ratione vel aliis argumentis genuinas Allatius censet, descriptas secundum nomina sanctorum, ordine recensita alphabetico. Addidi etiam alias, quas certis auctoribus Allatius tribuit, itemque illas, quas cum certo auctori non audeat adsignare, Simeonis metaphrastae tamen non esse, putat, esse exploratum, denique longe plures, quas ipse in Actis Sanctorum vel alibi, Allatio praeteritas obleruavi. Illum catalogum habes volumine IX. huius bibliothecae p. 48. usque ad 152. et multo pleniotem quidem, quam primum editio voluminis praesentis hoc eundem loco exhibebat. [Ego vero suo loco inseram vitarum Simeonis catalogum.] Eius itaque in vicem ecce iam tibi Michaelis Pselli in Simeonem, metaphrastem, Encomium cum versione Leonis Allatii, in cuius capite XIII. Operis, de vitis sanctorum ab eo compositi, cum laude meminit, ut facit etiam Theodorus Balsamo, ad can. LXIII. Trullan. χάρις τῷ μακαρίτῃ μεταφραστῇ τῷ τὰ μαρτυρικά ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σιάματα πολλοῖς πέναις καὶ ἰδρῶτι κατακαλλύοντι ἐς ὕμνον Θεοῦ καὶ δόξαν αἰωνίζουσαν τῶν ἁγίων μαρτύρων. Similia Matthaeus Blastares, in synopsi canonum p. 57. seq. Fabr. Hic quoque adiecerat Pselli, metaphrastae, officium, gr. et lat. Μηνὶ Νοεμβρίῳ κη. — — Mensis Nouembris die XXVIII. commemoratio S. Patris nostri Simeonis Logothetae metaphrastae: Officium a Psello compositum. Interprete Leone Allatio. Troparia (i. e. ad vespertas) in Psallium, Domine clamaui. Echus obliquus secundus. Mihi vero nec commodum nec necessarium esse videtur, ut illa opuscula typis repetantur in hac B. Gr. editione. Contra quoniam hucusque de Constantino Porphyrogenneto scriptisque, eius iussu auspiciisque confectis, actum est; adiicere placet notitiam Caerimonialis Constant. Porphy., Fabricii aetate nondum editi, breuem. Sed quoniam opus postea lucem vidit et satis notum est, maxime §. XXIV. partem deleui. Harl.

D 3

[XIX.]

^{mm}) Conferatur Metaphrastes in vita Theodistae apud Surium ad 10. Nou. Mich. Psellus, Encomio metaphrastae pag. 233. Caueus ad a. C. 901. Antonius Pagi tom. III. Criticae Baronianae ad a. 902. et praecipue 913.

ⁿⁿ) Ad iis, quae Psellus pag. 227. seq. Allatius lib. de Simeonum scriptis p. 73. seq. nec non libro de Nilis pag. 29. seq. edit. a me curatae, et de Psellis §. 16. seq. Martinus Hanckius parte I. de scriptoribus hist. Byz. cap. 24.

Io. Bollandus praef. ad Acta Sanctorum tom. I. Ianuar. pag. 16. seq. Fabr. De hoc Simeone et vitis sanctorum alio tempore in hac B. G. copiosius agam. Quare, quae Fabr. in vet. edit. hic de Simeone, eiusque scriptis, item de Dioptra adnexuerat, in praesenti omisi. Harl.

^{oo}) Vide Cotelerii monumenta ecclesiae graecae tom. III. pag. 574. et Bernhardi de Montfaucon Palaeographiam graecam p. 269. 273. 275.

[XIX, *Zacharias Conrad ab Vffenbach* possederat cod. in orbe forsā vnicum, paucis antea vel cognitum vel memoratum, qui a. 1732. peruenit in bibliothecam senatus Lipsiensis. Is vero continet *Constantini Porphyrogeneti libros duo de caeremoniis aulae Byzantinae*: nec vero vnus Constantini Porphyrog. auctor operis, quod quidem ad nostram peruenit aetatem, fuit, sed, quod quidem probabile videbatur *Reiskio* in praef. ad vol. I. pag. VII. sqq. atque in praef. sine ad vol. II. et *I. M. Gesnero* in relationibus etc. postea laudandis, vol. I. pag. 392. adiecta sunt quaedam ab illius nepote cognomine aliisque. Sistit autem opus caerimonias, in aula et ecclesia CPolitana obseruandas, nec non in expeditionibus bellicis et ludis publicis ac solemnibus. Illum codicem vberius descripsit *I. H. Maius* in catal. MMSS. codicum in bibl. Vffenbach. part. II. nr. XVII. pag. 537 — 567. ex eoque excerptit primum *Ἐπεὶ δεῖται* etc. designationem expeditionum imperatoris bellicarum et memoriale pro castris, tum indicem capitum libr. I. et II. graece, cum sua versione latina. Et designationem et indicem ex illo catalogo, saluam, credo, vt moueret viris doctis, typis repeti fecerat *Fabricius* in edit. II. B. Gr. At, opere nunc edito, ea omnia, ex hac noua editione exulare iussimus. Neque tamen incommodum, neque aliis ingratum visum est, epistolam *Vffenbach*, ad *Fabricium* missam, seu accuratam codicis operisque descriptionem, et a *Fabricio* (p. 621. vol. VI. vet. edit.) publicatam, atque a *Reiskio* vol. I. operis pag. XXIII. iteratam, hoc loco retinere. En igitur notitiam *Vffenbachii* cum *Fabricii* notis.

*Codex forma est maior, quam in folio vocare solent, in membranis pergamenas earumque firmiores, laeuiores atque nitidiores, quam quibus postremis, ante typographiae inuentionem, temporibus utebantur, exaratus. Quamquam de eius aetate certo definire non auisim, illum tamen longe ante Urbis expugnationem in ipsa Graetia scriptum esse, existimo. Summa enim cura atque dexteritate confectus, vt sphalmata, quibus recentiores ex scribarum ignorantia atque oscitantia scatent, vel nulla vel exigua rarissime occurrant. Et licet elegantia scripturae tanta appareat, ac si integrum volumen non solum eadem manu, sed [P] eodem calamo eademque die descriptum videatur; litterarum tamen character antiquior est et a nostro multum differt, atque ideo lectionem initio difficiliorem reddit, quae difficultas augetur per siglas vel litterarum compendia, et quod voces minus distinctae nullo plerumque interstitio sibi cohaereant. Quod equidem notam non contemnendam antiquitatis Cl. *Salmasius* pp) adserit. Accentus adiecti illam nec tollunt nec minuunt, cum ab *Aristophane* iamdum inuenti qq) et in vetustissimis atque praestantissimis codicibus saepe reperiuntur. Externa libri facies, inuolucrum nimirum ex corio bubulo Turcico constans auroque obductum atque regni Hungariae insignia, quae in utraque parte adparent, satis demonstrant, non vltimum inter celeberrimae atque instructissimae Budensis, heu quondam! bibliothecae κρηλια locum obtinuisse. De quo infra pluribus. Sed vt ad interiora ascedam, primus Tractatus omnem adparatum bellicum omniaque ad illum necessaria exactissime describit, reliqui, Ritus ecclesiasticos, caeremonias, in vnoquoque festo die obseruari solitas, proxime enumerant. Hinc non solum, quae ad statum aulicum et ecclesiasticum pertinent, sed multa etiam, quae ad topographiam urbis, officiorum atque dignitatum notitiam utramque, ecclesiasticam imprimis horum temporum historiam, faciunt, reperiuntur, quae alibi frustra quae-*

pp) Epistol. ad cl. Sarrauium quae CLXXXIII. est in edit. Burmanni p. 186. seq.

qq) Idem *Salmasius* l. c.

fuertis. Quod licetento est indicio, hoc opus nunquam proditiss. Multa enim tam Palatii quam ecclesiae officia, a Codino atque Mursio omissa, ex illo produci, multa etiam illustrari possunt. Innumerae quoque voces occurrunt, quas neque Glossaria, a Labbeo, Mursio, du Cange composita, neque Hesychius, neque Suidas habent †). Quare ad linguae etiam peritiam haud parum conducit. Stylus ceterum satis comtus atque proestius saeculi barbarie sat elegans. Numquam vero editum, imo vix cognitum habemus optimum fuisse codicem, prorsus miror. Neque enim inter opera Constantini a Vulcanio, vel ab alio publici iuris facta, adparet; neque ab Hantio, nec alio, quod sciam, vlla eius sit mentio ‡). Verum du Fresnei Dominus du Cange industriam effugisse, plane demiror, quippe qui ad illustrandam Orientalis imperii historiam, et glossarium suum adornandum incomparabili prorsus studio omnia rimatus est. Solum Gesnerus §), in historia litteraria versatissimus, eius hucce meminit, dum inter alia Constantini opera recenset: Volumen graecum magnum ex bibliotheca Hungarica de ceremoniis aulicis sacris et prophanis. Videndum, pergit Gesnerus, an forte sit idem liber, qui Harmenopulo tribuitur in catalogo ¶) bibliothecae regiae Gallorum; ordo regis Palatii. (Nihil enim mihi dubium est, aut falso Constantino Harmenopulo inscribi aut plane diuersum esse debere. Cum expressissimis verbis imperator in omnium Tractatum titulis et praefationibus illas sibi ipsi vindicet, et quem Constantino Harmenopulo tribuit codex, de aulicis, meus vero de ecclesiasticis potissimum agit. Du Cange, qui omnia regiae bibl. MS. sedulo excussit, Harmenopulum non vidit, alias neglexisset nimis, quare illum adesse vix credo §). Si Labbei bibliotheca MSS. ¶¶) ad manus esset, lubens consulissem, is enim regiae bibliothecae MSS. inter cetera

†) Gesnerus quoque in censura l. c. p. 392. „Fallitur, ait, si quis putat, nos in Codino habere omnem aulae Constantinopolitanae rationem ita explicatam, nihil ut desiderari queat: quum is aliquot saeculis nostro iniur, imminutis valde rebus omnibus, prodierit: Constantinianum autem opus ea doceat, quae aliunde peti aut illustrari non possunt, adeo, ut, si hodie scriberet CPolim christianam Cangeus, si hodie Glossarium illud couderet; si imperium orientale illustraret Bandurius, multa aliter traderent, multa certe traditis adicerent.“ Harl.

rr) Immo mentionem huius operis fecit Pancirollus, in praef. ad Notitiam imperij fol. 2. his verbis: „simile opus Constantinus imperator, ex Leone philosopho genitus, Romano, filio, successori reliquit, in quo summam totius imperij, sociorum omnium, foedera, hostium vires, rationes et consilia explicuit. Id apud se in bibliotheca tamquam thesaurum seruatum fuisse Egnatius scribit, quod est diligenter perquisitum, numquam potuit inueniri.“ Hum.

DD Siue Iacobus Frisus potius in Epitome

bibl. Gesnerianae et continuatione ap. Frofchov. 1583. fol. p. 173.

tt) Secundum catalog. codd. bibl. Paris. quondam regiae est inter alia Constantini Harmenopuli opera; in cod. MCCCLX. nr. 5. illius catalogi aulae imperatoriae et magnae ecclesiae CPolitanae, ineditus dicitur: in cod. MCCCLXI. nr. 7. officia aulae Constantinopolitanae: in cod. MCCCLXII. nr. 4 — 8. officia eiusdem aulae; ordo sedium metropolitanarum, a Leone Sapiente, imp. constitutus; officia magnae ecclesiae CPolitanae; ordo sedium, patriarchae CPolitano obnoxiarum ab Andronico, imperat. Palaeologo II. constitutus; et 8. ordo liturgiae patriarchalis, quo pacto illae peragantur, auctore Demetrio Gemisto. Hic cod. esse videtur, quem Fabric. in seq. nota ex Labbeo citauit. Eadem opusc. sunt in cod. MCCCLXIII. add. cod. MCCCLXXXVI. et infra vol. X. p. 278. Harl.

uu) In hac pag. 270. memoratur ex MSS. bibl. regiae, post Harmenopoli proutmarium, libris VIII. distinctum, et pleraque alia, ad utrumque ius Graecorum spectantia opuscula, officia Palatii et ecclesiae, ac sedes, patriarchae CPol. subiectae sub

cetera enumerat, qualis autem sit catalogus, de quo Gesnerus, ignoro. *Instum* fuisse oportet, singularem eum regionum *Historum* iudicem, inquam typis vulgatum esse, me laetet. Illum vero ipsum esse, codicem, qui Budepsi bibliothecae suppellectilis uberrimae atque praestantissimae quondam fuit, Kaganiae regum arma, ut supra dixi, gentilitia, quibus ex utroque latere splendent, comprobant. In ultima urbis Budeae expugnatione aliqua bibliothecae rudera recuperata, quae Iulius a Pflugk. (1) descriptit, sed nunc tota non memoratur, quare longe ante evasisse oportet. Quibus autem satis in mea tandem manus detulerit, equidem ignoro. Exiguo aere a me redemptus fuit, cui magnè autem pretio mihi habetur, dignus etiam, qui lucem publicam videat. Quod unum unquam opus fiat, nescio, exiguum enim in graecis notitiam meam ingenue agnosco, neque qui habet, graecorum scribendi pruritus sua tenet, ut scriptoris vel editoris nomen nullo reipubl. litterariae commodò tenere mihi arrogare valim. Interdum gratus mihi labor est, quem cum D. Schaeideno idem Schmidt, viro graecarum in eo omnium litterarum peritissimo, codici inopis. Aliqua industria (nam mea quam confero symbola exigua vel nulla) prioris atque dividiæ etiam partis secundae Transitus, rex fidem delineata. Redis in quidem, sed secundis curis, et si plura, quam supra a me nominata, Glossaria nacti erimus expolietur.

Hactenus Vffenbäch. — Illud opus quoque editurus erat Maius cum versione sua latina suisque animadversionibus. Sed nec ad exiguu perduxit laborem. At, *Mensis* fauoribus, codex ille delatus est in bibl. senatus Lipsiensis, qui eadem operis curam tandem per Mascovium demandavit Io. Henrico Leichio: qui iam libello de *Diptychis* vett. Lips. 1743. p. 10. sqq. primam editionis spem fecerat et totum caput quadragesimum secundi libri utroque vulgari sermone; biennio autem post ipsam ordiebatur editionem. Ille vero quum, nondum absoluta dimidia operis parte, viuis eriperetur, Reiske susceptus, reliqua a pag. 217. tom. I. latine conuertit, et commentarios historicos atque criticos tam doctos quam copiosos tom. II. adiecit. Nam *Leichtii*, cuius opera potissimum versabatur in constituenda lectione et latina interpretatione, animadversiones intextae sunt admodum paucae. Editio autem illa, etiam hucusque vivax, est inscripta:

Constantini Porphyrogeneti, imp. CPolitani libri duo de Cerimoniis aulae Byzantinae. Prodeunt nunc primum graece cum latina interpretatione et commentariis. Curaverunt Io. Henr. Leichius et Io. Jac. Reiskius. *Tomus primus continens librum primum.* Lipsiae ex offic. libr. I. Fr. Gleditschii. Prostat Paris. apud Briasson, le Breton, Durand et David l'ainé. a. 1751. mai. fol. — *Tomus secundus continens librum secundum.* Ibid. 1754. Longam tom. I. censuram, multis ex opere redactis excerptis et interspersis hinc inde animadversionibus, fecit I. M. Gesnerus, in relationibus de libris novis, a. 1752. Gotting. vol. I. fasc. IV. pag. 390 — 416. et tom. II. censuram in vol. II. fasc. IX. a. 1754. pag. 249 — 288.

sub Leone philosopho et Andronico Palaeologo, et τῶν τῶν χρονογράφων per Demetrium Genestium, protonotarium magnae ecclesiae diaconum, Inscriptiones patriarchae CPol., ad papam et ceteros patriarchas, archiepiscopos. Sed nihil

haec ad praefens opus.

tom. II. In epistola ad Seckendorffium quae extat tom. II. collectionis Madero-Schmidiauae de bibliothecis pag. 310. seq. 1

Reiske in praefat. ad vol. I. copiose differit I) de fati huius operis; II) de argumento libri. Inter alia agit de *Petro magistro*, ex cuius opere, dudum pro deperdito habito, *περὶ πολιτικῆς καταστάσεως, de constitutione civilis gubernationis*, (v. supra in vol. VII. pag. 538. sq.) putat *Reiske*, ea omnia, quae in hoc Constantini caerimoniali a pag. 225. vol. I. cap. LXXXIV. vsque ad pag. 251. cap. XCVI. leguntur, item cap. libri I. ultimum, et forte quoque alia plura esse decerpta. Idem plura alia, notatu dignissima, quae in hoc opere enarrantur, exponit. III) de inscriptione huius libri. IV) de auctore libri. *Constant. Porphy.* non vnum esse huius, quod nunc terminus manu, operis *ἡ συγγραμματος* auctorem, *Reiske*, vt supra iam indicauimus, bene docteq. demonstrauit. V) de exhibitis in hoc volumine et in sequuturo (II.) exhibendis. Promiserat *Reiske* pag. X. vol. I. animaduersiones historicas in totum opus cum *Leichianis* et indicem graecitatis; sed in vol. II. ad finem libri primi commentariorum (doctissimorum omnino et copiosissimorum) telam abruptit. In praefatione, quidem ad vol. II. spem fecerat voluminis III. quod implerent ea quae ad secundum librum et primi appendicem s. praecepta militaria, quae in cod. eodem initium faciunt, dicenda superessent, cum indicibus, forte quoque excerptis chronici graeci inediti *Georgii Hamartoli* (v. supra, vol. VII. pag. 463. sq.) quod in bibl. Lipsica Senatus inter codd. gr. mssos reperitur. Sed cur tertium illud volum. (quantum equidem scio,) lucem non adpexerit, nescio; et tamen index inprimis utilis et vero necessarius foret. Denique VI. de tabulis aeneis, primae parti huius operis insertis, addidit admonitionem. Praefationi subiecit et recudi fecit doctam *Leichii* dissert. iam a. 1746. editam, de vita et rebus gestis *Constantini Porphyrogeneti, imperatoris Byzantini*. Sed haecenus de illo opere *Const. Porphyrogeneti. Harl.*

In bibl. *Veneta* Marc. cod. DCXXXIV. chart. saec. circ. XVI. continet (nescio, cuius?) officia aulae CPolitanae et Festa atque solennia eiusdem aulae, teste *Villoison*. in *Anecd. gr.* tom. II. pag. 248. *Harl.*

XVIII. DVCAS, *Michaelis Ducae*, viri doctrina et medicae artis peritia clari et ex imperatoria Ducarum ^{ww}) familia oriundi, nepos, et post captam a Turcis a. C. 1453: CPolin, profugus in Lesbum insulam et minister in aula principis Christiani, Dominici Gataluzi eiusque fratris, Nicolai, qui, Turcis tributarius, Lesbo imperabat ^{xx}), variis ad Turcos legationibus functus est, vsque ad Lesbum a. C. 1462. a Mahomete II., Turcarum imp., captam, cui superstes Ducas, ad historiam Byzantinam scribendam animum adpulit, et post temporum seriem, ab Adaino ad Ioannem Cantacuzenum breuissime perstrictam, fusius exponit, quae ab Andronici Palaeologi iunioris obitu, siue a. C. 1341.

^{ww}) *Cangii* famil. Byz. p. 160. sq. Hic p. 166. etiam memorat *Georgium Ducam*, Armenum, qui in Galliam venit a. C. 1455. et a Carolo VII. rege cum aliis Graecis exsilibus humaniter exceptus, et stipendiis ad vitam donatus est. [De Ioanne Duca, patre Theodori Lasca-

ris, v. vol. VII. B. gr. p. 654. Ioannis Ducae, imp., diploma in cod. Vindob. v. Nessel. catal. part. V. pag. 174. cod. CV.]

^{xx}) *Hanckius*, de Byz. historiae scriptoribus parte I. c. 39. ex Ducae cap. 5. et 43. seq.

1341. quo Cantacuzenus Iohanni Palaeologo tutor a patre datus est, gesta sunt usque ad Lesbium a. 1462, a Turcis expugnatam. Certe vltcrius non progreditur Ducae historia in editione, quam in fine mutilam e MS. regis Christianissimi *Ismael Bullialdus* edidit, et latina versione, argumentis capitum, et notis doctis illustrauit, Paris. 1649. [rec. Venet. in corp. script. Byzantin. 1729. fol.] fol. testatus, scriptorem stili quidem elegantia haud ornatum et contum esse; sed rerum momento et grauitate eximium, earumque narratione prudenti gratum. In rebus Hungaricis minus peritum se prodit Ducas capite XXXII. Vide Bullialdi notas pag. 259. seq. *Fabr.* Conf. *G. I. Vossius* de hist. gr. libr. IV. cap. 19. *H. Wharton.* adp. ad G. Caue hist. litt. SS. E. p. 169. in primis *C. Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. III. p. 2604. qui ex epist. 52. Glycae ad Ducam scripta, docet, Ducae praenomen fuisse *Ioannem.* add. *Hamberger* Z. N. IV. p. 763. sq. *Harl.*

[P] Subiunxit Bullialdus ex eadem regia bibliotheca ANONYMI *Χρονικὸν σύντομον*, *chronicon breue* ab a. C. 1089. ad 1523. graece et latine p. 196 — 205. Labbeus in protreptico ad hist. Byzantinam scripsit, *Anonymum bibliothecae regiae de rebus gestis Graecorum aduersus Turcas et de expugnatione CPolis*, latine redditum ab Ism. Bullialdo, breuique vulgandum. Idein memorat, *Anonymi historiam de rebus Turcicis*, vulgari graeca lingua scriptam, in bibl. Barberina custodiri. De ANONYMO vtroque continuatore Theophanis dixi vol. VII. pag. 682. Quemadmodum de ANONYMI Collectaneis antiquitatum CPolitaniarum ibid. pag. 798. sq.

Refertur etiam ab *Hanckio* inter Byzantinos ANONYMVS vitae Chrysostomi scriptor, Constantino Porphyrogenito iunior, quae graece edita primum est ab Henrico Savilio tom. VIII. operum Chrysostomi, Etonae 1613. fol.

ANONYMVS Photii aduersarius, cuius narratio de *flavropatis*, siue signi crucis in subscriptionibus episcoporum adpingi solitae et promissorum per illud datorum violatoribus, ab anno Christi 858. quo Photius Ignatio detruso successor in patriarchatu CPol. datus Ignatii restituti obitum anno Christi 878. Prodiit graece cum *Matthaei Raderi*, S. I. versione ad calcem Actorum concilii octauo, Ingolst. 1604. 4. atque inde in editionibus conciliorum. Addidit *Raderus* graece et latine alterius ANONYMI scriptum a. C. 892. Breuiarium rerum in synodo VIII. gestarum, nec minus METROPHANIS, metropolitae Smyrnaei, epistolam de rebus a Photio gestis, ad Manuelem Patricium ac Logothetam Dromi, quam ex Frid. Metii versione latine dederat *Baronius* ad a. C. 870. n. 45. seq. Tum vitam, ad Ignatii, patriarchae, scriptam a MICHAELE, monacho, et STYLIANI MAPAE epistolam, scriptam a. C. 886. ad Stephanum VI. papam, vt eum Photianis partibus conciliaret. Et libellum pro Ignatii, patriarchae, causa missum ad Nicolaum, papam, a THEO-GNOSTO monacho.

ANONYMI chronicon MS. ab Adamo ad Leonem sapientem frequenter citatur a *Cangio* in diss. de hebdomo ad calcem notarum in Zonaram pag. 132. 136. 151. 156. 157. 158. 159. 169. De alio anonymo graeco Chronici scriptore dixi supra pag. 158.

XX. AN-

XIX. ANSELMUS BANDURIUS, Ragusini, presbyteri ac monachi Benedictini e congregatione Melitensi, *imperium orientale*, siue *antiquitates CPolitanae* in quatuor partes distributae et Cosmo III. magno Etruriae duci ⁹⁹⁾ dedicatae, fol. prodire Paris. 1711. [rec. Venet. 1729.] duobus voluminibus, quorum prius scripta varia, ab editore collecta et *Guilelmi Insulani*, siue *de l'Isle*, chartas duas geographicas, imperium orientale per *themata* distinctum, et descriptionem eius, quale saeculo X. fuit, cum eius observationibus complectitur; posterius continet Bandurii in illa commentarios et varias tabulas veterum nummorum et monumentorum, rebus CPolitans in melius intelligendis et urbis ipsius CPolcos atque templi Sophiae imagini distinctius animo subiiciendae, aere nitide descriptas. Volumine itaque priore post Bandurii seriem chronologicam imperatorum et patriarcharum a Constantino magno, imp., et patriarcha, Metrophane, ad captam vsque a Turcis CPol., exstant:

1) *Constantini Porphyrogeniti*, imp., *de thematibus orientis et occidentis libri duo*, ad MS. codicem regis Galliae bombycinum, MMCDXXXI. ante quingentos annos circiter scriptum, emendati, et latina versione accuratiore et notis illustrati. pag. 1 — 30. De his dixi supra in h. vol. ab init. XVII. nr. 3.

2) *HIEROCLIS Grammatici Συνηκδμος* siue *Comes peregrinationis*, tradens recensionem *ἐπαρχιών* siue prouinciarum LXIV. et ciuitatum 935. quae imperatori CPolitano paruerunt. pag. 31 — 52. Hierocles iste Constantino Porphyrogenneto fuit antiquior, a quo citatur Themate 1. Occidentis, falliturque Schelstratenus, qui, dum Constantini verba pro Hierocleis accipit, ex illo Constantini loco probare vult, Hieroclis scriptum genuinum et integrum non ad nos peruenisse. Hunc *synecdemum*, sed sine nomine auctoris, et quatuordecim postremis prouinciis mutilum, primus vulgauerat *Carolus a S. Paulo* pag. 20. seq. in notitiis antiquis, geographiae suae sacrae subiectis, quae Paris. 1641. fol. primum prodit, et recusa est Amstelod. 1703. fol. *Lucas vero Holstenius* hunc libellum, ex MS. Vaticano descriptum, et ex alio Altempsiano emendatum, et e duobus Farnesianis supplementum, latine vertit, et cum Constantini Porphyrog. de thematibus et de administrando imperio vulgare voluit in corpore hist. Byzantinae; sed fato praeventus non potuit. Quum itaque in bibl. Barberina per aliquod tempus delituisse, in lucem editus graece et latine [P] est in *Emanuelis Schelstrateni* tomo secundo postumo antiquitatis ecclesiae illustratae, in adpendice ad opus geographicum. Rom. 1697. fol. *Fabr.* Conf. Bandurii praefat. ad vol. I. imperii orient. pag. IV. sq. — *Wesseling.* editioni suae, inscriptae: *Veterum Romanorum itineraria* (Amstelae. 1735. 4.), subiecit *Hieroclis grammatici synecdemum* cum amplo doctoque commentario pag. 631. sqq. et praemissa a pag. 621. prolegomena, in quibus in auctoris nomen et aetatem diligentius inquirat; in illorumque fine, se, testatur, ex MSto Bonaventurae Vulcanii excerpta, n. τὰ ἐν προκαθιδρας Μητροπολιτῶν, hinc Hieroclis nomine, ope Hauerkampii accepisse, atque deprehendisse, *synecdemum* ibi

E 2

esse

99) Ab hoc magno Duce deinde a. 1714. illustri Magliabechio, 3. Iul. aetat. 81. defuncto, successor datus est in praefectura bibliothecae Me-

diceae. *Fabr.* De Bandurii imperio orient. v. Acta erudit. 1712. pag. 485. et hist. crit. de la Republ. etc. tom. VIII. p. 279. sqq. *Heum.*

esse integrum, titulo praescripto, quem etiam imp. Constantinus libr. II. them. I. agnoscit. Adde supra ad vol. IV. pag. 665. sq. adnotata. *Harl.*

3) *Constantini Porphyrog. liber de administrando imperio*, pag. 53 — 157. de quo dixi supra pag. 487. seq.

4) AGAPETI ²²⁾, diaconi S. magnae ecclesiae CPol. *σχεδὴ βασιλική* ad Iustinianum, recens al. C. 527. creatum imperatorem, siue *ἐκθεσις κεφαλαίων παραινέσεων*, LXXII. *capita admonitionum*, quorum acrostichis, siue litterarum initialium iuncta series reddit verba: τῷ Σειωτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητός· ὁ ἐλά-
χιστος Διάκονος. pag. 158 — 170. Ioachim Camerarius in latina versione sua reddit hoc acrostichon i *Divinissimo et pietate summo regi nostro Iustiniano Agapetus in minimis diaconus*. Possseuinus in fine adparatus, vbi catalogos librorum MSS. graecorum exhibet, testatur, CPoli inter codices Constantii Barini fuisse hunc librum, in cuius inscriptione Agapetus Iustiniani, antequam imperium ille susceperet, magister fuisse traditur, ex quo *Norrius* diss. de Synodo V. cap. 2. etiam euincit Iustinianum doctissimo viro magistro vsus, tamquam *ἀνακλόβητον* falso traduct. Citatur hic Agapeti liber plus simplici vice in florilegio Stobaei, quamquam loca illa esse ab ipso Stobaeo dubites, quoniam Photius inter scriptores, quibus Stobaeus vsus est, nullam facit Agapeti mentionem.

*Agapeti editiones graecae, quae graecolatina Banduriana ex duobus MSS. regijs *) recensitam praecessere.*

[Antiquissima est: *Agapeti Diaconi de officio regis ad Iustinianum imp.*, gr. et lat. Venetiis. Zacharias Calliergi. 1509. 8. lib. rarissimus. — Latine ibid. cod. anno. v. *Pinelli* catal. I. nr. 1110. et II. nr. 3644.

Agapeti

22) Fuere plures hoc nomine, vt *Agapetus*, Synadorum episcopus, de quo Philostorgius et Suidas in *Ἀγαντός*, Eusebium falso laudans pro Philostorgio. *Agapeti* duo Archimandritae Constantinopoli, quorum in Actis Concilii CPol. sub Mena mentio. *Agapetus* I. papa Rom. a. C. 535. et *Agapetus* II. ab a. 946 — 956. quorum epistolae exstant. Tum *Agapetus*, Rhodi, insulae, metropolita, cuius epistola pro Concilio Chalcedonensi, ad Leonem, imp. scripta a. C. 457. occurrit in Actis Concilii Chalced. parte III. c. 45. *Fabr.* *Agapetus* ille, metropolita, subscripsit quoque a. C. 459. concilio CPolitano sub Gennadio, patriarcha, in cod. Vindob. XLIV. v. *Lambeck.* comm. VIII. p. 890. seq. Inter *Chrysostomi* epistolas occurrunt tres epistolae ad Agapetum. v. *Montfaucon* bibl. Coislin. pag. 567. et 569. *Agapetus* inter grammaticos numeratur in cod. Coislin. CCCLXXXVII. teste *Montfaucon*. l. c. pag.

597. — *Agapitus* vero, martyr et diaconus, in martyrologio rom. d. VI. Aug. v. *Lambeck.* comm. VII. p. 260. — *Agapeti*, papae, gesta quaedam, in cod. bibl. Vatio. teste *Montfaucon*. in bibl. biblioth. MSS. I. p. 101. C. — add. *Addungii* Fortsetzung und Ergänzung, zu Löchers allgem. gelehrt. Lexicon, tom. I. p. 289. — De *Agapeto*, diacono, conf. *Caue* H. L. script. eccl. tom. I. p. 509. *R. Cailhier* hist. gen. des aut. eccl. tom. XVI. p. 483. *Hamberger* Z. N. III. p. 333. sqq. *Saxii* Onom. II. p. 26. sq. *Harl.*

a) Exstat etiam graece MS. in bibl. Vindobonensi. Vide *Lambeckium* III. p. 152. *Fabr.* Vol. III. p. 581. cod. LXXXVI. nr. 18. ed. Koll. tamen eadem bibl. caesar. secundum vol. IV. pag. 507. ed. Kollarii — porro in cod. CCXLVI. nr. 9. atque cod. CCLXXVII. nr. 5. cum commentario graeco anonymi cuiusdam antiqui, singulis capitibus parae-

Agapeti opusculum etc., gr. Colon. 1517. 4. *Panzer* A. T. VI. p. 378. In *Adelungii* Fortl. etc. l. c. p. 200. vitium anni 1527. typograph. esse arbitror. *Harl.*]

Basilæae, a. 1521. 8. apud Io. Frobenium, cum Aesopi et aliorum fabulis, Hesiodo, Theognide et aliis Gnomologis. *Fabr.* De *Agapeti* editt. cum Aesopi fabulis nolo repetere, quae scripsi supra in vol. I. pag. 644. sqq. quibus addatur editio: *Aesopi Phrygii* fabulae cum aliis quibusdam opusculis, (n. Gabrili graeci fabulis XXXIII. ex Aphthonii exercitamentis de fabula, tum de formicis et cicadis, de fabula ex imaginibus Philostrati, Homeri Batrach, Musaeo de Ero et Leandro, *Agapeto de officiis regis*, Hippocratis iureiurando, et Galeomachia, tragoedia graeca.) Basilæae ap. Nic. Bryling. 1553. 12. graece. *Harl.*

In libello Gnomico, *Ioach. Camerarii* graece p. 87 — 108. Sed et latina *Camerarii* versio subiicitur, ad calcem libri p. 227 — 251. Lipsiae 8. sine anni notatione ^{b)}. Lugd. Batav. 1592. 8. apud Franciscum Raphelengium.

E 3

Coloniae

paraeneticis particulatim subiuncto, (vol. V. pag. 244. et 465.) — in cod. VII. nr. 13. itidem cum comment. gr. anonymi. (vol. VI. part. I. pag. 73. sq.) — in cod. XCVII. nr. 2. (vol. VII. p. 384.) — in cod. LXVIII. a. 1700. in Valachia scripto *Agapeti* paraenetica cum Sebastii Trapezuntii Kyminitae paraphrasi, vel commentario, vulgari graeco sermone scripto: plura de illo cod. scripsit *Kollar.* in supplementor. libro I. ad Lambecii comment. pag. 442. sqq. — *Monachii* in bibl. elect. Bauar. *Agapeti* admonitiones, secundum catal. codd. gr. pag. 12. — *Augustae Vindelic.* bis. (teste *Reisero*, p. 40.) — *Florentias* in bibl. Laurent. medic. in cod. VII. nr. 20. plut. 55. — in cod. LIX. nr. 26. plut. 59. — in cod. XIII. nr. 38. plut. 74. — in cod. VII. nr. 3. plut. 86. — citatur quoque in florilegio *sentent. v. Baudin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 261. 333. III. pag. 109. 298. et I. p. 253. — *ibid.* in bibl. B. Mariae, bis, teste *Montfaut.* in diario ital. pag. 364. et 365. — *Venetis* in bibl. D. Marci, cod. DCXX. (v. cat. codd. gr. p. 316.) — *ibid.* inter codd. *Nanianos*, ood. CCXCVI. nr. 11. saec. XV. cum latina versione, sed in fine mutila. v. catal. illorum codd. p. 498. — *Patauii*, in bibl. S. Ioannis in viridario *Agapeti* paraeneticis cum scholiis, teste *Tomasino* in bibl. Patavin. MSS. p. 22. — In *Britannia*, secund. cat. codd. MSS. Angliae et Hibern. in cod. *Barocc.* LI. — in bibl. reg. auctore *Montfaut.* Bibl. MSS. I. p. 629. B. — *Parisiis* in bibl. publ. in

quinque codicibus, secundum catal. codd. Paris. vol. II. in his in cod. MMDLIII. addita est anonymi explicatio grammatica, et subiecta alterius anonymi interpretatio latina, et in cod. MMDCCLXII. nr. 10. adiuncta sunt scholia, haecenus inedita. — Secundum *Montfaut.* Bibl. bibl. MSS. Romae in bibl. Vaticana I. pag. 6. A. p. 122. C. p. 135. D. *Harl.*

^{b)} *Fabric.* infra in vol. XIII. p. 493. et integram dedit operis inscriptionem: *Libellus gnomologicus*, bonarum vitiumque sententiarum generalem expositionem graecam latinamque continens, ad puerilem quidem institutionem accommodatus, sed qui tamen adultioribus quoque opportunus esse possit. „Et primum, *Agapeti* *ἐκδογῶν*, observat, a *Camerario* recensam esse ex MS. Ioannis Sambuci, atque cum editione Colonienfi ante annos quinquaginta duos vulgata collatam. (Ergo libellus gnomologicus ex prelo exiit, si Colonienfis ea est, quam paullo ante memoravi, a. 1569.) Tum *Fabricius* in nota ibidem, „*Camerarius*, ait, adnotat, a Graecis capita illa *Agapeti* vocari *σχηδὴν βασιδωνῶν*, siue *σχηδὴν βασιδωνῶν* quibus nominibus significatur compositio minus elaborata, et operae festinatae fabrica, et quasi commentarius ad regum pertinens considerationem. *Fuit autem interpretatio nostra aliquanto operosior, in studio illam graecae orationis ταννυγῶν comitae formam effigendi.*“ Scholia graeca, quae in Sambuci

Coloniae 1604. 8. 1638. 8. *Fabr.* In libro: τὸ Ἑλληνισμὸς Γυμνασίου an: α' χ' κ' (h. e. 1620.) in 8. nr. 2. In meo quidem exemplari deest versio libri germanica; sed hanc, tamquam alteram opusculi partem, eodem anno Cothen. excusam esse, docet cl. *De-gen* in: Nachtrag p. 13. seq. *Harl.*

Graecolatinae.

rum, et de metamorphosis, ad ipsos spectantibus, de fabulis et allegoriis, quae apud veteres reperiuntur. Vbi etiam de variis sapientibus et eruditis viris, ad Christi amantem et piissimum imperatorem, Romanum Diogenem, victorem et tropaeis ornatum. MS. exstat in bibl. Colbertina, [deind. regia, cod. MMMLVII. v. catal. codd. Paris. II. pag. 602.] recenti caractere exaratum, et frequenter laudatur a Cangio in Glossario graeco ¹⁾. Indicem vero capitum dedit *Anselmus Bandurius* notis ad antiquitates CPol. pag. 818. seq. [Indicem, ex Bandurio sumtum, h. l. *Fabricius* subiunxerat, et addiderat capitum numeros latinamque versionem. Dein repetiit illum gr. ac lat. *In Christan. Wolf.* in mulierum graecarum, quae oratione prosa vsae sunt, fragm. et elogiis, Londini, (Hamburgi) 1739. 4. pag. 30. sqq. Atque in catalogo feminar. olim illustrium subiuncto, pag. 335. sqq. non solum agitur de *Eudocia*; sed etiam capita de poetis lyricis et mulieribus, olim celebribus, ex illo cod. ab Abbate Targnio exscripta, sunt edita. Graece quidem cum versione latina publicatus erat id opus *Ioannes Heruinus*, (v. *Wolf.* in catal. mem. pag. 341.) sed laborem non perfecit. Tandem studio diligentiaque cl. *Villoisonii* opus, quod opinioni atque expectationi praeceptae postea haud respondit, graece in lucem e tenebris est prolatum in tomo priore libri doctissimi, inscripti: *Anecdota graeca*, e regia Parisiensi et e Veneta S. Marci bibliothecis deprompta. Edidit *Io. Baptista Caspar d'Ansse de Villoison*, a. 1781. 4. Venetiis typis et sumtibus fratrum Coleti. Idein in praef. pag. X. testatur, se de *Eudociae* vita et operibus egisse in diss. in academiae inscriptionum confessu a. 1773. lectam. Add. eundem V. D. in prolegom. ad suam *Homeri* II. edit. p. 32. not. Quoniam igitur editum est opus: in hac B. Gr. editione noua nolui typis renouare indicem, a *Fabricio* ex *Bandurii* notis ad antiqq. CPolit. pag. 88. sqq. repetitum. Quae vero adhuc dicenda sint de illa *Eudociae* collectione, quae manum interpolatoris recentioris hinc inde passa videtur, et quae in noua quadam editione sint praestanda, iam pluribus exposui in *Introd. in hist. L. Gr. tom. II. part. I. p. 365. sqq.* Atque fuerunt, qui vel manum criticam adhiberent multis locis sanandis, vel sedes plurium locorum inquirerent. Equidem periculum feci in singulari commentatione, s. in *Eudociae violarium* obseruationum specimine, Erlangae 1785. fol. *Meineckii*, *Heynii*, (cuius iudicium, de opera *Eudociae* et auctoribus, quos exscripserit *Eudocia*, atque codd. quibus illa sit vsa, haud melioribus quidem, quam nos nunc habemus, plerumque multo deterioribus, in notis ad *Apollodori Athen.* bibliothecam, part. III. p. 961. sq. latum, probe est ponderandum,) et V. D. in *annal. litterar. Helmstad. m. Iul. 1789.* diligentiam, in fontibus potissimum, vnde riui *Eudociae* manarint, aperiundis, positam, laudavi in *Introd. l. c. pag. 367.* Inprimis commendanda est censura libri in bibl. critica, vol. II. part. III. *Amstel. 1782. 8. p. 1 — 40.* cuius auctor integram litteram *A.* in violario diligenter persequutus est, vt quemque locum ad auctorem, vnde esset depromptus, referret. — *Mangey* ad *Philonem* tom. II. pag. 408. memorat alium *Eudociae* codicem mst. cuius copiam ipsi fecit *Ricard. Ellis Baronettus. Harl.*

[P] Praeterea *Bandurius* p. 662. seq. graece et latine velut inedium exhibet anonymi scriptoris *apospasmation de Hippodromo*, siue *Circo*, cuius nomen et originem a *Circe*

1) Citat *Eudociam Bandurius* p. 449. 590. 818. 829. 830. *Cangius* ad *Zonaram* p. II. sq.

Circe auctor ridicule repetit. Petitum hoc est ex volumine MS. quantiuis pretii et varia praecleara *) variorum scriptorum et non vnius argumenti monumenta complexo, quod Antonius Eparchus †), Corcyraeus, pridem regiae bibliothecae Parisiensi legauit, in qua hodie est n. 3502. (pridem 2216.) Sed non meminit Bandurius, hoc ipsum de Hippodromo breue scriptum ex eodem MS. codice iam bis editum fuisse graece et latine in variis sacris Stephani le Moyne tom. I. pag. 503. Lugd. Bat. 1685. et 1694. 4.

Pag. 453. seq. Bandurius ex catalogo Boiuiiano MStorum regiae bibliothecae tradit notitiam duorum codicum et variorum scriptorum, quae in utroque illo comprehenduntur praeter origines CPolitanas, quibus in hoc opere ipse usus est. Alterum Originum illarum CPol. auctorem Cangius in Addendis ad CPolin Christianam illas citans pag. 194. existimauit, vixisse sub Constantino Duca; sed Bandurius pag. 455. obseruat, scripsisse sub Andronico Comneno Palaeologo, et ea, quae de Duca velut imperatore aetatis suae tradit, ex antiquiore auctore transcripta operi suo inseruisse.

GEORGII, (postea induto monastico habitu GREGORII) Cyprii, ex Lectore Prot. Apostolario patriarchae CPol. a die Palmarum siue XI. April. 1283. vsque ad Iun. 1289. quo abdicare **) se fuit coactus, et mortuus est 1290. de quo Pachymeres et Gregoras et e recentioribus Allatius de Georgiis pag. 420. seq. et de consensu vtriusque ecclesiae [P] pag. 766. 768. 771. et 775. seq. et Vindiciis Synodi Ephes. cap. 60. et 63. Possinus ad Pachymeris Andronicum p. 565. seq. et 606. seq. et Bandurius p. 939. sqq. Fabr. Caue in Script. eccl. hist. litt. vol. II. p. 329. sq. Oudin. comment. de script. eccl. tom. III. p. 556. sqq. Brucker. in histor. crit. philos. tom. III. period. II. part. II. pag. 549. Saxium in Onom. II. p. 322. seq. Erat autem Gregorius, Cyprius, (vt Saxe ait,) doctrinarum ecclesiae latinae, vt videri volebat, aduersarius, theologus, philosophus et grammaticus. Sed plura narrantur de illo eiusque fatis, doctrina, controuersiis in libro, inscripto:

Georgii seu Gregorii Cyprii, patriarchae CPolitani, vita: quae ex codice Lugduno-Batau. nunc primum graece in lucem prodit, cum latina interpretatione et notis [historicis, chronologicis et criticis.] Acced. dissertatt. duae historicae et dogmaticae, cum binis epistolis, eiusdem Cyprii ad amicum, et Moschamperis Exchartophylacis ad ipsum, nunc primum editis:

*) Contenta huius voluminis MS. ex apographo Sarrauiano, exponit Stephanus le Moyne in variis sacris tom. I. p. 517. seq. sed longe accuratius p. 875. seq. Bandurius, qui etiam ex hoc ipso codice seriem patriarcharum CPol., a Nicephoro CPol. concinnatam, produxit. Confer, quae infra volum. X. p. 477. sqq.

†) De illo Antonio Eparcho, qui circa a. C. 1543. ad Melancthonem Venetiis scripsit, videndus Martinus Crusius in Turco - Graecia p. 94. seq. et in adpendice pag. 543. seq. Lambecius lib.

V. p. 118. et Stephanus le Moyne praefatione ad Varia sacra. Hunc Antonium aliquot Polybii libros, nondum aut graece aut latine emulgatos, in latinum sermonem vertisse, scribit Antonius Sanderus libro de claris Antonis pag. 169.

**) Formulam abdicationis vide apud Pachymerem in Andronico Palaeologo lib. II. cap. 9. Fabr. et in cod. Viudob. caes. LXVII. a fol. 146. p. 2. vna cum formula promissionis aduersariorum, quam ad supplendam hist. Pachymerianam publicauit Lambec. in comm. VIII. p. 1089. sq. Harl.

editis: quæ Byzantina Georgii Pachymeris historia illustratur. Auctore Fr. Io. Fran. Bernardo M. de Rubeis, ordin. Praedicatorum. Venetiis. 1753. typis Io. Baptistae Pasquali. 4 Multa in illo libro occurrunt, quæ ad historiam illius ævi et litterariam et ecclesiasticam faciant illustrandam; quod ex paucis, quæ inde delibabimus, facile erit ad intelligendum. Conf. quoque censuram in nouis actis Lips. erudit. a. 1758. m. Mart. part. II. p. 178-189. — *Bernard. M. de Rubeis* in præf. memorat historiam huius editionis. In animo quondam erat editoribus hist. Byzant. Venetis, ex cod. Lugdun. Bat. duobus constante voluminibus, quorum alterum textum graecum, alterum latinam versionem, ab anonymo quodam factam, continet, *Gregorii Cyprii* opuscula varii generis et epistolas, e quibus Georgii Pachymeris historia imperii Andronici Palaeologi mire potest illustrari, nouae corporis historiae Byzantinae editioni Venetae tamquam supplementum adiicere. Verum res ad exitum perducta non est, atque apographum cod. Leidensis per multos annos latuit neglectum, antequam *Bernardo de Rubeis* donum concederetur. Nec is perfecit consilium, illa opuscula aut maiorem certe partem edendi, deterritus rudi nimis, nec consona graeco textui versione latina. Quare specimen illius codicis quoddam in indice libri designatum exhibere tantum, atque partem illius historiae Michaelis atque Andronici, Palaeologorum, imperatorum Byzantii, a Pachymere scriptae, quæ ad negotia spectat ecclesiastica, speciatim ad ea, quæ sub Michaelis Palaeologo, in discussione dogmatis de processione Spiritus S. a patre filioque acta sunt, copiosius illustrare statuit. Primum igitur ex cod. Leidensi, plenior, quam Vindobon. euulgauit vitam *Gregorii Cyprii*, gr. ac latine, ex qua Leon. Allatii, Fabricii nostri aliorumque notitia potest suppleri, doctisque ornauit adnotationibus. Statim pagin. ostendit, contra Allatium, olim dubitantem, illam vitam diuersam esse ab epistolis; et contra Nesselium, (parte V. cod. CI. Lambecium sequutum,) ipsum Gregorium esse huius vitae auctorem. Tum p. XIII. not. 4. docet contra Leonem Allatium, Guil. Caue, Cas. Oudinum et Mich. Lequien. in Oriente sacro, tom. I. in patriarchis CPolitanis, Gregorium Cyprium fuisse graecum hominem, ex parentibus *graecis*, non, *latinis*, natum. Sequuntur duae dissertationes, in quibus historia controuersiae Graecorum Latinorumque de processione Spiritus S. saeculo XIII. agitata, latius, quam alibi, exponitur: in quarum priore historica et dogmatica, quæ decem absoluitur capitibus, *de praecipuis Georgii seu Gregorii Cyprii gestis, et de processione Spiritus S. a patre et a filio seu per filium*, adeoque de *Ioanne Becco*, Gregorii aduersario, copiose docteq. agitur. Illius autem controuersiae enarratio, quoniam pertinet ad historiam ecclesiasticam, et potiora, vt in nuce, in actis erudit. l. c. sunt relata, hoc loco repeti non potest. Haec tantum adnotare lubet. In cap. VI. §. 6. p. 89. sqq. agitur de homilia quadam, de Spiritu S. quæ in ed. *Chrysostomi* Parisiensi Montfaucon. tom. III. inter spuria prostat, et Frontone Ducaeo, Sauilio, Petauio ac Montfauconio operibus Chrysostomi spuris adnumeratur; contra a Photio in bibl. cod. ECLXXVII. pro genuino illius patris ecclesiastici foetu habetur, nec a Becco, cap. XI. de Spiritu S. apud Allatium in Graecia orthodoxa tom. I. in dubium vocatur: In cap. IX. p. 120. sqq. epistola *Gregorii Cyprii*, ad amicum de sua abdicatione a dignitate patriarchali ex cod. Leid. primum graece cum versione lat. publicatur. Pag. 123. ex cod. Leid. sub nomine τῷ Μοσχάμπερ, n. *Georgii Moschamperis*, ex chartophylacis, epistola ad patriarcham, *Gregorium Cyprium*, siue formula promissionis aduersariorum, qua hi Gregorio innocentiae testimo-

testimonium pollicentur, si is prius scripto promitteret, se, accepto illo testimonio, sine mora munere patriarchali abdicaturum, (v. *Georgii Pachymeris* historiam imperii Andronici Palaeologi senioris libr. II. cap. 6 — 10.) gr. cum versione lat. editur, quam antea *Oudinus* l. c. pag. 561. sine auctoris nomine e *Lambecii* comm. (v. ad vol. VII. p. 776. n. 11.) iterum graece vulgarat. — In dissert. posteriore de *Rubeis* pag. 139 — fin. in capp. sex differit de additione vocis, filioque ad symbolum; deque vano inde sumto Graecorum scissionis praetextu. — Idem pag. XXVI. sqq. in notis ad vitam Gregorii Cyprii, *Gregorii* opuscula, quorum quaedam in cod. caesareo LXVII. quem copiose recenset *Lambecius* comm. vol. VIII. pag. 1066. et in aliis videntur non exstare. In cod. Leid. vita est plena; in cod. autem Vindob. mutila, et ab initio multa defunt. Vitam excipiunt opuscula, sed alio ordine posita, ut in singulis, quae Fabricio memorata sunt, addita interdum duntaxat littera L. (hoc est, cod. Leid.) et notis numeri in illo, adnotabimus. Vita est etiam in cod. Laur. Medic. III. nr. 18. plut. 56. Initio tamen verbis *πατέρις μὲν* — — *ἡ νῆσος* quaedam, quae in edit. de *Rubeis* desiderantur, subiungi in cod. Laur. monet *Bandin.* in cat. codd. II. pag. 298. sq. *Harl.*

1. *Tomus* siue *expositio de fide contra Ioannem Veccum*, patriarcham, *ἐκθεσις τῷ τόμῳ τῆς πίστεως κατὰ τῷ Βέκκῳ*, graece e cod. MMMCCCCXLII. bibl. regiae Paris. apud *Bandurium* pag. 942 — 949. Incipit: *ἔσχε μὲν ἡ ἐπισυμβᾶσα*. Contra hunc tommum videnda, quae *Veccus* s. *Beccus* tom. II. Graeciae orthodoxae Allatii. *Fabr.* Codd. opusculorum plurium enumerat *Oudinus* l. c. pag. 558. sqq. idem prouocat ad *Phil. Labbei* nouam biblioth. MSS. librorum graecorum etc. part. III. pag. 100. et part. IV. p. 104. Paris. 1653. 4. — *Tomus* s. *expositio* est in cod. Leid. nr. IX. vbi inscribitur: *τόμος περὶ ἀσεβείας*. conf. quoque de *Rubeis* l. m. p. 101. sqq. de historia illius expositionis atque controuersiae. *Paris.* in bibl. publ. in catal. codd. tom. II. sunt secundum numeros Fabricii, nr. 1. 2. 3. et 4. in cod. MCCLVIII. — praeterea nr. 1. in codd. CCCLXIV — DLXXXIII. et MCCCIII. — nr. 3. s. *apologia*, in codd. MCCCII. atque eadem et nr. 4. in codd. MCCCII. ac MCCCIII. — *Professio fidei* in codd. quoque MCCCII. et MDCCCLXXXII. — nr. 5. in codd. DCCCXXXI. — MMDCXXIX. et MMMX. — nr. 6. in MMDXXIV. et MMDCCLXXXII. — nr. 1. et nr. 2. (quae vero inscripta est *Τόμος τῷ ἀγιωτάτῃ πατριάρχει Κ^υ γενγορίῳ περὶ εὐσεβῆς πίστεως*.) in cod. reg. CXV. *Matrit.* teste *Iriart.* in cat. codd. gr. p. 457. sq. — et nr. 1. in cod. *Matrit.* LXXVII. sine auctoris nomine. v. *Iriart.* p. 283. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. CCLXIX. nr. 3. *tomus synodalis*; plura vide apud *Lambec.* V. p. 446. sq. — De cod. CCLXXXVIII. *Coisl.* in quo sunt *Becci* et *Acindyni* opiniones de Spiritu S. et *Georgii Cyprii* refutatio, v. *Montfaucon* in bibl. *Coisl.* p. 405. sq. nr. 6. *Harl.*

2. *Confessio*: *ὁμολογία γεγонуῖα, ὅποτε ἡ ἐπισύστασις γέγονε κατ' αὐτὴν παρα τῶν κληρικῶν καὶ τινῶν ἀρχιερέων διὰ τὸ γράμμα τῷ ἐξ Ἑβραίων, μάλλον δ' Ἰδῶα Μάρκε.* *Gratce* pag. 949 — 952. Incipit: *μη ὁ νόμος ἡμῶν κείναι.* [c. L. nr. 11.]

3. *Apologia pro tomo.* *Ἀπολογία πρὸς τὴν κατὰ τῷ τόμῳ μέμψιν ἰσχυρωτάτη.* *Graece* pag. 952 — 961. Incipit: *αἱ μὲν ἐγὼ πρέτερον.*

4. Πιττάκιον siue epistola ad imperatorem *Andronicum* Ducam Angelum Comnenum Palaeologum, graece p. 961. in qua iniuriam sibi a *Marco* illo, (quem cum Marco Ephesio, in Florentini Concilii Actis celebri, perperam nonnulli confundunt,) et a *Ioanne Chila* *) Ephesi metropolita, factam deprecatur. Incipit: κρείττε, θεοπρόβλητε.

5. Eiusdem Gregorii Cyprii alia scripta edita sunt: ἐγκώμιον εἰς τὴν θαλάσσαν ἑστὴν εἰς τὴν τῆ καθόλου τῆ ὕδατος φύσιν. *Encomium maris* siue aquae, [c. L. nr. 17.] quod cum Pauli Silentarii carmine in Thermas Pythias graece edidit Bonau. Vulcanius Lugd. Bat. 1591. 8. separatim et ad calcem Aristotelis de mundo. *Fabr.* Alia praeterea edit. cum *Libanio* de garrulitate Lutetiae 1597. 8. memoratur in cat. bibl. Leidens. p. 45. et pag. 46. nr. 113. — ibid. p. 344. inter codd. Vulcanii nr. 17. *Gregorii* scriptum de se ipso et encomium maris, quo vsi sunt typothetae, et nr. 8. encomium maris, gr. cum praefat. lat. quam dixit Vulcanius in auditorio, ac notis ad marginem, et pag. 345. nr. 30. encomii initium a Vulcanio versum. — In cod. Laurent. III. nr. 20. plut. 56. encomium, teste *Bandin.* cat. codd. Laur. II. p. 299. *Harl.*

6. *Prouerbia*, ordine alphabeti, graece ad calcem Mich. Apostolii prouerbiorum, p. 273 — 281. a Petro Pantino Lugd. Bat. 1619. 4. *Fabr.* v. supra, vol. V. pag. III. nr. X. *Harl.*

7. In *Georgium, martyrem, oratio*, graece et latine in Actis Sanctor. XXIII. April. tom. III. Incipit: ἔθος τῆτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων. *Fabr.* Et graece quidem in Actis mem. sub fin. tomi III. p. XXV. ex cod. Vaticano. Exstat insuper *Parif.* in bibl. publ. codd. DCCCXXXI. — MMDCXXIX. et MMMX. sunt Gregorii orationes in *S. Georgium, martyrem*, in *S. Dionysium Areopagitam*, in *S. Marinam, martyrem*, in *S. Euthymium, Madytorum episcopum* et in DCCCXXXI. etiam oratio in *S. Ioannem, baptistam*. — *Vindobonae* in cod. X. nr. 6. orat. in *S. Magnum martyrem Georgium*, et nr. 7. in *S. martyrem Marinam*, v. *Lambec.* comm. VIII. pag. 150. sq. ibique Kollar. qui animaduertit, Bollandinos ex hoc cod. exscriptum orat. in *Marinam* habuisse exemplar; sed, quia scenica magis quam historica illis visa fuerit, noluisse eam inferere operi suo, eosque copiosius differuisse hac de re tom. V. act. sanct. m. Iul. p. 32. nr. 50. et p. 33. nr. 51. — Tum in cod. XXXV. nr. 3. orat. in *S. Magnum martyrem Georgium*, et *Lambec.* pag. 790. operae pretium fore, iudicat, duo codd. illos mem. comparare cum edit. in Actis SSrum. — Secundum codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* CXC VII. *Gregorii* hom. in martyrem *Georgium*. — Eadem in cod. *Selden.* nr. MMMCCCLXXXIII. 20. et tom. II. inter codd. Th. Gale, nr. MMMMMDCCLXIII. *Harl.*

8. *Sententiae* separatim excusae Colon. 1536. 8.

9. Ex *encomio in Georgium Logothetam Acropolitam*, quem διδάσκαλον suum Gregorius in epistolis suis adpellat, apospasmation dedit graece et latine *Theodorus Doufa* ante Georgii Acropolitae Chronicon CPol. Lugduni Bat. 1613. 8.

Inedita

α) Huius *Ioannis Chilae* epistola ad eundem imperatorem, graece a Bandurio exhibetur pag. 349. incipit: τὴν ἐκπόρευον αἰτίαν.

Inedita eiusdem sunt: 1. λόγος ἀντιρρητικός τῶν τῷ Βένκε βασιλευσάντων δογματῶν, scriptus, antequam Gregorius patriarchatum iniret. Incipit: Οὐκ ἔγωγε θαυμάζω Φιλέτης. MS. in bibl. Vindob. Fabr. In cod. CCLXIX. nr. 5. v. Lambec. comm. lib. V. p. 448. qui corrigit I. Iac. Frisii huius codicis notitiam in bibl. Gesneriana, dum is scripsit *Georgii Cyprii sermones contra blasphemias Beccas etc.* pro sermo — — Becci. — In cod. L. est nr. 8. — In cod. CXV. bibl. reg. Matrit. fol. 49. sqq. v. Iriarte cat. codd. gr. pag. 457. sq. — In cod. MMDLI. nr. 4. cod. DLXXXIII. nr. 25. bibl. publ. Paris. est caput Antirrheticum tricesimum sextum aduersus Beccum, et tribuitur in catal. codd. Gregorio, patriarchae Hierosolymitano; sed in cod. CCCLXIV. nr. 22. citatur: „Gregorii Cyprii liber aduersus Beccum, patriarch. CPolitanum, quem in Latinorum castra transiisse criminatur.“ — etiam nr. 12. Magni Logothetae Muzalonis *Antirrheticus contra Becci blasphemias.* Inc. ἐν αἰσῇ, ὅτι παθὼν. v. Pachymerem in Andron. lib. I. cap. 1. 2. et 8. Theodorus vocabatur, et conf. de Rubeis p. XXVII. et Fabr. infra vol. IX. p. 229. Harl.

[P] 2. *Epistolae CXCI.* cum auctoris encomio. MSS. in bibl. Vindobonensi. Vide Lambecium VIII. pag. 511. seq. vbi inscriptiones et initia *). Testatur Lambecius, in illo codice subiungi ἀπόφασιν, siue decretum synodale pro Gregorio Cyprio, et formulam sollemnem, qua aduersarii testimonium illi dant innocentiae et ἐξοδοξίας. Hanc integram edidit Lambecius pag. 522. [p. 1088. sqq. ed. Kollar. et conf. ad initium huius sect. de Gregorio adscripta. Harl.] Epistolas etiam publicaturum se pollicitus in supplemento, quod parauit, corporis Byzantini. Allatus vero pag. 423. de Georgiis monet, in bibl. Mediolanensi Ambrosiana exstare epistolas CLXVI. in bibliotheca vero Antonii Augustini fuisse CCHL. et in bibl. Lolliana et Monachienſi Electoris Bauariae. Epistolas Gregori Cyprii e codice Balleſdensii descripsisse se, testatur Combessius tom. I. Auctarii nouissimi bibl. patrum p. 478. et quaedam ex illis profert pag. 485. Confer volum. X. huius bibl. pag. 809. seq. Fabr. In cod. regio Scorialensi, notante Oudino pag. 558. ex Labbei supplemento tom. HF. pag. 175. exstare dicuntur Georgii Cyprii epistolae 597. si recte sunt numeratae. Exstant quoque, eodem auctore, epp. in codd. Vatic. — Florentiae in bibl. Laurent. cod. III. nr. 23. plut. 56. Georgii Cyprii quinque epistolae; v. Bandin. cat. II. p. 299. — LXIII. autem epistolae, (quarum seriem et initia significauit Bandin. III. pag. 316. sqq.) in eadem bibl. custodiuntur in cod. VIII. nr. 9. plut. 86. — Taurini in bibl. reg. cod. CLXXII. epp. ferme viginti. — At in cod. CCCLVI. seruatae sunt epp. 185. et quinque magni Logothetae ad Georg. Cyprium. v. catal. codd. graec. p. 259. et 483. sq. — Paris. in bibl. publ. in cod. MMXXII. nr. 8. Greg. epp. ad anonymos et in cod. MMMXLII. epp. 156. cum vita eius praefixa. Harl.

H 3.

3. Re-

3) In cod. caesareo LXVII. vol. VIII. p. 1066. sqq. ed. Kollar. In cod. caesar. CXC. nr. 6. Gregorii epistolae, auctore Nesselio cat. part. IV. p. 110. — In cod. Leid. nr. 18. plures exstant epistolae, scil. 215. ad diuersos, quorum nomina posuit de Rubeis pag. XXVII. sqq. In eodem cod. sequitur nr. XX. ἀπίφασιν s. sententia et decretum synodale etc. nr. 22. ad amicum quemdam ep. qua pollicetur, se abdicaturum esse munere post acceptum de innocentia sua testimo-

nium, et nr. 23. Moschamperis formula sollemnis etc. quas a Bern. de Rubeis editas esse, iam supra adnotaui, denique nr. 24. est παραίτησις, cessio, seu libellus abdicationis throni, a Gregorio datus, et legitur quoque gr. cum versione lat. apud Pachymerem in Andronico libr. II. cap. 9. add. catal. bibl. Leid. p. 336. nr. 49. — In cod. caesareo CCLXXIII. corroso excoque, teste Lambecio V. p. 458. seruatur Gregorii epistola ad quemdam schismaticum. Harl.

3. *Responsiones ad varias quaestiones*, in codice MMCLXXX. regis christianissimi exstare notauit Naudaeus in noua bibl. MSS. p. 104.

4. *Fabulae* in bibl. Bauarica Monachii cod. LXVI. et in bibl. Vindob. *Fabr.* Item in cod. reg. *Taurin.* CCCLVI. nomine auctoris non addito, XIV. fabulae, plurima laude dignae; sed a confectore cat. codd. gr. p. 484. adnotatur, eas Gregorio Cyprio tribui in catal. biblioth. Vindobon. (Nesseliano) part. IV. p. 110. nr. 3. *Harl.*

5. *Descriptio et Encomium urbis CPol.* quam habuit Bonau. Vulcanius; exstat hodie inter alias Gregorii Cyprii *orationes* siue *declamationes* in bibliotheca Lugd. Bat. *Fabr.* In cod. *Leid.* nr. 6. *Cyprii βασιλικὸς, sermo regalis*, siue de rege. Inc. *καινὸν ἔδεν, θεοτάτε βασιλεῦ.* — nr. 10. opusc. incipiens, *τὸν μὲν υἱὸν τῷ θεῷ οἱ Ἰταλοὶ, filium quidem dicunt Itali;* nr. 13. *Cyprii chria:* (quae etiam cum VI. oratt. Georgii eiusque laude maris exstat in cod. *Parif.* bibl. publ. MMMX.) inc. *Σωκράτες μὲν ἐπαινέτην.* — nr. 14. *meditatio, Φιλαργύρε παῖς τῷ πατρί, filius auari patris.* nr. 15. *Potidydae*, (Potidaeatae, populi,) ab Atheniensibus obsessi, sese inuicem comedebant. Athenienses improbitatis infimulant Corinthii, (quorum colonia erat Potidaea.) Athenienses defensi. inc. *Ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι.* — nr. 16. *Φιλόσοφος ἀνελθὼν εἰς ἀκρόπολιν, philosophus, quum adscendisset in arcem, et tyranno persuasisset, deponere principatum.* — *Macarium Chrysocephalum* in *Ῥοδωνίᾳ* in cod. Veneto Marc. varia excerpta ex Gregorii Cyprii oper. dedisse, n. p. 203. ex epistolis, pag. 204—207. ex eius oratt. in *S. Georgium*, in *Euthymium*, in *S. Marinam*, in *Dionys. Arcopagitam*, in imp. *Mich. Palaeologum*, in imp. *Andronicum*; ex eius declamatione, *μελέτη ἐν ᾗ ἀντιλέγει φιλόσοφος λόγοις ἐκτῆσας τύραννον* et ex declamat. *ἐν ᾗ φιλαργύρε παῖς ἀπολογεῖται ἀποκηρυττόμενος.* (quae est nr. 14. in cod. *Leid.*) *Harl.*

6. In imperatorem *Andronicum* et in *Michaelen Palaeologum* declamationes Panegyricae, nec non in *Dionysium Arcopagitam*, in *Marinam*, martyrem, et in *S. Euthymium*, episcopum Madytenum, inemorantur ab *Allatio* pag. 423. de Georgiis. *Fabr.* Hae et aliae declamationes sunt excerptae in cod. Marciano modo memorato; tum in codd. *Parifinis* et *Vindobon.* ut iam paullo ante ad nr. 7. ostendimus. Praeterea in quatuor codd. *Parifin.* orat. in laudem *Andronici*, imper. et in cod. MMMX. in laudem *Mich. Palaeologi.* *Harl.*

Vt a Gregorio Cyprio ad Bandurium iterum reuertar, ex monumentis ineditis, ab ipso laudatis, nihil hoc loco praeterea memorandum venit, quam ANONYMI *catalogus duplex urbium*, quae nomen mutarunt, *Ὅσαι τῶν πόλεων μετωνομάσθησαν εἰς ἕτερον*, qui paullo diuersus, quam Codino de officiis magnae ecclesiae in edit. *Parif.* p. 404. subiectus est, e codice recenti MS. Baluziano integer graece exhibetur in notis, ad Constantinum Porphyrogenitum p. 10. sq. Confer, quae *περὶ ἐπωνυμίας πόλεων καὶ τόπων* edidit e MS. Veneto *Allatius*, ad *Acropolitae* cap. XXIV. p. 241. atque inde *Hudsonus* in adpendice tomi IV. geographorum graecorum minorum p. 43.

XXI. ZOSIMVS, comes et exaduocatus fisci, a Photio cod. XCVIII. et in MSS. codicibus, quos Leunclauius, H. Stephanus et Sylburgius inspexerunt, [et in cod. Medic. Laurent.] *Κόμης καὶ ἀποφισκοσυνήγορος.* Filius fortasse fuit Zosimi illius, ad quem no-

vae

vae Epiri praefidem leges Valentiniani et Valentis a. C. 373. latae exstant in codice Theodosiano ⁷⁾. Scripsisse [P] videri possit non post Eunapium modo, sed *Olympiodorum*, *Thebanum* quoque, (adeoque post a. C. 425.) quem lib. V. cap. 27. ^{8a)} citat, vbi de Rauenna, vrbe, differit, quamquam locus ille glossema videtur *Lambecio* VI. p. 188. [p. 424. Kollar.] et vide, si placet, quae de Olympiodoro notauit supra pag. 238. ^{8b)}. Laudat praeterea Herodotum obiter IV. 20. ⁹⁾ et *Quadratum*, historicum, V. 27. ac *Pisandrum* V. 29. qui libris LX. scripsit *ἡρώικην Θεογαμίαν*, poemate illo heroico omnem propemodum historiam complexus: male enim Zosimi interpretes verba *ὁ τῇ τῶν ἡρώικῶν Θεογαμιῶν ἐπιγραφεῖ πάσαν, ὡς ἐπείν, ἰσοεῖαν περιλαβὼν*, vertit: *qui heroicarum diuarumque nuptiarum titulo totam hanc propemodum historiam complexus est*. Etiam pro *Ἠρώικῶν* apud Zosimum legendum *Ἠρώικῶν*, ex *Svida*, tum ex *Macrobio* potissimum adparet lib. V. cap. 2. Saturnal. vbi ait, Virgilium pleraque libri 2. Aeneidos paene ad verbum transcripsisse a Pisandro, *qui inter graecos poetas eminet opere, quod a nuptiis Iouis et Iunonis incipiens vniuersas historias, quae mediis omnibus saeculis usque ad aetatem ipsius Pisandri contigerunt, in unam seriem coactas redegit et unum ex diuersis hiatibus temporum corpus effecit, in quo opere inter historias ceteras interitus quoque Trojae in hunc modum relatus est*. Patet, *Ἠρώικην* adpellatam, quod a Iunonis cum Ioue nuptiis opus inciperet: *Ἠρώικη* certe vocari non potuit, quia Iupiter et Iuno neutiquam in heroum classe, sed Deorum. Et *Ἠρώικη* dictum, vt *Ἐρμῶικη σερα* et alia similia ¹⁰⁾. Quod vero Pisandrum a Virgilio exscriptum putauit Macrobius, fortasse fefellit eum ratio, et Pisandrum antiquissimum illum poetarum Camiraeum habens in animo non cogitauit, hunc alterum longe fuisse Virgilio iuniorem, quippe qui floruit sub Alexandro Mammacae, filius Nestoris, Larandensis, Seuero imp. clari, vt duobus locis diserte adfirmat *Svidas*. Ceterum, vt ad Zosimum sermo noster reuertatur, *Polybii* plus semel mentionem

2) Conf. de *Zosimo* G. I. *Vossius* de histor. gr. lib. II. cap. 20. G. *Cause*, hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 468. *Tillemont*. Hist. des Emper. tom. VI. p. 594. *Hamberger* Z. N. III. pag. 94. sqq. *Saxii* Onom. I. p. 498. I. F. *Reitemeieri* comment. de Zosimi fide, stilo et historicis, quos ille sequutus est, scriptoribus in (Volborthii) bibliotheca philologica, vol. II. Lips. 1780. 8. pag. 225. sqq. inprimis eiusdem V. D. disquisitioni in Zosimum eiusque fidem, praefixa illius editioni Zosimi. pag. XV. sqq. Atque ego in Introd. in hist. I. gr. tom. II. part. I. pag. 371. iam plura de Zosimo collegi. *Harl.*

8a) Conf. *Reitemeieri* comment. p. 611. sq. ad Zosim. V. 26. sqq. et *Lambecii* comm. VI. p. 412. sqq. praecipue p. 417. sqq.

8b) E in hac noua edit. in vol. VII. pag. 542. vbi ego quoque in nota animaduerti, *Lambecii* iudicium esse a *Reitemeiero* improbatum. De aetate autem Zosimi dissentiuunt viri docti. Fa-

bricii rationibus subscribit *Hamberger*, nec multum discedit *Saxius*, cui Zosimus circa a. 431. collocandus videtur. *Valesii*, qui Zosimum Anastasii, imperatoris, aequalem fuisse putabat, sententiam examinavit ac reiecit *Reitemeier*. iuit. disquisitionis. Hic vero ex Zosimo ipso demonstratum iuit, *Zosimum* vixisse sub exitum saeculi quinti, postquam res romana in prouinciis iam corruerat. *Harl.*

cc) Vbi v. *Reitem.* comm. pag. 588. *Harl.*

dd) Ad locum *Zosimi* V. 29. v. cl. *Reitemeieri*, (qui in textu retinuit defenditque τῶν ἡρώικῶν Θεογαμιῶν, et versionem lat. a Fabricio culpataam,) inprimis Heynii adnotatt. ibid. p. 644. Sed quoniam intelligendus sit Pisander, et quomodo locus sit legendus atque interpretandus, diuersa variorum V. D. iudicia iam exposui in vol. I. pag. 590. not. tt. add. in vol. I. pag. 215. §. III. et pag. 381. obseruata, atque *Kusteri* duas longas notas ad *Suidam* vol. III. p. 107. *Harl.*

tionem facit ^{ee)} et l. I. c. 57. testatur, se perinde, ut Polybius in suo historiarum opere exposuit, qua ratione imperium perexiguo tempore non totis certe LIII. annis Romani adquisuerint, similiter indicaturum, quomodo hoc idem Romani iterum temporis non magni spatio ignavia, ac sceleribus suis corruperint perdidierintque. *Eunapii* quamquam nusquam meminit, tamen historiam strenue exscripsisse Photius animaduertit ^{ff)}. *Ἐἵποι δ' ἂν τις, ὅτι γράψαι αὐτὸν ἱστορίαν, ἀλλὰ μεταγράψαι τὴν Εὐναπίου, τῷ συντόμῳ μόνον διαφέρουσιν.* Ea vero, quae de Constantino, tyranno, habet libro VI. et quae de Alarico ac Stilicone scribit libro quinto, cuncta ferme ex *Olympiodoro* mutuatum ^{gg)} esse, notat *Henr. Valesius*, ad *Sozom.* p. 170. ^{ee)}. Quoniam porro *Olympiodorus* historiam suam usque ad *Valentiniani III.* siue *Placidi* imperium produxit, quod coepit a. C. 425. hinc constat, *Zosimum* nostrum non ante id tempus historiam suam composuisse. Post *Arcadii* et *Honorii* tempora reiiicit etiam *Eugrius III.* 41. caussatus, cum de *Constantino* magno falsa tradidisse, commentatum, *ἔτε ἀκοὴν ἔτε ἀληθεῖαν, πολλοῖς ὕστερον χρόναις ἐπὶ Ἀρεαδῆς καὶ Ὀνωρίῃς, ἣ καὶ μετ' αὐτῆς γεγυότα.* *Fabr.* v. *Reitemeieri* comm. ad *Zosimum* pag. 559. sqq. *Harl.*

Aetatem tulit eius *ἹΣΤΟΡΙΑ* siue *ἹΣΤΟΡΙΚΟΝ*, νέας ἐκδόσεως, λόγοις ^ε, *historiae libri VI.*, ex noua siue altera auctoris editione. Argumentum operis et de stilo iudicium a *Photio* rectissime mutuabor. *Σύντομος δὲ καὶ τὴν φράσιν εὐκρινὴς τε καὶ καθαρός, ἐδὲ τῷ ἡδέος ἀπακισμένος. Ἀρχεται μὲν κ. τ. λ.* Succinctus est, distione perspicuus ac purus, nec suauitatis expers. Incipit historiam velut ab *Augusto*, sed imperatores uniuersos, ad *Diocletianum* usque percurrit, nudam quasi commemorationem atque successionem singulorum tradens. De potitis imperio post *Diocletianum* copiosius tractat libris quinque. Nam primus imperatores ab *Augusto* ad ^{hh)} *Diocletianum* usque recenset. Libro sexto finem imponit, in iis desinente temporibus, quibus *Alaricus* *Romam* iterum obsidens cuius ad inopiam redactis obsidionem soluit eisque dixit imperatorem *Attalum*, quem deinde rursus abdicauit imperio, quod regnum sibi traditum aduersus *Honorium Augustum* parum recte administrare

^{ee)} v. *Reitemeieri* comm. pag. 531. etc. *Harl.*

^{ff)} v. *Reitem.* comm. pag. 543. pag. 590. pag. 565. sq. pag. 577. 579. et eiusdem praefix. disquisitionem pag. XXVIII. sq. Add. eiusdem comm. in bibl. phil. cit. pag. 277. sqq. vbi copiosus est de *Eunapio*, eiusque *Chronicor. libris XV.* et *historia Iuliani* fideque historica, et quomodo cum sequutus sit *Zosimus.* *Harl.*

^{gg)} Praeterea consuluit *Zosimus Syriacum*, philosophum, (IV. 18. §. 8.) quem is auctorem carminis in *Achille* dicit, ac libros oraculorum *Sibyllae Erythraeae*, vel *Epiroticae Phaellonis*, quae tum euoluit, tum oracula ex iis nonnulla exscripta adtulit: (II. 6. et II. 37.) plura insuper scripta ei ob oculos fuisse, docet *Reitem.* in comm. in bibl. philog. cit. pag. 235. Inprimis

ex *Dexippi* libris historicis sumsit ea, quae *Claudianus II.* temporibus, a quibus suam historiam inchoauit *Eunapius* (vide supra, vol. VII. p. 535. sq.) priora sunt. v. *Reitem.* l. mem. pag. 250. sq. et in comm. ad *Zosim.* pag. 532. *Zosimi* igitur fides pendet quasi ex scriptorum, quos praecipue sequutus est, aut in auxilium quasi vocauit, adhibito tamen iudicio, auctoritate, ut bene lateque demonstrauit, ita tamen, ut *Zosimi* peccata haud reticeret, cel. *Reitem.* in disquisitione etc. pag. XXVIII — XXXV. *Harl.*

^{hh)} Hodie postrema pars libri primi, ea nempe, quae a *Probo* usque *Diocletianum*, desideratur. Ante caput XXIII. libri quinti, lacuna duarum paginarum in fol. in codice MS. *Coisliniano*, teste *Montfaucono* p. 215.

nistrare videretur. *Sarus autem, simulatas aduersus Alaricum exercens, cum trecentis, quibus praeerat, ad Honorianus partes accedens et belli societatem pollicitus, Alarici rebus impedimentum iniiecit.* Gesta haec sunt, in quibus desinit Zosimi historia, anno Christi 410. Honorii imp. 16. Theodosii iunioris 3. Atque ex isto Photii loco patet, historiam Zosimi, quam ipse legit, non longius productam fuisse, quam in nostris codicibus exstat, quam Vossius lib. II. de hist. graecis cap. 20. verisimile putauit, paullo vterius progressum. *Nam quaedam in fine deesse, nemini, inquit, puto esse obscurum* "). Hoc tanto minus mihi persuadeo, quod alteram editionem Zosimi euoluisset se Photius testatur, atque ita intelligendum, quod in MSS. codd. *ιστορία νέα* inscribitur, non quidem respectu antiquiorum temporum Romani imperii, ab aliis scriptoribus memoriae proditorum, vt Sylburgio visum, sed respectu antiquioris editionis, quam Zosimus ante hanc in lucem et manus [P] hominum emiserat. In Arcadii et Honorii temporibus illum substituisse, Euagrius quoque adnotatum reliquit lib. V. c. vlt. *περὶ δὲ τῶν ἑξῆς χρόνων* (post Arrianum et Asinium Quadratum) *Ζοσίμου ἱστορίας μέχρις Ὀνωρίας καὶ Ἀρκადίᾳ τῶν βασιλέων.* Librum certe septimum vsquam exstuisse, praeter Sigonium nemo adfirmavit.

Vetus nec iniusta querela est, Zosimum, ethnicum scriptorem, christianis imperatoribus, Constantino M. inprimis et Theodosio, iniquiorem se praebuisse. Hoc iam pridem et

ii) Vossii iudicio haud subscribit, eique Photium expresse reclamare, contendit *Lambeck.* comm. VI. p. 425. sq. et de titulo *πρὸς τὰς ἐκδόσεις* agit pag. 420. cf. quae scripsi in *Introd. in hist. l. gr. l. c.* pag. 371. sub fin. Atque cl. *Reitemeier.* in *disquis.* pag. XXI. seq. negat, Zosimum historiae suae eo, quo nunc terminatum videmus, anno 410. finem consulto sive sponte imposuisse. Contra statuit, aut Zosimum seu morte, seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse, quo minus historiam vltra a. 410. continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis, ab auctore ad finem perducti, temporis iniuria intercidisse. „Aperte enim, ait *Reitemeier*, profitetur Zosimus suum consilium, (IV. 59. 4 et 5.) perducendi historiam ad suam aetatem, quae ab anno, in quo historia eius nunc subsistit, plus ferme, quam sexaginta annorum spatio distat. Porro desiderantur causae calamitatum, quibus vrguebantur Romani, et oracula, quibus occasus imperii praedictus, quamquam in fine historiae utramque rem se adferre et docere velle pollicitus est. (I. 58, 9. IV. 28. 3.) Satis rationum est ad intelligendum, iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo vltima ex-

stant.“ Concludit igitur, Euagrium quidem ac Photium non pleniorum Zosimi historiam, quam nos, habuisse; iacturam vero, siue iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem accidisse; si absolutam eam habuisset suis numeris, plura ex eo in rem suam probabiliter adtulisset. Tum docet *Reitem.* quomodo Zosimus epitomatoris officio perfunctus sit, et, quum in postremis libris, qui perire, locum, qui esset historiae illustrissimus, de calamitatum ac ruinae imperii romani causis, Zosimus pertracauerit: istas causas, ad excidium regni adeo efficaces, ex reliquis libris, vbi eas Zosimus obiter adigit, diligenter eruit, et summam illarum causarum praeclare collectam pag. XXII. sqq. dedit. Atqui, quoniam Zosimus in istis nunc perditis libris monachorum molimina fraudesque aperte indicauerit, (conf. libr. V. 23, 8.) eorumque prauis consiliis, machinis et arrogantiae maxime adscripserit causas ruinae imperii, ac de Constantino ac Theodosio, summis illorum benefactoribus, iudicavit liberius: fieri potuit, ut sacerdotes pro ea, qua valuerunt, auctoritate, iam mox post editos illos libros, hos omni studio operaque opprimerent atque delerent. *Harl.*

ei exprobrarunt, ne de recentioribus ^{kk)} iam commemorem, idem *Photius*, tum *Euagrius* III. 40 et 41. et *Nicophorus* XVI. 41. seq. Io. Leunclavius quidem, vir doctissimus, apologiam aduersus hos Zosimi, qui ipsi omnia debet, obrectatores, scribere non dubitauit; neque adeo negauerim, christianis principibus etiam illis, quos nominaui, fuisse, quae nec taceret et merito reprehenderet cordatus et nulli partium studio deditus historiae scriptor. Confirmat quoque nonnulla, a Zosimo tradita, Io. *Andreas Bosius* de Pontificatu maximo imperatorum christianorum. cap. 6. tom. V. thesauri antiq. rom. Graeuiani p. 301. 302. et ante eum *Iacobus Gothofredus* notis ad cod. Theodos. tom. VI. pag. 257. 258. vt, quod Christianus licet, haruspices Constantinus consuluit. Sed quum non Christiani tantum testentur scriptores; sed etiam ex ipsis ethnicis, Praxagoras Atheniensis, qui, *Photio* teste, cod. XLI. ionica dialecto libros duos de Constantini magni vita scripsit, eundem, quemadmodum idem *Photius* cod. LXII. auctor est, ita praedicet, vt omni virtute non minus quam prosperis successibus omnes ante se imperatores adfirmet superasse, *ἔτι πᾶσιν ἀρετῇ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ παντὶ εὐτυχίᾳ πάντας τὰς πρὸ αὐτῆ βασιλευσάσας ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀπεκέρυψατο*, hinc mirum mihi videtur et malignum eorum iudicium Christianorum ^{ll)}, qui, quum apud Eusebium, illorum temporum scriptorem, (et qui post iam defunctum, imp., vitam eius edidit, ne hoc auribus ipsius datum esse putes,) quum apud sexcentos scriptores Christianos legunt aliqua in laudem Constantini; iis omni studio detrahunt fidem; at quum [P] vnus Zosimus post centenos amplius annos Constantino atrocissima quaeque impingit crimina; haec arripiunt protinus, et verissima esse profitentur ideo, quia hoc, qui narrat, fuit a Christiano nomine alienus. Quemadmodum vero ipse Zosimum, quem venustissimum scriptorem adpellat lib. II. notatorum iuris p. 275. a Leunclauio recte in multis defensum esse haud negò; ita non possum tamen non probare Mottani Vayeri de illo iudicium ^{mm)}, quod ex gallico latine interpretabor:

Vt

^{kk)} Vide apud *Tho. Pope Blount*, in censura scriptor. *Hanckium* de scriptoribus Rom. *Caucum* hist. lit. Io. *Andream Bosium* diss. de periocha Iosephi de CHRISTO pag. 30. *Barthium* ad Claudian. p. 553. b. 560. a. *Fabr. Tilkemont*. in: Hist. des Empereurs, tom. V. p. 740. et alibi, *Reitem*. comin. pag. 549. sqq. et in disquisit. praemissa, pag. XXXI. sqq. vbi medium tenet. *H.*

^{ll)} Vide Hallenses obseruationes selectas tom. I. obs. 22. seq. et *Godfridum Arnoldum* in Apologia haeresium lib. IV. c. 2. cui respondit M. Io. *Frid. Corvinus* in examine corpori doctrinae subiecto c. 15. p. 222. seq.

^{mm)} *Mottanus Vayerus*, iudicio de hist. graecis tom. I. opp. pag. 556. seq. Adde pag. 674. sq. *Fabr. Ccl. Schirach* in: Historische Briefe Helmst. et Magdeb. 1770. 8. pag. 10. sqq. Zosimi fidem valde celebrat tuerque, et contra scri-

ptores eccles. loquaces nimiosque Constantini M. admiratores ac praecones acrius disputat; Constantinum vero ipsum ac Theodosium grauer culpat, inquitque diligentius in causas ruinae imperii romani. *Gibbon* in: Geschichte des Verfalls u. Vntergangs des röm. Reichs, ex vers. Schreiteri germ. et hic in notis saepius quidem adpellant iureque laudant praecipue tom. VI. et VII. et VIII. Zosimum: neque tamen adeo cocci sunt eius admiratores, praecipue Schreiter, vt non videant et agnoscant illius infirmitatem peccataque. Sic tom. VI. pag. 403. culpat *Gibbon* in Zosimi narratione de Theodosio partium studium, et Schreiter in nota Zosimum, *Olympiodorum*, *Malchum* historicos vocat declamatorios et in tom. VII. p. 58. vocat Zosimum partium studiosum et inimicum Theodosio. Pag. 419. tom. VI. Schreiter denegat Zosimo viam atque aciem iudicii, et pag. 423. eius aduersus imp. christianos odium notat. Add. tom. VII. P. 44.

Vt verum fatear, etsi eruditissimus Leunclavius Zosimum in non paucis bene tuetur, docetque, parum aequè sensisse eos, qui historicum ethnicum, qualis ille fuit, aliter, quam prae se fert, animatum esse voluerunt, vel non potuerunt ferre, quod vitia primorum christianorum imperatorum tetigisset, quorum de virtutibus non siluit: negari tamen nequit, locis infinitis ab illo proditum animum, Christianismo infectiorem, quam leges historiae permittebant. Nam largiamur sane, cum non praeter rem reprehendisse impositum a Constantino Chrysargyri tributum, quod Anastasius deinde sustulit: rectè etiam improbasse luxum imperatoris et prodigalitatem, et quod uxorem, Faustam, hypocausti aestu suffocarit, filiumque, Crispum, Zelotypia, ac si cum matre consuesset, incensus, interfecerit. Fieri enim potest, ut Eusebius Constantino ipso vel saltem Constantio, filio, imperante non ausus sit talia commemorare, ut videmus accidere iis omnibus, qui scribunt de rebus, principes suos spectantibus. Sed et aliunde quoque constat, multa alia reprehendenda Constantinum commisisse. Quo sorori Constantiae gratum faceret, ab exilio reuocauit haeresiarcham, Arium, et S. Athanasium magno catholicorum dispendio Treuiros relegauit. Non potest tamen in Zosimo ferri, quod vniuersas Constantini actiones, quantum valuit, in malam partem est interpretatus. Hunc si audias, ideo Christianorum sacra amplexus Constantinus fuit, quod paganorum nullae lustrationes essent expiandis eius sceleribus; itaque ab Aegypto, nescio quo, persuasum religioni christianae nomen dedisse, quippe quae criminum quorumcumque veniam promitteret. Perinde, ac si Zosimus intima mentis Constantini, et omnia consilia eius fuisset scrutatus, aut perspetum habuisset, quo gratiae lumine anima eius benignitate numinis illustrari potuerit. Quum narrat controuersias, quae cum adfines suo, Licinio, ipsi intercesserunt: omnis culpa est penes Constantinumⁿⁿ⁾, cui nulla fides pietasque. Nec satis est, adfirmare, Licinio Constantini iussu gulam laqueo fractam Thessalonicae contra fidem, coniungi eius datam: addit [P] enim Zosimus, sollemne hoc fuisse Constantino, fidem fallere ac peierare; neque ullam omittit ipsi

I 2

obtre-

P. 44. 49. 280. 311. vbi narratio Zosimi (V. pag. 334. sq.) vocatur icinua: et saepius. Fabric. in vol. IX. cap. 38. de Photio addiderat quaedam, quae huc referenda duxi. „De Zosimo ipso, inquit, in gratiam eorum, qui, vbi de Constantini M. rebus agitur, illius vnius testimonium fexcentis Christianorum libenter praeferunt, adseribo hanc censuram Richardi Bentleii (*) in parte II. obseruatt. ad Antonii Collini librum de libertate cogitandi p. 21. Zosimus, misellus et superstitioni penitus obnoxius scriptor, atque adeo auctor parum idoneus, ad quem noster licenter cogitandi signifer pronocat. Hic breuem suam historiam non minus ethnica fraude et hypocrisi, quam malitia aduersus Christianos refertam dedit. Hic lectores suos pascit Palmyrenis et Sibyllinis oraculis, miraculisque Veneris sollemnibus, aurum et argentum facientis a quis innatare: praesagiis et somniis anilibus, fulminibusque ac terrae motibus velut totidem

prodigiis: cadauere hominis mortui inter medium exercitum euanescente, omnibus et praesagiis aruspicum prae pecudum exta: adparitione Palladis, capite Gorgoneo, spectro Achillis, idolis ligneis, omnem ignis vim eludentibus et diuina vindicta perornatum collo simulacri Rheae detractum sollicitata. Hic denique est, qui Romam, ab Alarico captam, omissioni paganorum sacrificiorum imputat, et Romani inclinationem imperii, a neglectis per Constantinum ludis saecularibus suspendit.“ Haec tenus Fabricius.

*) Remarks upon a late discourse of free-thinking, parte II. p. 21. Zosimus a poor superstitious creature etc.

nn) Libanius Orat. 3. tom. II. p. 106. disertè testatur, Constantinum vicisse, sed Licinium rursus ordinis nihil pacta violasse. Confer, quae Io. Andreas Bosius diss. de periocha Flau. Iosephi de Christo c. 2. §. XIV.

obtrestandi eumque lacerandi occasionem. Neque in solo Constantino animum eius Christianismo infestum videre licet. Nam decrementum imperii romani contemptui auitae religionis ethnicae tribuit, et singillatim, omiſſis Diocletiani aetate saecularibus ludis. Calamitatum, quae Gratiani tempore acciderunt, hanc ait fuisse causam, quod ille, ut Christianus, noluerit Pontificis maximi ethnici ^{oo)} insignibus ac titulo uti, licet hoc nec ipse sibi Constantinus religioni duxerit. Quando Theodosius monuit senatum romanum de omittendo cultu idolorum, professusque est, se nolle amplius sumtus ad sacrificia et hostias praebere: Zosimus senatum ^{pp)} inducit respondentem, neutiquam esse consentaneum, ut deferant patrios ritus, quibus observatis iam mille et ducentos annos rebus prosperis usi fuissent, atque in eorum locum amplectantur religionem, expertem rationis, ad eamque compelli se patiantur. Nec minus animum eius parum aequum et iram ostendit iniuriosa ordinis monachorum descriptio ^{qq)}, quos ait omnium fere boni ad se rapere sub praetextu eleemosynarum, inter pauperes dilargiendarum. Hypocrita et malus ipsi est Olympius ^{rr)}, auctor interitus Stiliconis, non minus quod huius semper conatur tueri innocentiam, quam quod ille magni fuit inter Christianos nominis, ut adparet vel ex epistolis, quas Augustinus ^{ss)} ad eum exaravit. Ceterum nemo, opinor, Zosimo habebit fidem, quando non modo Ioannem Chrysostomum ^{tt)} pro seductore populi traducit; sed etiam Innocentium primum, quem πέλεως Ἐπίσκοπον urbis episcopum adpellat, ait, permisisse ethnica sacrificia pro salute Romae fieri ^{uu)}, quum Alaricus eam obsideret.

Minus porro mirabimur, ita aduersum sacris nostris et ab iis abhorrentem Zosimi animum fuisse, si, quantum idem superstitionibus idololatricis quibuscunque tribuerit, consideraverimus. Hinc plures narrat fabulas, quas historia indignas pronunciarem, nisi consimiles etiam reperirentur in iis, qui cum summa laude in hoc genere scribendi sunt versati. Primo statim libro ^{vv)} post captam ab Aureliano Zenobiam refert oracula, et prodigia persequitur, quae Palmyrenorum, Zenobiae parentium, interitum anteceſſerunt. Idem sanis tempore prope Rhenum narrat pluisse frumento ^{ww)}, unde panis coqueretur alendo exercitui Probi, qui inde victoriam ab hoste retulit. Fabula de Valesio, per vocem diuinam monito ^{xx)}, ut Cereri ac Proserpinae sacra faceret, libro secundo occurrit. In quarto libro legas ^{yy)}, Athenas totamque terram ^{zz)} Atticam immunem praestitam a magno terrae motu, per sacra, Achilli [P] facta a quodam Nestorio, hierophanta. Libro quinto eadem Athenae liberantur eiusdem Achillis ac Mineruae phasmate siue spectro adparente et Alarici molliente animum, quam fabulam doctissimo Baronio ^{a)} explodendam relinquo. Iouis etiam et Mineruae simulacra in incendio, quod Arcadii, imp., temporibus CPoli accidit, per miraculum seruata ^{b)} commemorat. Denique malorum omnium, quae Stiliconem eiusque familiam adflixerunt, causam, ait, fuisse diras Virginis cuiusdam Vestalis ^{c)}, quae mala imprecata fuerat Serenae, Stiliconis coniugi, quod mundum,

oo) lib. IV. c. 36.

pp) IV. 59.

qq) V. 23.

rr) V. 52.

ss) Augustin. epist. 124. et 129.

tt) V. 23.

uu) V. 41.

vv) lib. I. c. 57.

ww) lib. I. c. 67.

xx) lib. II. cap. 1.

yy) IV. 18.

zz) V. 6.

a) ad a. C. 395. n. 16.

b) Zosimus lib. V. c. 24.

c) lib. V. c. 38.

mundum, collo simulacri Rheae circumiectum, sibi temere applicuisset, et eam ipsam ob causam, quod illum collo suo applicuit, hanc impietatem strangulatione punitam fuisse, Serenamque laqueo cervicem illam praebuisse elidendam, qua diuque mundum iniecerat.

Errores quosdam Zosimi perstringit *Anton. Possennius* in Adparatu sacro, et *Baronius* passim in *Annalibus*. [Atque *Herodianus*, etiam *Claudianus*, poeta, in *Rufino* res aliquot melius rectiusque enarrant explicantque.] *Iohannes* quoque *Tristanus* tom. II. operis praestantissimi, quo vitas imperatorum e numis illustrauit pag. 656. *Zosime*, inquit, *que je trouve toujours le plus fautif de ce peu d'historiens que nous avons.* Temporis notas quod nusquam fere addit, defectus est illi cum pluribus aliis scriptoribus communis. *Zosimum*, diligentissimum quamuis *ἐντιμωτέρως* *Xenophontis* imitatore, noua saepe ac Graecis non recepta vocabula usurpasse, notat *Schurzschischius* *Epist. arcan.* tom. I. p. 383.

[Codices atque] Editiones Zosimi.

[Codd. quidem MSS. plures, potissimum ex *Montfauton* Bibl. biblioth. MSS. cl. *Reitemeier* praefat. pag. X. fqq. laudauit. Sed iuuat, notitiam codd. hic repetere atque, quantum fieri potest, augere. — Cod. *Vatican.* memorat *Reitemeier*; etiam paucis cod. *Florent.* bibl. *Laurent. Medic.* cum scholiis quibusdam, ad marginem rubrica adpositis; sed copiosius eum describit *Bandin.* in cat. codd. gr. *Laur.* II. p. 690. et ex eo primum excerptit scholion gr. in quo grauius carpit *Zosimum*, et in fine: *χρυσιανομάχος γὰρ, inquit, ἦν ὁ κατὰ κράτος ἑὸς Ζώτιμος.* Scriptus vero est cod. (vti in fine diserte dicitur,) *Florentiae* sunt. *Laurentii de Medicis*, manu *Ioannis Rhofi*, *Cretensis*, a. MCCCCXC. d. 28. m. Sept. (v. quoque de illo *Rhoso* *Montfauc.* *Palaeogr.* gr. p. 81.) — *Venetis* in bibl. *Marc.* cod. CCCXC. in 4. (cat. cod. gr. p. 193.) — *Parisi.* in bibl. publ. secundum cat. codd. *Parisi.* vol. II. in cod. MDCCXXV. nr. 2. in quo tamen primi libri finis et secundi initium desideratur, et in cod. MDCCCXVII. nr. 9. caput primum, illiusque prima tantum et secunda pagina. — De cod. *Coislin.* CL. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 215. qui, quum, ait, hic codex ex eodem exscriptus sit, ex quo manarunt edit. omnes, vt ex hiis eisdem arguitur; paucas praefert lectionum varietates. — Inter codd. *Mendozae* a *Solimano II.* *Turcarum* imp. donatos, teste *Irlarto* in cat. codd. *Matrit.* p. 277. nr. CCCXLVII. — De *edd.* v. *Reitem.* praef. p. VI. fqq. *Harl.*

Latina.

Io. Leunclauio interprete, *Basil.* 1576. ex off. *Petri Pernae* fol. cum *Procopio*, *Agathia*, *Iornande*. Et in tomo tertio *historiarum* *Iohannis Philippi Vorburg.* *Francos.* 1650. fol. praemissa *Leunclauii* *Apologia.* *Fabr.* Alia, (ait *Reitem.*) quamuis non totius *historiae*, versio, passim discrepans, exstat in *historia* *Augusta*, quae circa an. 1600. hancem vidit. *Harl.*

Graecolatinae, post primores duos libros; ab *H. Stephano* vna cum *Io. Leunclauio*, (licet auctoris nomen dissimuletur,) versione ad calcem *Herodiani* a. 1581. 4. atque inde *Lugd.* 1611. 8. editos; additis breuibus *Stephani* castigationibus, siue notulis. A *Leunclauio*

graeca etiam H. Stephanus acceperat, ut patet ex centuria epistolarum philologicarum, a Goldasto editarum, epist. 72. p. 305.

Libri sex integri, a *Fried. Sylburgio*, Veterensi, ad duos MSS. codices, Thuanum et Palatinum, recensiti, cum versione ex secundis *Io. Leunclauui* curis, adiectis eiusdem Apologia pro Zosimo aduersus Euagrii, Nicephori Callisti et aliorum acerbas criminationes, Sylburgique castigationibus: inter romanae historiae scriptores graecos minores. Francof. apud heredes A. Wecheli. 1590. fol.

[P] Cizae 1679. 8. Libri duo primores primum, deinde vniuersi sex cum versione *Leunclauui* ex edit. Wechel. et Apologia pro Zosimo et cum notis H. Stephani, ac Sylburgii curante *Christophoro Cellario*, Smalcaldensi, qui et ipse animaduersiones suas adiunxit. Dicata est haec editio, capitibus primam distincta, Ioanni Georgio Graecio. Recusa anno 1714. Ienae, 8.

Oxon. 1679. 8. cura *Thomae Smithi*, typis nitidis. [Cum adnotatt. ad Zosimum simul et Constantinum purgandum, ut et imperatori reuerentia et historico fides constaret.

Nouissima optimaque editio est, sic inscripta:

Zosimi historiae, graece et lat. recensuit, notis criticis et commentario historico illustravit *Io. Frid. Reitemeier*, I. V. D. Ad calcem subiectae sunt animaduersiones nonnullae *C. G. Heynii*, Lips. 1784. 8. Insertae sunt *Io. Dan. Ritteri*, Prof. quondam Witteb. animaduersiones, ad exempli, quo vsus erat, oram adscriptae. Idem *Ritterus* ediderat obseruat. histor. Wittebergae 1742. 4. in quibus pag. 14. debacchatur in Zosimum eiusque animum, ad lacerandos imp. christianos pronum. — *G. I. G. Haymannus* in progr. conscripsit notas quasdam ad Reiteimeierianam Zosimi editionem. Dresdae 1786. 4. *Harl.*

Gallica, *Ludouico* d) *Confino* interprete, Paris. 1678. 4. et Amst. 12. vna cum Xiphilino et excerptis e Zonara. *Fabr.*

[Librum II. gallice vertit *Rainfantius*, in Diss. sur douze medailles de jeux seculaires de l'Emp. Domitien. Versailles 1684. 4. v. Acta erud. a. 1685. p. 442. med.

Anglice: The new History of Count *Zosimus* etc. cum notis, ex edit Oxon. gr. lat. paullo ante memorata depromtis. v. *Brüggemann View.* etc. p. 435.

Italica versio num exstet, dubitatur in *Paitoni* bibl. — vulgarizati, tom. IV. pag. 247. — Versae quoque sunt Zosimi historiae in linguam *Slauitan*; cod. exstabat in bibl. *Caislin*, teste *Montfaucon*. in Bibl. bibl. MSS. II. p. 1042. D. *Harl.*

Alii

d) Obiit *Confinus*, Curiae Monetalis praefes, cui praeter alia scripta gallicam versionem scriptorum quorundam hist. Byz. et multos annos Ephemeridum litterarum Parisiensium debemus,

a. 1706. mense Martio. Vide illas Ephemerides a. 1708. mense Ianuario sub init. et noua literaria Hamb. 1707. p. 149. seq.

Alia Zosimi.

Zosimus, eruditus Plinii iunioris libertus, quem laudat libro V. epist. 19. *Est homo probus, officiosus, litteratus et ars quidem eius et quasi inscriptio Comoedus, in qua plurimum facit. Nam pronunciat acriter, sapienter, apte, decenter etiam, utitur et cithara perite ultra quam Comoedo necesse est. Idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur.*

Zosimus, Gazaeus vel Ascalonites, sophista temporibus imp. Anastasii clarus, teste Suida scripsit lexicon rhetoricum, (in limine Suidae memoratum inter libros, quibus ipse plurimum usus,) et Commentarios in Demosthenem, (quos in Vaticana bibl. adhuc suo tempore superesse MSS. scripsit Gesnerus,) ac Lyssam^{c)}. Sunt, qui huic cum historico nostro confundant, ut Antonius Riccobonus lib. de historia pag. 5. Interfectum a Zenone, imp., refert *Cedrenus* p. 291. [add. supra, vol. VI. p. 141. et 245.]

Zosimus, Thebanus Panopolita, teste Photio cod. CLXX. (Suidae Alexandrinus, fortasse quoniam Alexandriae vixit,) qui ad sororem, Theosebiam, scripserat ordine litterarum libros XXVIII. *χυμειτικῶν, commentariorum chemicorum.* Fallitur A. Schottus, qui hunc Zosimum cum historiarum scriptore eundem habuit, (probante licet *Balth. Bosifatio* in iudicio de Historicis et *Petro Lambecio* lib. VI. comment p. 177. seq. ^{f)}) et *χυμειτικὰς λόγους* vertit *libros frigidos*, tum a Photio Thebanum Panopolitam [P] existimavit, haberi non Zosimum istum, sed auctorem, cuius opus Photius^{e)}, ibi recenset, qui, CPoli post Heraclii tempora versatus, Zosimi istius testimoniis usus est. Οὐ μόνον δὲ ὑπὸ τῶν προειρημένων ἀγείρει καὶ συντίθει τὰς μαρτυρίας, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν χυμειτικῶν (male editum *χειμειτικῶν*) Ζωσίμου λόγων. Θεόβατος δ' ἦν ἄνθρωπος Πανωπολίτης, ὃς ἐκ ἐφείσατο τὰ αὐτὰ κατασκευάζειν, ἐν οἷς καὶ Ἑβραϊκῶν λέξεων ἐκτίθεται σημασίας, καὶ τῶν Ἀποστόλων ἕκαστος ἐνθα τὸ σωτηριον ἐκέρυξε μάθημα, καὶ ἐν ᾧ τέρπεται τῶν ἀνθρωπίνων πόνων ἀνεπαύσατο. Ex hoc loco patet, Zosimum istum fuisse Christianum: neque tribus saeculis ante CHRISTVM natum floruisse, ut in Lud. Morerii lexico legas. Atque exstant in MSS. codicibus adhuc inter Chemicos graecos Zosimi magni, Panopolitae Thebani, fragmenta, de quibus dicturus infra sum libro VI. cap. VIII. [vol. XII. p. 752. sqq. p. 761. etc. ibi quoque p. 764. 771. et 776. de *Zosimo Thebano*, dicto, *ἀρχαῖος* et *ὁ μέγας*. Multos codd. indicatos reperies in Montfauc. Bibl. bibl. MSS. ex. gr. in cod. Paris. II. p. 742. B. C. D. E. p. 1200. C. ter, in bibl. Peliser. etc. Plures excitabuntur ad cap. 8. libri VI. *Harl.*] Iam in transcurfu liceat notare hallucinationem Labbei, qui in bibliotheca noua MStorum velut duos diuerfos Chemicos scriptores laudat Zosimum, Panopolitam, atque Zosimum, Thebanum. Suidas ait, illud opus a nonnullis etiam inscriptum *χειρῶν κημήτα*, siue *χειροτεχνήματα*, ita enim cum doctissimo Borrichio

verbum

e) V. supra, vol. II. pag. 770. not. s. et pag. 349. sq. *Harl.*

f) Pag. 401. sq. ed. Kollar. cuius not. conf.

add. p. 415. sqq. *Harl.*

g) V. infra, vol. IX. vet. ed. p. 431. de Photio, cod. CLXX. *Harl.*

verbum illud apud Suidam vel lego, vel interpretor. De Democriti χειρομήτοις, diversi plane generis problematis dixi vol. II. lib. II. cap. 23. de quibus confer *Menagium*, ad Laërt. IX. 49. Ex eodem Suida constat, hunc Zosimum Platonis etiam vitam composuisse, unde Platonis eum scholae fuisse suspiceris.

Zosimus, presbyter, cuius et Maronis vitia passim perstringit et ad quem saepius scribit *Isidorus Pelusiota* in epistolis. Libro IV. epist. 174. ad eundem Zosimum verba λαθὼν δὲ λίθον ἀκοντίσαι κατὰ τῆς αἰλόντας verte: *et modo latuerit aliquis, lapidem possit in eum qui deprehensus est peccator, proicere.* Perperam enim ibi eruditus interpret: *quasi clanculum lex lapidem contra deprehensum in eiusmodi peccato proiecit.*

[*Zosimus*, Alexandrinus, Platonis vitam, nunc deperditam, composuit v. supra, vol. III. p. 142. *Harl.*]

Zosimus βιβλιοφάρος, ad quem idem *Isidorus* lib. III. epist. 86. ubi monet eum, ut amico adcurate indicet τὸν σχισμὸν τῶν βιβλίων, hoc est non, ut interpret, *seriem atque ordinem librorum*; sed *numerum scriptorum illic versum*, e quibus de mole ac pretio librorum constabat.

Zosimus, Thasius, epigrammatum graecorum scriptor, e quibus nonnulla supersunt in *Anthologia* p. 105. 565. 566. edit. *Wechel. Fabr.* v. supra, vol. IV. p. 499. In ed. *Jacobs* tom. III. p. 157. sq. Epigr. quoddam docte explicat *Inm. G. Hufschke*, in *analectis criticis* in *Anthol. gr.* Ienae et Lips. 1800. 8. p. 136. sqq. *Harl.*

[*Zosimus*, Tharsae in Numidia episcopus, qui concilio Carthag. de rebaptizandis haereticiis cum S. Cypriano interfuit a. C. 255.

Zosimus, episcopus Neapolitanus in Campania, ab Arianis suffectus in locum Maximi, de quo Baronius ad a. C. 359. n. 57. seq.

[*Zosimus*, episcopus, nominatur in cod. *Colbert.* scripto a. 890. apud *Montfaut.* *Palaeogr. gr.* p. 270. — *Zosimus*, Citri episcopus, infra §. 28. — *Zosimus*, medicus, infra, vol. XIII. pag. 456. *Harl.*]

Zosimus, martyr, cuius meminit in epistola S. Polycarpus: ne dicam de aliis martyribus hoc nomine apud Baron. in *Martyrolog. Rom.* et *Possevinum* in *Adparatu. Fabr.* Vita et martyrium Zosimi in cod. Taurinensi CXV. fol. 65. *Harl.*

Zosimus, papa, qui in episcopatu ecclesiae romanae Innocentio I. successit a. C. 417. mortuus a. 418. 17. Sept. Eius duae epistolae ad Africanos de causa Pelagii, editae prima e MS. Vaticano a Baronio ad a. C. 417. n. 19. licet a Marco Antonio Capello, Franciscani ordinis monacho et aliis quibusdam in dubium vocentur, Zosimo recte vindicatae et emendatius descriptae exhibentur a *Jo. Gärnerio* tom. I. *Operum Marii Mercatoris* pag. 201. seq. Adde *Paschasium Quernellum*, ad opera Leonis M. p. 453. seq. et 511. seq. Epistolae encyclicae, qua Pelagiani condemnantur, fragmenta, exstant apud Augustinum et Prosperum et tom. II. concil. edit. Labbeanae pag. 1613. Alias Zosimo huius tributas epistolas spurias esse, docet Launoius parte altera, opusc. de duobus Dionysius, neque quicquam a Natali Alexandro pro illis adlatum est, quod

quod non idem Launoius iam confutauit in iterata editione, quae vindicias aduersus Menardum continet. Adde B. D. *Reiseri* Launoium confessorem p. 803. seqq. *Fabr. Conf. Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom VI. p. 334. ed. Mansi. — et in B. Gr. vol. VIII. p. 588. vet. ed. — vol. IX. p. 396. de collect. concilioium. — In *Patri Constant* epistolis roman. pontific. — a S. Clemente I. — Innocentium III. tom. I. Paris. 1721. fol. p. 935. Zosimi, papae, epistolae XV. p. 963. Paulini, diaconi, libell. Zosimo oblati, et p. 994. Tractoriae *Zosimi* tria fragm. et in adpendice, inter adulterina scripta, p. III. *Zosimi* ad Simplic. Viennensem. cf. *Baumgart.* Nachr. von merkw. Büch. tom. VI. p. 440. not. f. *Zosimi*, papae, epistola ad Elicium, episc. Salernitan. in bibl. *Vaticana*, teste *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. tom. I. p. 105. A. *Harl.*

Zosimus, nouae Epiri praefes sub Valentiniano et Valente, ad quem a. C. 373. datae leges lib. VI. cod. Theodof. tit. 31. de stratoribus et lib. XII. tit. 10. de praefectianis. Hunc *Zosimum* historici nostri parentem fuisse suspicatur Iacobus Gothofredus tom. IV. p. 372.

Zosimus, siue *Zosimas*, abbas, cuius *διαλογισμὸς* edidit *Petrus Possinus* in thesauro asce-
tico p. 279. Antiquiorem Ioanne Moscho et circa a. C. 432. clarum in Palaestina
ascetam celeberrimum fuisse, editor contendit. *Zosimi*, abbatis Cilicis, memin-
it Moschus in prato spiritali c. 123. 124. 127. 166. *Fabr. Zosimae*, abbatis, capita, quorum
init. *Ἀρχόμενος ὁ ἀββᾶς Ζωσιμᾶς ἔλεγεν ἕτοιμῶν πρώτων ποιήσας τὸ σημεῖον τῷ σω-
τῇ ἐν τῷ σώματι*, in cod. *Veneto* Marc. CDXCVIII. (cat. codd. gr. Ven. p. 261.) —
Inter codd. *Nanianos* cod. CXIV. nr. 1. *Zosimae*, abb. documenta, *διδασκαλία*. Inci-
pit eodem modo, quo cod. Marcian. mem. — Idem opusculum est Florentiae in
cod. III. nr. 12. plut. 10. bibl. Laurent. Medic. teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 471.
et in codice caesar. Vindob. CCXXXIV. nr. 27. v. *Lambec.* comm. V. p. 156. ibique
Kollar. *Harl.*

Zosimus, monachus et anachoreta, ad quem Photii epistolae.

[*Zosimus*, discipulus Sergii, Manichaei, nominatur cum execratione a Photio in epitome
narrationis de Manichaeis repullulantibus, edit. a *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 349.
sq. vbi ille *Zosimus* pag. 373. fin. occurrit.

Zosimo, nescio cui? tribuitur libellus *περὶ ἀρμονικῆς*, de harmonica, in cod. Matrit. XLVII.
sed perperam. Atqui *Meibom.* edidit inter antiquae musicae auctores, vol. I. illum
libellum; sed sub *Euclidis* nomine, eiusque sententiae subscripsit *Iriarte* in cat. codd.
gr. pag. 163. sq. *Harl.*]

Zosimae Apocalypsin reiiicit Nicephorus, homologeta, in iure graeco-romano Freheri tom. I.
pag. 196.

Zosima, seruae nomen in veteri epigrammate graeco Anthol. f. 341.

[*C*] *Zosima*, Tigranis, Armeniae regis, vxor, a Pompeio in triumpho ducta. *Plutarch.* in
Pompeio pag. 643.

In veteribus inscriptionibus frequentissimum *Zosimorum* et *Zosimarum* nomen. Vide prae-
ter indices Gruteri *Reinesium* p. 615. Inscript. *Sponii* itinerarium p. 88. b. et 108. edit.
Vol. VIII. K ger-

germanicae, *Montfauconi* *Diarium Italicum* p. 118. et 70. *Thomastnum* de Donariis Vett. c. ult.

XXI. GEORGIUS PHRANZES ^{h)} illustri genere, et imperatorem ipsum ⁱ⁾ per affinitatem contingente, natus est CPoli 30. August. a. C. 1401. ^{k)} parentibus a. 1417. pestilentia correptis et extinctis, inter imperatoris Manuelis Palaeologi cubicularios ^{l)} et biennio interiecto inter secretarios receptus, tum eidem Manueli, tum filiis illius Ioanni, (cui a moriente patre singulariter commendatus ^{m)} fuerat,) et Constantino carus, varias legationes pro illis obiit: consilio atque opera utrique adfuit, Glarentzam in Peloponneso recepit, Constantinum ad Patras a. 1429. obiecto corpore suo, exemit hostibus, et pro eo capi se ⁿ⁾ passus est. Restitutus interiecto tempore *Protuestiarii* ^{o)} munere a. 1432. et praefectura Spartana a. 1446. ^{p)} auctus fuit, quumque ad firmandam Constantino post Iohannem, fratrem, a. 1448. extinctionem in imperium aduersus fratrem illius, Demetrium ^{q)}, fuisset, et ad magni Logothetae ^{r)} dignitatem ab eo fuisset euectus: non diu post, capta a Turcis a. 1453. CPoli, et ipse cum omnibus suis venit in potestatem ^{s)} Turcarum. Inde venditus [P] et in libertatem iterum adsertus in Peloponneso primum apud Thomam Palaeologum, despotam, Constantini fratrem, versatus, vxorem a seruitute adseruit, et, Peloponneso etiam a Turcis capta, in Italiam se recepit; Romaque et Venetiis lustratis Corcyram rediit atque monachi habitui amplexus, pro Georgii nomine *Gregorius*, ^{t)} uti vxor eius pro Helena Eupraxiae nomine adpellari voluit a. 1468. In hoc monasterio a Corcyraeis quibusdam nobilibus viris rogatus scripsit *Chronicon rerum Byzantinorum libris IV.* ab a. C. 1401. ad 1477. ^{u)}, quo ipso anno die 29. Martii inopia, morbo et senectute fractum illud absoluisse se, ipse in calce libri postea auctor est. Incipit similiter ut Acropolita: τὸ τῆς ἱστορίας χρέματι καὶ πρὸς ἡμῶν οἱ πολλοὶ συγγράμματα. Hoc opus graece necdum lucem vidit ^{v)}. At *Iacobus Pontanus* S. I. graecum codicem in bibliotheca Bauarica

^{h)} Vide *Allatium* de Georgiis p. 425. seq. *Martium Hanckium*, de scriptoribus hist. Byz. part. I. cap. 40. pag. 645. seq. *Henr. Warthonum*, adpendice ad hist. literariam scriptor. eccles. ad a. C. 1424. et *Iac. Pontanum*, prolegom. ad Phranzam. *Fabr.* Add. C. *Oudin.* comm. de script. eccl. tom. III. p. 2597. *Hamberger* Z. N. IV. p. 812. sq. cl. *Meusel.* in bibl. historica vol. V. part. I. p. 277. sqq. et quae scripsi in Introduct. in hist. ling. gr. II. part. I. p. 562. sq. — Cel. *Alter* edidit gr. ut paullo post vberius ostendemus, *Phranzae Chronicon.* *Harl.*

ⁱ⁾ Soror Phranzae nupsit Gregorio Palaeologo Mamonaë, magni ducis, Mamonaë, filio, ut ipse testatur libro I. cap. 38. Illum Gregorium genti *Angastae* Palaeologorum accessit *Congius* in familiis Byz. p. 254. Vxorem quoque Phranza duxit a. 1458. Helenam, Alexii Palaeologi Exemplar-

conis filiam, ex qua filios tres filiamque vnâ suscepit. Vide eum II. 17.

^{k)} Phranzes ipse lib. I. cap. 21.

^{l)} Lib. I. cap. 38. et 41.

^{m)} Lib. II. cap. 1.

ⁿ⁾ Lib. II. cap. 3. seq.

^{o)} Phranzes lib. II. cap. 10. et in prooemio: *Ad hunc modum ego quoque Georgius Phranzes et Protuestiarius etc.*

^{p)} Lib. II. cap. 19.

^{q)} Lib. III. cap. 1.

^{r)} Lib. III. cap. 6. pag. 182. seq.

^{s)} Confer *Hanckium* p. 661. seq.

^{t)} Phranzes ipse in prooemio et lib. III. cap. 29.

^{u)} Non 1457. ut legitur in *Vossi* hist. graecis lib. II. cap. 30.

^{v)} Tempore scil. Fabricii. Nunc editum esse postea cognoscemus. *Harl.*

Bavarica Monachienſi 7), quae abundare ipſi aut aliena eſſe videbantur, omiſit 7), cetera latine vertit, et tribus libris diſtinxit, capitulisque ſubdiuiſit, notis etiam et explicatione dignitatum illuſtravit, atque ita contractum latine edidit, ad calcem hſtoriarum Theophylacti Simocatſae, graece et latine vulgatarum, Ingolſtad. 1604. 4. 3). Sed Pontanum ipſum de Phranzae opere et ſua editione loquentem audiamus: „Opus autem ab auctore ſuo huac in modum diſtributum eſt. Primo libro de quatuor, (tot enim facit,) ſex imperatores Palaeologos complectitur, quorum princeps eſt Michael, quem Comnenum cognominat, (ſuerunt quippe Palaeologi materno genere Comneni, vt exſinitio hſtoriae adparebit;) is, qui Conſtantinopolim per annos ſexaginta, plus minusue a Latinis obtentam recuperavit. Ultimus illorum ſex eſt Manuel, in quo liber finitur. Secundo res Ioannis, filii Mannelis, perſequitur. Genuit autem filios ſenos, Ioannem, Andronicum, Theodorum, Conſtantinum, Demetrium, Thomam. Tertium fratri et ſucceſſori Ioannis, Conſtantino, dat: quo imperante, et quidem pauciſſimis annis, Conſtantinopolis vi et armis deuicta, in Turcarum impiorum ditionem conceſſit. Quartum, eundemque poſtremum, in diſſidiis, et inteſtinis duorum fratrum, [P] Palaeologorum, Demetrii puta, et Thomae, bellis in Peloponneſo, et Mahometis II. qui Conſtantinopolim ſubegit, fraudibus ac rapinis ibidem deſcribendis potiſſimum ponit, vniuerſamque narrationem paullo ſupra annum Chriſti MCCLIX. quo Michael Palaeologus imperium inſiuit, exorſus, ad annum MCDLXVII. producit, atque ita annos minimum CCXVIII. comprehendit, tantillo libro, chartis tribus: vtinam vero etiam ita doctis et laborioſis, vt is, de quo iſtud poeſta Veronenſis cum admiratione adfirmavit.“

At enim quoniam ſcriptor iſte *παρεμβάσεων*, ſeu digreſſionum reſertior eſt, et earum multae ad hſtoriam ipſam prorſus nihil pertinent, quin potius eius grauitati et dignitati officiunt: ac proinde non ſine iactura modo, verum etiam commode, et vtiliter abeſſe poſſunt, conſilium fuit, iis praetermiſſis, totum corpus, (tameſſi per ſe haud ita magnum,) compendio quodam cogere, quaeque libro quarto inſigniora, magisque memorabilia reperiuntur, ea tanquam acceſſionem ad aedes cum tertio coniungere, et hac ratione ipſum tertium cumulationem efficere. Quem enim, obſecro, ſecta Mahometana, ex Ioannis Cantaruzeni contra eandem ſectam orationibus tot paginis deſcripta et reprehenta, delectet? Odio plusquam Vatiniano Mahometiſmum odit Protoueſtarius, atque hoc propter Turcas. Ideo ſe tenere non potuit, quin repertorem illius, et ſane pluries, exagigaret, eius genealogiam, mores, incrementa, dogmata infectaretur. Sed nunc non erat his locus, ait Flaccus. De cometa viſo quum agit, quid illic complura meteora, vt fulgur, fulmen, tonitru, terrae motum, ipſorum cometarum generationem, elemen-
K 2 torum

v) Cod. CCH. In catalogo MSS. Bauaric. pag. 75. male excuſum *Φυρτζή* pro *Φαυρτζή*.

7) Allatius de Georgiis pag. 426. Pontanus in alijs laudem nec contemnendam promeritus, a nouallis reprehenditur, primum, quod graece non eſſet, ſecundum, quod opus obtruncatum ac in epitomen redactum, non integrum emiſerit.

Add. Caſimiri Oudini commentar. de ſcriptoribus eccleſ. tom. III. pag. 2598. ſeq.

x) Ex typographia Adami Sartorii. Deia illud opus ex Pontani edit. recuſum eſt cum *Geneſi* hiſt. Byzantina. Venet. 1733. fol. v. ſupra, vol. VII. pag. 529. et 533. Harl.

„torum quoque rationem, philosophica inquam, ἡ πᾶν φιλοσόφος explicare adinet?
 „Res suas, easque minutas laepe, et quas magnopere scire nullus cupiat, frequentius, et
 „ambitiosus adducit. Non schisma, et defectionem Graecorum ab ecclesia romana, (quod
 „tamen toti occidenti est persuasissimum,) sed peccata, ut Niniuitarum, aliorumque popu-
 „lorum, et oraculum de Ismaelitarum, (vnde Turcae sint propagati,) imperio augendo,
 „qua de re scriptum est in Genesi, haec, inquam, in causa fuisse, cur perierint, Lati-
 „nosque a Graecis potius, quam Graecos a Latinis descivisse, longa disputatione contendit.
 „De quatuor monarchiis, etiam ex prophetis, Daniele et Zacharia, fusius [P] differit.
 „Symbolum item Nicaenum, secundum singula verba e scriptura sacra tam novi, quam ve-
 „teris testamenti contextum et conflatum demonstrat. Tandem capita quaedam fidei profi-
 „tetur, quod sollemne fuit ad monachorum ordinem sese adgregantium, in quibus ipsis
 „quaedam non romana, et catholica cernuntur. Haec et huius farinae alia ad historiam
 „nihil facere, lectorique molestiam magis creatura, qui non videt, nihil videt. Porro,
 „quae libro primo de Osmanidarum imperatorum origine, successione, rebus gestis de in-
 „sula Creta, et aduersum barbaros propter eam perpetratis differuntur, ac praeterea alios
 „quosdam locos, etsi historiae minus proprios, minus tamen ab ea alienos, nec inutiles,
 „et graues reliqui. Nec vereor, ne quis factum hoc meum secus interpretetur, qui claris-
 „simos utriusque linguae historicos, aliosque scriptores egregios similiter ob solam longi-
 „tudinem in epitomas contractos non ignorat, quos in praesentia nominare nihil necesse
 „est. Quod lib. III. ex narratione senis cuiusdam de rebus Indicis parum credibilia refert,
 „sciendum, apud Plinium et Diodorum Siculum haberi similia. Ad haec quaedam ob-
 „scura et intricata, scribae, an auctori vitio danda? detraxi, nullo rerum notabili detri-
 „mento, in quorum intelligentia, ut quis diu se torqueret, operae pretium non est visum.
 „Prudenter enim Nicetas in vestibulo, seu praefatione operis sui, qua historiam eximie,
 „si quisquam alius, commendauit: *Quidquid enim non apertum est, atque in promptu posi-
 „tum, historia abominatur: quidquid simplex et naturale est, et intelligentiae obuium, liben-
 „ter admittit.* Protoyestiarus ipsemet vndecim libros Nicephori Gregorae in sex prima
 „capita libri primi, quasi in angustissimum carcerem nimia propemodum breuitate coarcta-
 „ta compegit. Quae ipsa capita, quod erant longiuscula, nos in multa diduximus: et
 „alioqui in capitum numero longitudineque per totos libros constituenda ac definienda no-
 „stro iudicio paruimus. Et quoniam epitomen conficiebamus: adhuc alia quaedam omi-
 „simus, quum praesertim inuolutiora essent, de quibus suo loco. Ter, quater libro pri-
 „mo ad supplementum, pauxillum verborum ex Gregora et Laonico adpersimus. Atque
 „hic te, lector, monitum volo, ad ea, quae libro iam nominato traduntur, vberius co-
 „gnoscentia, lectionem Gregorae, nec huius tantum, sed et Ioannis Cantacuzeni, supe-
 „riore anno a nobis in latinum conuersi, multaue aliter, quam ille narrantis magnopere
 „[P] profuturam.“ Haec Pontanus, qui pag. 304. notis suis graece inseruit omisum in
 „versione siue epitome sua *Andronici* iunioris, imperatoris, pro Monembasiotis diploma siue
 „bullam, et pag. 309. *Bessarionis*, cardinalis, *epistolam*, quam ad paedagogum filiorum Tho-
 „mae Palaeologi, Anconam ille misit, et *Meursus* deinde graece ac latine subiunxit Hesy-
 „chii illustis opusculis Lugd. Bat. 1613. 8. vulgatis, ut dixi supra [vol. VII. p. 545.] Deni-
 „que pag. 317. et 325. graece et latine Pontanus addidit *Georgii Trapezuntii* epistolam ad
 Ioan-

Ioannem Palaeologum, qui cum multis venerabilibus, ab Eugenio IV. missis, imperator in Italiam ad synodum nauiget.

De Phranzae opere, quod MS. graece fuit etiam in bibl. regia Scoriacensi, atque in Ambrosiana Mediolanensi, quemadmodum et Barberina hodie adseruatur ¹⁾, ita statuunt eruditi ²⁾, ut obsidionem et expugnationem CPoleos adcuratissime ab eo descriptam esse nemo dubitet, alioqui multa, parum ad rem facientia, parumque adcurate ab eo tradita esse conuesti sint multi. Nicephorum Gregoram ab eo, etiam ubi errat, exscribi, notat Allatius ad Acropolitam pag. 220. 264. 270. confundere omnia ac mutilare pro libidine pag. 250. Idem oscitantiam eius reprehendit libro de consensu vtriusque ecclesiae p. 776. Ex Acropolita prooemium, et quae ab vrbe, a Latinis direpta, ad ipsam, a Graecis recuperatam, narrat, per summas transcripisse, notat p. 426. de Georgiis.

Graece loca e commentariis Phranzae historicis producit Allatius in eodem opere de consensu p. 4. et alibi, neque aliunde hausit, quae graeca Phranzae laudat Cangius in Glossario graeco. Notandum autem est, Allatium habuisse opus diuersum ab eo, quod in epitomen contractum latine Pontanus edidit. Ita enim ille diatriba de Gregoriis, loco laudato: *Seruatur penes me eiusdem Phranzae Chronicon, diuersum omnino ab edito. Incipit ab a. 1402. finit in annum 1417. nescio an ab ipso auctore, ne prolixitate operis lectorem fatigaret, in compendium post primum Chronicon concinnatum, an prius etiam, quam prolixum ederet, veluti memoriae fulcrum, et materiae argumentum praeparatum fuerit. Quicquid tamen sit, eloquio barbarum, et loquutione e trivio petita, habet in se multa, quae aliunde non occurrunt, et distincte omnia prosequitur: in eo tamen minime laudandum, quod minutissima quaeque et nullius dignationis commemoret, satis [P] in angustiis domesticis enarrandis curiosus et loquens. Sic exorditur: αἰτερος Γεωργιος Φρανζης καὶ Γρηγόριος τὰ ἅμα μοναχὸς ταῦτα ἔγραψεν ὑπὲρ τῶν κατ' ἐαυτὸν καὶ τινῶν μερικῶν γεγονότων ἐν τῷ τῆς ἀθλίας ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ ἀπὸ τῆς Κυρίης ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννέσεως αὐτά, ἔτε. Prin-* cipium: καλὸν ἦν μοι ἢ ἐκ ἐγγνήθην, ἢ παιδίον ἀποθανεῖν. Contuli cum MS. codice Neapolitano Bibliothecae SS. apostolorum Clericorum Regularium. Et ut conuicio adseruatur quoque Scoriaci in bibl. regia. Γεωργίου τῷ Φραντζῇ περὶ τινῶν γεγονότων ἐν τῷ κατ' αὐτὸν χρόνῳ. Idem Allatius contra Creyghotum p. 117. vocat ἐκφρασιν compendiosam Phranzae, et MS. apud se esse testatur.

In editione Pontani III. pag. 219. testatur Phranzes, se, antequam habitum monasticum induceret, *Confessionem fidei* edidisse, atque in *expositione symboli* ostendisse, unde a SS. patribus illud fuerit compositum. Illam confessionem, siue expositionem, utrum

K 3

a Si-

y) Codex Monachiensis est, teste Altero, perquam vitiose scriptus. Praeter ea adhuc exstant Phranzae codd. in bibl. Neapolitana Augustin. S. Ioan. ad Carbonar. (v. supra, vol. V. pag. 799.) et in reg. Taurin. in cod. CII. et CCXLVI. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 213. et p. 366. quorum po-

sterior conspirat cum eo, quem Allatius habuit, et diuersum esse ab eo chronico, quod Pontanus in epitomen redactum latine edidit, testatur est loco, ab Fabricio postea memorato. Harl.

z) Vide Hanckium, de scriptoribus hist. Byz. pag. 667. seq.

a Simeone ^{aa}) *Theſſalonicepſi mutuatus Phranzes ſit, Allatius addubitat: ceterum Pontanus in verſione ſua hſtoriae, cui ab auctore inſerta fuerat, eandem vt alia multa reſcidit. Fabr.* Editum eſt ex cod Monachiſi, graece, in vſum Graecorum, a cel. *Altero*, Prof, gr. litt. in vniuerſitate Vindobonenſi, et ſic inſcriptum:

Χρονικὸν Γεωργίου Φραντζῆ τοῦ πρωτοβεζιαρίου εἰς τεσσαρὰ βιβλία διακε-
θεν. Νῦν πρῶτον ἐκδοθὲν ἐπιμελεῖα Φραγκίσκου Καρόλου Αλτερ, διδασκαλοῦ τῆς
Ἑλληνικῆς διαλέκτου. Δαπάνη δὲ καὶ γράμμασι τῶν Μαρκιδῶν Πελοῖ. Ἐν Βιέννῃ τῆς
Ἀβερίας. παρὰ Μαρκιδ Πελοῖ. αψης. 1796. fol. In prooemio, graece ſcripto, diſſerit
doct. *Alter*. de Phranza; eius chronico atque codd. de Pontano, de Bianconio, qui ante
Alterum editurus erat id chronicon, de cod. Bavarico, et de iis, quae ſubiecit, opusculis,
horumque auctoriſibus atque codicibus. Poſtquam pauca dederat Pachomii cuiusdam ſcho-
lia — ad Phrantzae libros II., e cod. Bauar. deſcriptos, tum ſynopſin Phrantzae librorum
capitumque et indicem locorum S. S., a Phrantza citatorum, tabulamque correctionum, ab
ipſo factarum, confecerat: addidit 1) p. 139 — 149. ἐκδοθῆναι τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν
Λατίνων, ſcriptam et miſſam a *Gregorio*, pontifice romano, ad Germanum, patriarcham
CPolitanum, et *Germani* reſponſionem, ex cod. Vindobon. theol. Lambec. LXIV. et
Neffel. CLXVIII. 2) p. 149. *Nili*, patriarchae CPoliſ. epistolam ad Vrbanum, pontif. rom.
primum editam e cod. Vindob. hiſtor. apud Neſſelium XLVIII. 3) Athanaſii ſymbolum pag.
149. de quo plura diſſerit in praef. p. 13. ſq. ex cod. Vindob. theol. Neſſel. CCXLV. 4) ſym-
bola SS. apoſtolorum, Nicaenum et CPolitanum ex cod. caeſar. theol. Neſſel. CXC. 5)
ἱστορίαν πολιτικὴν Κωνſταντινουπόλεως, reſuſam ex Martini Cruſii Turco-graecia, Baſil.
1584. fol. conf. Ien. A. L. Z. a. 1797. nr. 57. et ipſum Alter. in indice ſuorum ſcriptorum,
ſubiecto eius libro: Veber Georgianiſche Litteratur. Vindob. 1798. 8. p. 203 — 213. Idem
p. 71. ac 203. et 209. ſpem facit ſecundae edit. cui adiecturus eſt verſionem latinam, pluribus
lectoribus neceſſariam, ac gloſſarium graecitatis Phrantzae cum aliis ineditis, ad hiſtoriam
Byzantinam ſpectantibus. — In vet. ed. ſequebantur duo § § de *Geneſio* et de *caerimoniis*
Conſtantini Porphyrogeneti. Sed de illis iam ſupra loco commodiore, de *Geneſio* vol. VII.
p. 530. ſqq. egimus. *Banduri* quoque conſpect. Opp. Nicephori ſuperiori vol. iam inſerui-
mus. *Harl.*

Scriptores alii, ad hiſtoriam Byz. facientes, inediti.

Supplementum hiſtoriae Byzantinae ex MSS. bibliothecae Vindobonenſis concinnandum
vna cum noua editione Codini promiſit *Lambecius* pluribus locis commentariorum
ſuorum

aa) *Simeonis Theſſ.* duplex ſcriptum in Sym-
bolum memorat *Allatius* de Simeonibus pag. 194.
quae ambo in Vaticana et Bodleiana bibliothecis
continentur MSS. Vnum eſt, ἱερατικὰ συνοπτικὴ
κατὰ δύναμιν αἰς τὸ τῆς ὁρθοδόξου καὶ ἀμωμότης ἡμῶν
πίστεως τῶν χριſτιανῶν θάων καὶ ἱερὸν σύμβολον. In-
cipit: περὶ τῆς ἱερτάτης συμβόλου τῆς ἀληθείας καὶ
μότης τῶν χριſτιανῶν ἡμῶν πίστεως. Alterum: ἐκδο-
σε ἀναγκαιωτάτῃ περὶ τῶν τῆς ἱερῆς συμβόλου ἐξέσεως,

ᾧθεν συνελήφθη, καὶ κατὰ τὴν αὐτῇ συνοπτικῇ
ναί αἰον. *Expoſitio perquam neceſſaria ſententia-
rum ſacri ſymboli, unde collectae ſunt, et ad-
verſus quos diſtatae.* Incipit: Καλὸν ἐκδοθῆναι καὶ
ᾧθεν τὸ ἱερτάτον κατὰ τῶν θάων πατέρων συνοπτικῇ
Σύμβολον. Citat *Allatius* pag. 160. de purgato-
rio. [Conf. infra vol. X. p. 326. ſqq. et XIV. p.
49. ſqq.]

suorum de illa bibl. vt. tom. I. p. 132. [268. Koll.] tom. III. pag. 56. [147. 323. ibique v. Kollar.]

Idem tom. I. pag. 147. fqq. [p. 265. fqq. ed. Kollar.] specimen exhibet hallucinationum et mendarum, occurrentium in catalogo bibliothecarum CPolitarum, [P] quem *Antonius Verderius* ^{bb)} edidit, monetque, *Possuinum*, quae ad calcem Adparatus sacri ex Verderio excerptis, errores illos neutiquam emendasse, ac simul pollicetur, ex MS. codice bibl. Vindob. historico XLIX. se catalogum illum longe emendatius editurum esse graece et latine, intelligens, ni fallor, codicem historicum XCVIII. ordinis Nesseliani ^{cc)}, in quo post anonymi miscellaneas antiquitates CPolitanas, MSti exstant catalogi graeci librorum *Constantini Varini*, *Antonii Cantacuzeni*, *Iacobi Marmorotae*, *Ioannis Suzi*, et *Manuelis Eugenici*.

De *Georgii Pisidae* et *Theodosii*, diaconi, scriptis [olim] ineditis, huc facientibus, dixi supra [vol. VII. p. 478. et pag. 539. de edit. *Pisidae* ac *Theodosii* romana.] De *Leonis*, diaconi, et *Mich. Pselli* pag. 352. quemadmodum et de chronicis ineditis *Iohannis Siculi*, *Georgii Acropolitae*, *Simonis Logothetae*, *Simonis Sethi*, *Theodosii Melitini*, *Georgii quoque Chummi*, et *Ephraemi*, [vol. VII. p. 478. fqq.] *Michaelis Attaliatae* Chronicon MS. siue historiam a Mich. Balbo usque ad Michaeleni Ducem Parapinacium, quod fuit in bibl. Sporiacensi, memorat *Lobbeus* in *Protreptico* pag. 46. Idem p. 42. ex *Possuinianis* catalogis MSS. meminit *Georgii Gemisti Plethonis*, Byzantii, ^{dd)} epitomes historiarum Sicularum, et historiae *Georgii monachi, Becapeni*.

Scriptores

bb) Ad calcem supplementi bibl. Gesnerianae subiunxit Verderius *bibliothecam CPolitanam*; quae antiquitates eiusdem urbis et permulti libri MSS., in hac tunc exstantes, recensentur. Lugd. 1585. fol.

cc) Vide *Nesseli* catalogum MSS. Vindob. parte V. p. 151.

dd) Huius *Georgii Gemisti* orationes duae, quarum altera de rebus Peloponnesiacis constituendis ad Manuelem Palaeologum, imp., altera supplicatoria ad Theodorum Despotam, de eodem argumento, editae graece et latine cum versione *Gust. Canteri*. Antwerp. 1575. fol. ad calcem Elogiarum Stobaei, plurae diuersae sunt a duobus libris eiusdem *Gemisti* de rebus Peloponnesiacis gestis olim post pugnam Mantineam. Hae graece viderunt lucem una cum Xenophonte Venet. 1503. fol. apud Aldum, et ad calcem Herodoti. Basil. [1541. fol. v. supra, vol. II. pag. 335. et] 1557. fol. Latine vertit praeter M. Antonium Antima-

chum, Basil. 1540. 4. *Zacharias Orthus*, professor Gryphiswaldensis, Rostoch. 1575. 8. *Fabr.* Vide omnino Reimanni bibl. acroam. p. 58. 531. 697. *Heum.* — De *Gemisto Plethone*, Byzantino, grammatico, historico et philosopho Platónico, qui floruit circ. a. Ch. 1440. plura leges infra vol. X. pag. 739. fqq. in *Allatii* libro de *Georgiis*, tum in *Oudini* comm. de SS. eccl. III. pag. 2348. in *Hambergeri* Z. N. tom. IV. p. 712. fqq. in *Saxii* Opus. II. p. 423. fq. vbi plures V. D. laudantur, et in mea Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 548. fqq. Hic tantum de nonnullis eius opusculis, maxime de eius libello de rebus Peloponnesiacis etc. quaedam adnotabo. Nouissima eaque commoda editio est: *Γεωργίου Γεμιστοῦ Πλατῶνος ἱστορικῶν βιβλία* B. *Georgii Gemisti Plethonis* de iis, quae post pugnam Mantinensem apud Graecos gesta sunt, libri II. Nunc primum seorsim editi et notis illustrati ab *Henrico Godofredo Reichardo*, A. M. scholae prou. Grimmenensis collega IV. Lipsiae. 1770. 8. conf. *Klotzii* acta litterar. vol. VI. part. III. nr. 9. pag.

Scriptores historiae Byz. deperditi.

Ammonii, poetae graeci carmen heroicum de Gaina Gotho, tyranno, per Arcadium oppresso, quod Theodosio iuniori a. C. 438. recitans vehementer placuit, ut ex *Socratis* VI. 6. hift.

pag. 502. fgg. et non. acta erud. 1770. m. Mart. p. 102. fgg. *Reichard*. in praef. valde culpatur *M. Antonii Antimachi* versioem latinam, eamque demonstrat exemplis adlatiis, si cum graeco textu conferatur, valde negligenter esse factam, interdum vix latinam, et Antimachum vel ignarissimum graecae linguae fuisse, vel negligentissimum in interpretando. *Antimachi* autem liber inscriptus est: *Georgii Gemisti Pl. de gestis Graecorum post pugnam ad Mantiniam per capita tractatio, duobus libris explicitata*; *M. Antonio Antimacho interprete*. Ad haec *Dionysii Halicarnassensis* praecipua de oratione panegyrica, de oratione nuptiali, de oratione natalitia, de epithalamio. *Demetrii Phaleri* praecipua de membris et incisis, de periodis, de componendis epistolis, de characteribus dicendi. *Polyaeni* de re militari praefatio, eodem interprete. *M. Antonii Antimachi* de laudibus graecar. litterar. oratio. Omnia nunc primum in lucem edita. Basileae ap. Ror. Winter. 1540. 8. — Idem *Reichard* in praef. tradit, auctore *Langletio du Fresnoy* Einleitung zur Erlernung der Historie p. 968. et 374. ed. germ. 1752. 8. *Salutatum* quemdam, Francogallum, Gemisti Plethonis *Ελληνισμὸς* in linguam gallicam vertisse, eaque versu suae Herodoteae historiae adiunctam edidisse. Idem notat errorem Langletii du Fresnoy, perperam indicantis, illos Gemisti libros legendos esse ad explendam lacunam Diodori Siculi, cuius libri XIV. et XV. in quibus istius temporis res narravit, deperditi sint. Et tamen adhuc supersunt illi Diodori Siculi libri. — Sequitur, ut de codd. MSS. illius potissimum opusculi quaedam adhuc adnotemus. Sunt vero *Vindobonae* in bibl. caesareae cod. LXXXII. 1) Excerptum de Assyriorum et Medorum regibus ex Diodori Siculi historiis (tom. I. p. 113. v. 27 — 148. v. 17. ed. Wesfelingii, quem ibi consulens.) 2) eiusdem ex Diodori Siculi et Plutarchi opp. narratio rerum gestarum post pugnam Epaminondae ad Mantiniam. 3) Eiusdem excerpta quaedam ex Diod. Sic. (II. p. 92. ed. Wesfelingii.) 4) eiusdem excerpte ex Appiani Alex. historiarum rom. libro de bellis

Syriacis, de Macedonicis Syriae regibus. Eiusdem excerpta ex Cl. Aeliani de proprietate animalium. — In cod. LXXXVII. sunt plura *Gemisti* excerpta ex Diodoro Siculo, Arriano de expeditione Alexandri M. ex Xenophonte, Polybio, Strabone, Zonara, Procopio. Duos illos codd. vberime recensuit *Kollarus* in supplemento ad Laubecii comment. pag. 498. fgg. et p. 551 — 561. Idem pag. 477. multus fuit de cod. LXV. in quo, nr. 9. exstat *Gemisti* adloquutio ad imp. Manuel Palaeologum. — Add. *Lambec.* I. pag. 241. sq. ubi de cod. caesar. qui continet *Gemisti Plethonis*, de rebus Peloponnesiacis post pugnam Mantiniam et alia eiusdem excerpta, a Kollario in superiore cod. LXXXII. reperia, agit corrigittque Frisii ac Possevinii errores, in narratione de illo codice commissos. — *Gemisti* excerpta ex Diodoro Sic. de Assyriorum et Medorum regno et ex Appiani libro de macedonicis Syriae regibus, in cod. caesareo LIII. nr. 2. et 3. (*Lambec.* comm. VII. p. 210. sq.) — De cod. *Monach.* Bavar. CLXXXIII. qui continet *Gemisti* excerpta ex Appiano et Strabone, et capita quaedam musica, non, uti Montfauc. in Bibl. bibl. MSS. falso scripserat, eius *Ελληνισμὸς*, v. cat. codd. Bavar. gr. p. 71. sq. in primis *Reichard.* in praef. — *Augustae Vindel.* sunt in codd. II. varia *Plethonis* opuscula, teste *Reisero* in cat. pag. 85. et 90. — *Parisiis* in bibl. publ. sunt plures codd. qui *Georgii Gemisti* opp. contineant. (v. catal. codd. II. ind. p. XIII.) Huc pertinent codd. MDCCXXXIX. et MMLXXX. in quibus exstat eius narratio rerum, post proelium ad Mantiniam gestarum. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CCCLXXIX. *Gemisti* excerpta ex Diodoro Siculo aliisque: inscriptio est: *Γεωργίου — ἐν τῷ Δωδύρῳ καὶ Πλευρόνῳ, περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινίᾳ μάχῃ ἐν κεφαλαίῳ διαλαψῇ.* — *Gemisti* varia in cod. DXIX. in his, de rebus Peloponnesiacis constituendis. (cat. codd. gr. Marc. pag. 181. 197. et 278. et conf. *Villoison.* anecd. gr. II. pag. 244.) — *Florentiae* in bibl. Laur. Medic. cod. XVIII. varia *Plethonis* opuscula, in his nr. 9. et 10. orat. ad imp. Emman. Palaeol.

Eutychianus, a Codino laudatus. Vide paullo ante in Constantino. Videtur etique idem esse Floridus Eutychianus, primarius imperatorum scriba, quem ab virtute et eruditione laudat, et a quo ad scribendam historiam excitatum se scribit Agathias in prooemio. Valde enim falluntur, qui omnes illos, a Codino ibi et auctore originum CPol. memoratos, Constantini M. aetate vixisse opinantur.

Heliconius, Byzantius, sophista, cuius Chronicon ab Adamo, ad Theodosium magnam Suidas memorat.

[P] *Hermolaus*, grammaticus, Βουζαντινός sua laudat in epitome Stephani Ἰδμῶν in Γέρσοι.

Hesychius, illustria, Historia, de qua supra [vol. VII. p. 544. sq.]

Ioannes Antiochenus, cuius historiam laudat eius et cognatus, *Euagrius*, lib. V. hist. cap. vlt. Adde III. 10. 28.

Ioannis Lydi, monachi, inter historicos meminit Scylitzes.

Leónis, Byz. antiqui scriptoris, sub Philippo, Alexandri M. parente, clari, libros VII. de rebus veteris Byzantii Suidas memorat.

Malchi, Philadelphienfis, historia, de qua supra, [vol. VII. p. 540.]

Manuel, Byzantius, inter historiarum scriptores a Io. Scylitze et Cedreno laudatus. Supra [vol. VII. p. 524. sq.] Labbeo videtur idem cum Manuele Protospathario, qui magistri Ioannis Curepae res octo libris fuit complexus, teste Cedreno p. 630.

Nicéphorus, Phryx, diaconus, quem idem Cedrenus ac Scylitzes memorant.

Nonnos, Historia, de qua supra, [vol. VII. p. 543. sq.]

Olympiodori historia, de qua supra, [vol. VII. p. 541. sq.]

Petri, patricii, historia, de qua supra, [VII. p. 538. sq.]

Praxagorae, Atheniensis, ethnici scriptoris, libri duo de rebus Constantini M. quorum argumentum habet Photius cod. LXII.

Pristi historia, de qua supra [vol. VII. p. 539. sq.]

Sergii, confessoris, historia, de rebus gestis imperatorum iconomachorum, Constantini Copronymi et Michaelis, laudata Photio cod. LXVII.

Tentri, Cyziceni, de Byzantio liber, Suidae memoratus in Τεῖντες.

Thalassius, citatus ab eodem Suida in Θεόφιλος.

Theodorus Schaffnerus, et alius, Σιδας ἐπίσκοπος, laudati a Ioanne Scylitza et Georgio Cedreno, quorum verba adscripsi [vol. VII. p. 524. sq.]

Theophanis, Byzantii, historia, de qua supra, [VII. p. 543.]

Traianus, patricius Χερσανικῶταρις et ἐκδοδοξῶταρος sub Iustiniano Rhinotrimeto clarus, cuius chronicon συρραβὴν laudat Suidas, et ante Suidam citat Theophanes in rebus Gratiani et ex eo Anastasius p. 111. in historia eccles.

Troiti,

Troili, sophistae CPolitani, epistolarum libri VII., ab eodem Suida laudati, non paucæ historica, ad res Byzantinas spectantia, continuisse videntur. Confer *Labbei protrepticum* pag. 53. [v. supra, vol. VI. p. 76. et p. 140. *Hartl.*]

[P] XXII. FRANCISCVS COMBESIIVS ad calcem Allatii de Simeonum scriptis, Paris. 1664. 4. edidit *originum rerumque CPolitanarum*, variis auctoribus, *manipulum*, in quo continentur:

a) *Παραστάσεις συντάξις γεγονότων*, de monumentis, spectaculis et aedificiis CPolitani eorumque conditoribus *brevis demonstratio chronologica*, incerto auctore, pag. 1 — 39. Graece primam editae e codice regio a Lambecio, ad calcem Codini, cum notis, vt dixi supra, [vol. VII. p. 799.] sed a Combessio recensitae, et versione atque annotationibus illustratae. In his quum Lambecius quandoque reprehendatur, id adgerimus ferens illis passim ⁸⁾ in Combesium est inuectus, pollicitusque nouam huius scripti editionem, in qua notas Combessii confutare voluit. Sed illa numquam vidit lucem, et iniuriam Combessio facit Lambecius, quod eius manipulum subinde vocat plagiatam farraginem, eam nempe ob cassam, quod illi inseruit [P] quaedam monumenta iam ante a Lambecio vulgata, quum tamen iterum iterumque testetur, se ea ex Lambecio repetere, et quae graeco tantum ille dedit, Combessius versione ac notis illustrata exponat lectori.

2) *Constantini Porphyrogeniti*, imp. CPolitani, *διγγραφή ἀπὸ διαφόρων ἀθροισθῆσα ἱστοριῶν περὶ τῆς πρὸς Αὐγαστον ἀποσταλάσεως ἀχειροποιήτης θείας εἰκόνης Χριστοῦ τῷ Θεῷ ἡμῶν καὶ ὡς ἐξ Ἐδέσσης μετακομισθῆ πρὸς τὴν πανευδαίμονα ταύτην καὶ βασιλίδαν τῶν πόλεων Κωνσταντινέπολιν*. *Narratio de imagine Christi Edessena* p. 75 — 101. Vide, L. 2 quae

ee) Obiit Combessius, Congregationis S. Ludovici ord. Praedicatorum monachus, Parisiis a. 1679. 23. Iun. aetatis 74. Vir praecellens meritis de antiquitate ecclesiastica, nec minus de CPolitana, vt tot eius scripta testantur. Ab eius enim industria habemus 1) Bibliothecam concionatorum veterum patrum. Paris. 1662. fol. VIII. volum. 2) Auctarium novum bibliothecae patrum, Paris. 1648. fol. 2. Vol. quorum posterius praefixam habet historiam Monothelitarum. 3) Auctarium novissimum. ibid. 1672. fol. 2. Voll. 4) Amphilochium, Methodium et Andream Cretensem, Paris. 1644. fol. 5. S. Maximi opera ibid. 1675. fol. 2. Voll. 6) S. Chrysostomi Homilium de morali politica et in praeursoris decollationem ac peccatricem, cum vindiciis et emendationibus scholiorum S. Maximi ad Dionysium. ibid. 1645. 4. 7) S. Chrysostomi librum de educandis liberis, et alios quinque tractatus varios: Senerianum, Gabalorum episc. de S. Cruce, Basilium Seleuciensem de S. Stephano eiusque reliquiis, Zachariae, Hierosol. episcopi, epistolam,

ad suae plebis reliquias e Perside, et incerti de eadem captiuitate, vrbisque exsidio, Paris. 1656. 8. 8) Ecclesiastem graecum siue sermones et tractatus Basilii magni et Basilii Seleuciensis. ibid. 1674. 4. 9) Basilium Magnum, ex integro recensitum, siue varias lect. castigationes, notas et supplementa in Basilii M. opera. ibid. 1679. 8. 10) Theodoti, Ancyran, de sede concilii Nicaeni, et Germani, patriarchae CPol., in dormitionem B. Mariae Virginis. Paris. 1675. 8. 11) Illustrium Christi martyrum lectos triumphos, vetustis Graecorum monumentis consignatos. ibid. 1660. 8. 12) Notas in Theophanis chronicon, de quo supra [vol. VII. pag. 460.] et 13) scriptores post Theophancem, de quibus [supra, vol. VII. pag. 680. 199.]

ff) Lambecius lib. III. [vol. III. p. 324. vbi Kollar. notat Lambecium.] lib. IV. p. 71. [p. 169. Koll.] lib. VIII. p. 462. [p. 478. vbi v. Kollar. quem etiam conf. ad vol. VIII. p. 256. et 257.] etc.

quae de hoc scripto notavi supra p. 490. [vet. ed. in hac autem edit. supra in h. vol. init.] et *Lambecium* VIII. p. 335. vbi loca quaedam eius illustrat. De imagine vero Edessena Christi, CPol. in adlata, mentio apud continuatorem Theophanis in Romano, imp. p. 268.

3) *Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Βασιλέα Θεόφιλον πρὸς τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν εἰκόνων*, orientalium patriarcharum *Christophori* ¹⁴⁵) Alexandrini, *Iobi* Antiocheni, et *Basilis* Hierosol. aliorumque MCDLV. episcoporum ac clericorum *epistola synodica*, (Ioanni Damasceno perperam tributa in codice Mazariniano,) ad *Theophilum*, imp., de SS. imaginibus p. 110-145. *Menaei* huius epistolae *Constantinus Porphyrogenitus* in iam memorata narratione de imagine Edessena p. 90. (sed male ibi lobus vocatur Alexandrinus et Christophorus, Antiochenus,) et auctor MS. narrationis de imagine B. Virginis apud *Lambecium* VIII. p. 334. Exstat MS. in codice *Barocciano* 148. Dedit et graece ac latine *Michael le Quien* in *Damasceno* suo tom. I. p. 629.

4) *Nicephori*, patriarchae CPol. *πρὸς Λέοντα Βασιλέα τῶν Ἀρμενίων πρὸς τῶν ἀγγέλων εἰκόνων*, *Disputatio cum Leone Armenio, imperatore*, de SS. imaginibus, p. 159-178. ex eius vita, scripta per *Theodorum Graptum*, et MS. in bibl. Sorbonica. Confer supra, [vol. VII. p. 996-1000.]

5) *De angelorum imaginibus* locus pag. 178 — 182. ex eiusdem *Nicephori* antirrhethico secundo cap. 7. Vide supra, [vol. VII. p. 604. et 613.]

6) *Theodori Grapti*, confessoris imaginum, Vita incerto auctore p. 191 — 213. ex codice regio. Incipit: τῶν ὑπὲρ Χριστὸν τὴν ἀδελφὴν ἐλομένων. Latine pridem ediderat *Lippomannus*, et ex eo *Surius* 26. Dec. Confer, quae de hoc *Theodoro Allatius* contra *Creygthonum* p. 707. seq. adferens inter alia locum ex eiusdem epistola ad Ioannem, *Cyzici* episcopum.

7) Ex libro eiusdem *Theodori Grapti*, ὑπὲρ τῆς ἀμωμίας τῶν χριστιανῶν πίστεως, de inculpata *Christianorum fide*, p. 221. seq. cum latina [P] versione Ioannis Baptistae Roussel, Ord. Praed. Servatus hic *Theodori Grapti* locus a *Nicephoro*, patriarcha CPol., in cuius antirrhethico secundo cap. 3. legitur, vt supra notatum est. [vol. VII. p. 604.]

8) *Theophanis Grapti Oratio*, sive *Hymnus in fratrem Theodorum Graptum* pag. 224. — 230. ex Graecorum *Menaeis* 27. Dec.

9) *Germani*, patriarchae CPol., oratio in Encaenia templi S. Deiparae inque sanctas fascias domini nostri Iesu Christi, et in venerationem Zonae eiusdem S. Deiparae p. 232 — 241. Incipit: Δεδοξασμένα ἐλαλήθη πρὸς σθ. Latine vulgauerat *Lippomannus* tom. VI. et *Surius* ad 31. Augusti. [v. infra, vol. X. p. 209.]

10) *Ἀπο-*

¹⁴⁵ Pag. 410 199. ed. Kollar. cuius not. pag. 417. conf. ei pag. 417. 199. Lambec. et Koll. de anonymi eiusdem additamento ad illius orationem. *Hark.*

gg) Huius Christophori, Alexandrini, Paracnesin asceticam et parabolicam de vita humana MS. graece in bibl. Vindob. memorat *Lambecius* VIII. pag. 364.

10) *Ανοπυμι διήγησις περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, τῆς ἐκονομαζομένης αἰγίας Σοφίας*, Narratio de structura templi magni Dei ecclesiae S. Sophiae pag. 243 — 264. ex MS. Raphaelis du Fresne. De codice MS. Vindobonensi, ex quo haec narratio longe emendatiores edi potest, videndus *Lambacius* VIII. pag. 462. seq. [pag. 969. sqq. ed. Kollar.] ubi insignia huius rei specimina.

11) *Procopii, Caesarensis*, de eodem templo locus pag. 283 — 291. ex libro primo de aedificiis Iustiniani, de quo opere Procopiano dixi supra [vol. VII. p. 559. sq.] quemadmodum de aliis scriptoribus, qui magnum illud templum CPolitanum descripserunt, [vol. VII. p. 557.] nongentis quondam sacerdotibus celebratum scribit *Crusius* in Turco-Graecia pag. 54.

XXIII. FRIDERICVS SYLBURGIUS ^{hh)} ex MSS. codicibus Palatinis graece et latine cum notis suis anno ante obitum edidit *Saracenica* siue *Moametica*, Heidelberg. ex typographia Commelini 1595. 8. in quo volumine occurrunt:

1) *Ἐλεγχος σαφὴς τῶν Ἰσλαμικῶν καὶ τῆς Φλυαρίας τῶν δογμάτων αὐτῶν, Ἰσλαμικῶν, futiliumque eius sectae dogmatum perspicua confutatio*, p. 1. — 34. cum latina versione Io. Iacobi Beureri, professoris graecae linguae in academia Friburgensi, qui sine nomine auctoris hoc scriptum ad Sylburgium misit; Sylburgius vero observauit, esse titulum XXVIII. Panopliae ⁱⁱ⁾ *Euthymii Zigabeni*, circa a. C. 1112. clari κατὰ Σαρακηνῶν, contulitque cum quatuor codicibus [P] MSS. bibl. Palatinae, et cum latina interpretatione *Petri Francisci Zini*, qui totam Panopliam latine vertit, de qua infra in Euthymio. Iam sufficiat notasse, elenchum hunc Ἰσλαμικῶν ex Sylburgii editione legi etiam in Auctario graecolatino bibliothecae patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. II. p. 292. et in bibl. patrum edit. Morellianae Paris. 1644. 1654. tomo XII. p. 536 — 551.

2) *Περὶ τοῦ ἀρχηγῶ τῶν Σαρακηνῶν Μωάμεθ, τοῦ καὶ Μωχμετ*. De Saracenorum principe, *Moametho*, incerti scriptoris, pag. 54 — 73. cum versione Sylburgii, qui observat, gemina fere legi non modo in Georgio Cedreno p. 346. seq. edit. Basil. sed etiam in MS. *Ioannis Siculi* Chronico, quod in Michaelē, Theophili filio, desinit ^{hh)}.

3) *Τὰς γινόμενὰ ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Σαρακηνῶν ἐπιστρέφουσιν πρὸς τὴν καθαρὰν ἀληθείαν πίστιν ἡμῶν τῶν χριστιανῶν*. Quia, quā observatur super iis, et anathematismi ab illis dicendi, qui a Saracenis ad nostram Christianorum puram veramque fidem se conuertunt, pag. 74 — 91. cum eiusdem Sylburgii versione. *Catechesis* ista, inquit, Saracenorum, ad Christianam fidem accedentium, e MSS. Palatinae bibliothecae libro satis vetere desumpta est: in quo multae sunt eiusmodi constitutiones sive ordinationes super iis, qui ab haeresi aliqua, gentilismo, Iudaismo et similibus, ad christianam religionem se aggregant. Hoc κατηχητικὸν

L 3

πυκνίον

^{hh)} De praeclaro hoc viro dixi [libr. III. cap. 5. § 98. p. 320. in not. vol. III.]

ⁱⁱ⁾ In bibliotheca patrum edit. Lugd. cuius tomo XIX. Panoplia Euthymiana exuat ex Zini

versione, latine, est titulus XXIV. p. 228. seq.

^{kk)} Locus aliquis, nescio, cuius de Saracenis mutilus est in cod. quodam August. Vindel. teste Reiser. in cat. pag. 39. Harl.

πυκτιον, in quo anathema aduersus Deum Mohammedis, respicitur a Niceta Choniata in Manuele Comneno, vt iam dixi supra [vol. VII. p. 738. 745. et 761.] Confer etiam anathematismos Saraceni, qui ex libro XX. thesauri orthodoxae Fidei eiusdem Nicetae leguntur latine in bibliotheca patrum edit. Lugd. tom. XXV. pag. 186. seq. graeco et latine tom. II. Auctarii Ducaeani p. 282. sq. et tom. XII. bibl. patrum edit. Morellianae Paris. 1644. 1654. p. 527 — 533. Non omittendum denique, quod Sylburgius in notis p. 128. ex eodem MS. codice et graeco et latine exhibet *niodum recipiendi haereticos in ecclesia*: πῶς καὶ δεχόμεθα τοὺς ἀπὸ αἰρέσεων τῇ ἀγίᾳ ἐκκλησίᾳ προσερχομένους.

4) Ex Theophanis, monachi, chronographia, et, qui Theophanem latine vertit, Anastasii, bibliothecarii, historia ecclesiastica, narratio de Saracenicis, sive Moamedicis sectae primordiis p. 92 — 105. Vtrumque, Theophanem et Anastasium, ab eo tempore integros vulgauerunt viri eruditi, vt supra [vol. VII. p. 460.] dictum est, sed Sylburgio eos MStos bibliotheca Palatina suppeditauit. *Erunt autem fortasse*, inquit, *qui et alia his addi potuisse dicturi sint. Fateor. Primum enim Ioannem Damascenum* ¹⁾, *paullo post Saracenas sectae initium vixisse, et contra eam scripsisse, [P] sed pauca valde, in cribrationis suae prologo tradit illustris illi cardinalis, Nicolaus de Cusa, atque adde inter Damasceni opera existat* ²⁾ *Christiani et Saraceni disputatio. Deinde Romae in Vaticana bibliotheca exstare dicitur Nicetae, Byzantini philosophi, contra Moamedem liber, et epistolae, ab Agarenis missae, confutatio ad Michaelem, Theophili filium, imp. CPolitani. Sed quoniam neque illius, neque huius exemplaria graeca nancisci nobis licuit, alia eorum edendorum expectanda fuit occasio. Ioannis Cantacuzeni* ³⁾ *contra Moamedem orationes quatuor, et tres* ⁴⁾ *christianae religionis contra Saracenorum haeresin Apologetici; ad haec Richardi, Florentini* ⁵⁾, *confutatio*

1) Forte respexit, quae habet Damascenus ad calcem libri de haeresibus in Cotelerii monum. ecclesiae graecae tom. I. pag. 326 — 335, atque inter Damasceni opera tom. I. edit. Mich. le-Quien pag. 119, seq.

2) Latine in antiquis Damasceni editionibus legitur, et incipit: *Si interrogatus a Saraceno, quis sit Christus*. In noua editione tom. I. pag. 466. graeca quidem addita ex Theodoro Abucara, sed passim manca, et subiunctus pag. 470. alius dialogus Saraceni Theodori, ex ore Ioannis Damasceni, hoc initio: *ἀντ' μου, ὁ Ἐλενης*. Graeca ad Io. Aubertum miserat Allatius. In MS. autem Vindobonensi, teste Lambecio V. pag. 126. *) prior *διαλέξις* MS. exstat graeco alio ordino, atque incipit sic: *Ἐρωτῶντες εἰ ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν Σαρακενῶν, τίς ἐστιν ἡμεῖς καὶ ποῦ καὶ* Hisce scriptis iungendus Bartholomaei, Edessini, elenchus et confutatio Hagareni,

quam capite mutilam graeco cum versione sua edidit Stephanus le Moigne, e MS. Scaligeriano in variis sacris tom. I. pag. 302 — 428. et alterius scriptoris *κατὰ Μωαμεδ*, pag. 429 — 451. Conferenda etiam, quae de Muhamede tradit Constantinus Porphyrogenitus, lib. de administrando imperio, cap. 14. seq. Gennadii Scholarii patriarchae CPol. confessio et dialogus cum Amurathe, Sultano Mahomede, *de via salutis humanae et recta fide Christianorum*, de quibus mox ad Turco. Graeciam Martini Crusii.

*) Pag. 267. sq. ibique Kollar. conf. infra, in vol. VIII. pag. 795. vet. ed. Harl.

2) Vide supra [vol. VII. p. 790. sqq.] et quae de Georgio Phranza ex his Cantacuzeni orationibus plura mutuato [in hoc vol. §. 21.]

3) Quatuor.

4) Richardi propugnaculum fidei aduersus mendacia et deliramenta Saracenorum, Alcorani

bus Graecorum status sub imperio Turcico in Politia et ecclesia, oeconomia et scholis describitur, excusi sunt Basileae anno 1584. 1594. fol.

[P] *Libro primo*, cui effigies imperatoris CPol., habitu prisco et insignibus imperatoris ornati, praemittitur, exstat 1) *historia politica CPoleos ab anno Christi 1391. ad p. 1578.* puriore stilo graece descripta et ad Crusium missa a *Theodosio Zygomala*, p. 1 — 43. graece et latine cum Crusii versione, et notis a pag. 44 — 68. In his statim sub initium memorat MS. codicem quaestionum grammaticarum *Manuelis Moschopuli*, qui pridem Reuchlini fuit, scriptum ante annum Christi 1392. docetque, eundem esse, qui Basil. 1533. prodierit sub falso nomine *Basilii M. τὸ μέγαλον βασιλεὺς περὶ Γραμματικῆς γυμνασίας*. Laudat etiam pag. 44. 190. 195. *Nicetae Acominati* Choniatae historiam barbarograece MStam in inclytae Augustae Vindelicozum bibliotheca, ex qua praecipua barbaro-graeca Hieron. Wolfius in suas ad Choniatam notas transtulerit. *Annae Comnenae* sepulcrum, in templo patriarchatus CPoli obuium, describit p. 46. et locum ex eius Alexiade, tunc adhuc inedita, profert aduersus primatum papae romani. Narrat etiam p. 48. se accepisse *Damasceum Θεσσαρόν*, et p. 53. illum *Damascenum Hypodiaconum et Scuditam* adpellat, qui composuit homilias, thesauro illo comprehensas, qui liber in pagorum Graeciae et Thraciae templis, suis dominicis et festis diebus, quibus eius λόγοι inscripti sunt, a sacerdote ad populum legi solet. P. 68. et 210. meminit *barbaro-graeci MS. chronici*, ab exordio mundi ad Michaelen Botaniatam, quod ipsi abstulit Stephanus Gerlachius.

3) *Theodosii Zygomala* de CPoleos obsidionibus et Turcica expugnatione rebusque hodiernae Graeciae *epistola ad Martinum Crusium*, scripta Byzantii a. 1581. pag. 74 — 98. cum Crusii versione et notis a p. 99. ad 104. in quibus fragmenta aliarum epistolarum graecarum, ad Crusium et Gerlachium missarum, tum ab eodem Theodosio, qui pag. 100. protonotarium se magnae ecclesiae CPol. vocat, tum a Simone Cabasila, et p. 104. epistolam absolutariam, qua Michael, patriarcha Antiochenus, Theodosium a peccatis absoluit. In calce epistolae huius, quemadmodum et aliarum passim in hoc opere, nomen et titulus scriptoris miris litterarum ductibus more Graecorum recentium obscure indicatus potius, quam expressus cum expositione a Crusto addita legitur. *Fabr.* In libro inscripto: *Davidis Chytzai* oratio de statu ecclesiarum hoc tempore in Graecia, Asia, Boemia etc. Epistolae CPolitanae et aliae circiter XXX., quibus in hac editione aliquot epistolae graecae ac latinae, Confessio fidei a *Genadio* patr. Mahometi II. imp. Turc. exhibita, de Russorum et Tartarorum religione ac moribus, et veterum Borussiae sacrificiis et alia accesserunt. Adiuncta item epistola CPolitanae ecclesiae ad Boemos. *Francos.* ap. *her. Andr. Wecheli* 1583. 8. varia occurrunt quae ad Mart. Crusium pertinent: 1) pag. 86. sqq. *Symeon. Cabasilli*, (*Καβάσιλας* graece scribitur) epistola ad Crusium de vrbe Athenarum et lingua Graecorum hodierna, gr. et lat. 2) pag. 92. sqq. *Theodosii Zygomala*, protonotarii

ἡμῶν ὡς καὶ ὁ πῶτος ἐκείνου δὲν περὶ. ὡς ἂν
ἡμῶν τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτοῦ αὐτοῦ
ἡμῶν τὴν ἰδίαν ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτοῦ αὐτοῦ

exiguam inuenienti, Deus nouit, quanto labore,
inuestigatione, ratiocinatione opus fuerit. adde
pag. 311.

tonotarii magnae ecclesiae CPolitanae, ep. ad Mart. Crusium de vrbe Athenarum, qualis ca hodie sit, et monte Helicône. 3) pag. 101. sqq. Occasio et progressus commutationis litterarum et scriptorum inter patriarcham CPolitan. et Mart. Crusium et alios Tubingenses, ex epistola Mart. Crusii ad Dau. Chytraeum, a. 1579. 4) pag. 107. sqq. *Ieremiae*, archiepiscopi et oecumen. patriarchae etc. ep. ad Mart. Crusium latine conuersa. 5) *Steph. Gerlachii* II. epp. ad Mart. Crusium de confessione augustana graeca, patriarchae CPolit. exhibita, latine. 6) p. 118. sqq. *Ieremiae*, patriarchae CPolit. epistola ad Martin. Crusium et Theologos, qui de confessione augustana, quam, in graecum sermonem conuersam, ad illum miserunt, iudicium patriarchae sciscitati fuerant, gr. et lat. 7) p. 122. sqq. eiusdem *Ieremiae* ep. ad Crusium. 8) p. 126. sqq. eiusd. *Ieremiae* ep. ad Crusium, quacum censuram de confessione augustana suam ad Tubingenses misit, gr. ac lat. cum summa censurae ex Mart. Crusii epistolis ad D. Chytraeum. 9) p. 134. sqq. eiusd. *Ierem.* ep. ad Mart. Crusium, qua indicat, se accepisse responsum Tubingenium ad suam confessionis aug. censuram, et vicissim apologiam promittit, gr. ac lat. 10) pag. 137. sqq. *Theod. Zygonalae* epist. ad Crusium, gr. et lat. 11) p. 143. sqq. *Mart. Crusii* epist. ad Dau. Chytraeum, gr. ac lat. 12) pag. 153. sqq. *Gabrielis*, archiepiscopi Philadelph., epist. ad M. Crusium, gr. et lat. 13) p. 158. sqq. de gradibus episcoporum in Graecia et statu ecclesiarum, aedificiis publicis, arce et templis in vrbe CPoli., ex litteris *Steph. Gerlachii*, ad Mart. Crusium a. 1575. scriptis. A. pag. 173. *Gennadii* confessio fidei et reliqua in inscriptione libri memorata. Add. Fabric. paullo post de libro II. operis Crusiani sub finem etc. nec non Acta et scripta Theologorum Wirtembergensium et patriarchae CPolitani *D. Hieremiae*, quae vtrique a 1576. vsque ad a. 1581. de augustana confessione inter se miserunt: graece et lat. ab iisdem theologis edita. Wittebergae ap. her. Io. Cratonis 1584. fol. in quibus variae occurrunt Crusii epistolae. Summa illius operis legitur in Noua librorum rariorum collectione, fascic. III. Halis Magdeb. 1710. 8. p. 408 — 436. De raritate atque meritis illorum actor. v. *Richard. Simonium* in: *Biblioth. choisse*, tom. I. p. 284. et *biblioth. Rinckian.* p. 295. *Harl.*

Libro secundo, cui effigies patriarchae CPol. praemissa est, exhibetur *historia patriarcharum CPolitanorum*, qui fuerunt a capta anno 1453. per Mahomedem II. CPoli, quid singulorum temporibus [P] gestum sit, et quisnam fuerit auctor pescerii (τὸ πεσκέριον) siue muneris, quod patriarcha nouus Sultano dat, qui praeterea Charatzii, (τὸ χαράτζιον) siue annui tributi ecclesiastici, quis item additionem quoque tempore maiorem fecerit, pag. 106 — 184. Huius historiae, lingua graeca vulgari scriptae, auctor est incertus: descripsit eam *Emanuel Malaxus*, Peloponnesius, a quo Stephanus Gerlachius illam tribus thaleris redemit a. C. 1677. mense Aprili; Crusius vero, qui eam accepit a Gerlachio, latinam versionem, et a p. 185 — 212. notas adiunxit. *Malaxus* ille iam a. C. 1501. diem obierat, qui pueros et adolescentulos graecos sub patriarcheio in paruula et misera casa docendo et libros describendo vitam tolerauit. Quae ex historia ecclesiastica Malaxi laudat *Allatius* de Georgiis, leguntur in Crusii editione p. 107. seq. et 120. Sed quae idem habet *Allatius* p. 391. non memini, me in illa legere, vt aliud forte exemplum eius habuerit. Ceterum ex hac historia hausit *Henricus Hilarius*, quae de patriarchis post CPolim captam notauit ad Georgii Cyprii Chronicon ecclesiae graecae: et quae de patriarcha Ioasapho, siue

Iosepho, in Concilio CPol. a. Chr. 1565. ob Simoniam deposito Harduinus, et ante eum Labbeus.

In notis sub initium Crusius obseruat quaedam de Graecis, qui Concilio Basileensi, Ferrariam deinde atque a. 1439. Florentiam translato, interfuerunt, de quo conferendus etiam *Lambecius* VIII. p. 504. sq. [p. 1051. sqq. ed. Koll.] Addit praeterea Crusius p. 186. in Academiae Basileensis bibliotheca publica exstare complura graeca volumina MSS. tempore Concilii eo delata, e quibus *scholia ex patribus in Genesim et Exodum* memorat. P. 187. ait, se apud Io. Zygomalam inspexisse venalem librum MS. hoc titulo: τὸ σοφωτάτε καὶ λογιωτάτε Μάτθαιε τὸ Καμαριώτε ἐξηγήσεις εἰς τοὺς Ἐπιστολαίς Συνεσίς, τὸ σοφωτάτε καὶ Θεοφιλεστάτε Ἐπισκόπε, γεγραμμένη οἰκία καὶ τὴν αὐτὴν Καμαριώτη καὶ ἐπὶ βραχὺ ὑπόμνημα εἰς τὸν αὐτὸν Καμαριώτην, ἐπὶ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, etc. *De Epistolis viri Matthaei Camariotae commentarius in Reuer. episcopi Synodii epistolae, manus ipsius scriptus.* Praeterea commentariolum in eundem Camariotam, quondam patriam Thessalonicensem, professionis philosophus, huc CPolin venerit ultimus imperatorum Paleologorum miseris temporibus: et hic post urbem amissam subsisteret, postquam Scholarii, qui postea patriarcha fuit Gennadius, et quorundam aliorum optimatum, circa medium regni Amuratidis praecceptor fuisse. Patriarchei CPol. icon et descriptio exstat p. 190. Ibidem et p. 275. sq. notat, in bibliotheca arcis Tubingensis exstare MS. partem operum Basilii M. et librum, pulcerrime in membranis descriptum, continentem Sanctorum vitas per τρεῖς τεμήνια, siue per menses Martium, Aprilem, Maium. P. 196. [P] vbi de Graecorum Psalmodya, horisque canonicis, laudat vetustum MS. πανδέκτην καὶ λειμωνάριον Ἀντιόχει Μοναχὶ τῆς Λαύρας τῷ ἈΒΒᾶ Σάβα ad Eustathium, abbatem μονῆς Ἀταλάνης Ancyrae in Galatia, additque, ei subiunctum λειμῶνα siue λόγους καὶ βίβλους διαφορῶν γερόντων καὶ ἁγίων πατέρων, quod opus auctor, quisquis fuit, Sophronio cuidam inscripsit, quem ἱερὸν πισὸν τέκνον appellat. Conciones sacras a Graecis, fieri p. 197. 207. notat non lingua graecobarbara, quae a vulgo intelligatur, sed antiqua. Ibidem nonnulla de musica Graecorum ecclesiastica, et quanti sit apud Christianos et Turcas patriarchae CPol. auctoritas. Imperatorem, qui a S. Babyla, Antiocheno episcopo, exclusus templum fuit, ex Legenda graeca MS. 4. Sept. notat fuisse Numerianum. P. 198. et 200. 203. graece adfert versus, Διόπτρε, latine deinde editae a Iac. Pontano (de quo infra dicetur,) et p. 199. 205. laudat MS. Augustanum codicem historiae Georgii Pachymeris, (de qua supra [vol. VII. p. 775.] nec minus ibidem et p. 496. memorat Augustanam Confessionem, e graeco versam in linguam Ibericam siue Georgianam: et Ioannicium Hieromonachum Cartanum et magnum Protosyncellum Cereyrorum librum varii argumenti, inscriptum ἀνθος, composuisse euras fallendi causa Venetiis in carcere, in quem eum Arsenius, Monembasiensis episcopus, compingi fecit, si Cartanum quidem audimus, non ob aliquod crimen, sed ob studium pietatis et veritatis. P. 200. Epigramma Michaelis Sophiani, Byzantii, in templum S. Georgii Venetiis a. C. 1564. ex libello Zachariae ἱερέως σκερδυλῆς Κρητὸς τῷ ἐπαινομαζομένῳ Μαζαρωῶ καὶ ἐπιτρόπῳ τῷ τῆς Κωνσταντινουπόλεως οἰκουμένης Πατριάρχῃ. Seragitae, siue regiae Ottomanicae CPolitanae icon pag. 202. P. 203. memorat, Georgiam Caputacum.

num 7), Antonii Cantacuzeni, a quo Hieron. Wolfius Zonaram redemit, filium, in bibliotheca sua habuisse *Acta tertii, quarti et quinti concilii, exegefin διαφόρων in Pentateuchum, Nilum theologum*, aliosque libros optimos, sed inaeestimabili pretio aestimatos. P. 204. 250. 273. memorantur *Διδαχαὶ Ἀλεξίᾳ ἱερέως τῷ Πατρίτῳ καὶ Χαροφύλακῳ τῆς Κερκύρας*, excusae Venetiis a. 1560. cum praefatione Theonae, quae his verbis inscribitur: ὁ ἐν ἀρχιερεῦσιν ἐλαχίστος Θεωνάς καὶ ἑξάρχος τῷ παναγιωτάτῃ Πατριάρχῃ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, τοῖς αἰδεσίμοις ἀρχιερεῦσι καὶ Φιλαρέτοις πατέρεσι, τῷ τε λοιπῷ τῷ Κυρίῳ χρεῖωνύμῳ πληρώματι εὐπράττειν. Ibidem exstat notitia de Cyrillo metropolitā Nicaeno, anno 1675. Ephesino *Athanasio* et Thessalonicensi *Ioasapho*, et de patriarcha CPol. *Jeremia* p. 205. quem virum humanissimum vocat ac veritatis studiosissimum, ([P] perpetuum in lectione patrum et aliorum bonorum auctorum, quantum ei per negotia ecclesiastica et politica concessum fuit. Nam praeter ecclesiarum, inquit, curam incumbit ipsi etiam omnis iudicandi causas Graecorum, quas coram iudice extraneo, siue Turca, disceptari nolunt. Cumque nemo sit, qui liberales artes hodie iuvenes doceat, non erubescit in virili aetate *Dialectica, Rhetorica et Ethica* a rhetore suo sene Ioanne Zygomala, nunc cathedralis ecclesiae scripturarum interprete, audire, qui artium harum mediocrem cognitionem Patavii ante plures annos hausit. Epitomen *Dialecticae, Rhetoricae et Ethicae*, Basileae impressam, patriarchae vertit. — In tota Graecia studia nullibi florent: Academiis et professores publicos nullos habent, praeter scholas triuigles, in quibus pueri ὁρολόγιον, ὠκτώνηχον, Psalterium aliosque libros, quorum in Missa usus est, legere docentur. Qui vere eos intelligant inter presbyteros et calogeros, paucissimi sunt. Quidam Italiae academias adeunt, in quibus antiquam linguam, principia philosophiae, patrumque theologiae percipiunt. Hi reuerſi domum alios interdum erudiunt, quemadmodum CPoli in patriarchatu medicus quidam Leonardus e Chio, (idem, qui expugnationem CPolis descripsit,) patriarchae aliisque Calogeris *Anthonii Commentaria in Organum Aristotelis, Rhetorica Hermogenis et Hesiodum* explicat. P. 106. summum Graecorum sacerdotem et archiepiscopum Venetiis anno 1530. fuisse testatur *Gabrielem Philadelphienſem*, archiepiscopum. Vitam Apollonii (Tyrii) et Tarsiae lingua graecobarbara memorat p. 209. *Michaelē, Eparchum* Corcyraeum, διδάσκαλον καλόν, qui Venetiis causas egit, et *Andreā, Curcumelem* p. 208. Troiae ruinas referens multosque adhuc eius superesse muros testatus, addit, maiorem illam CPoli fuisse urbem p. 210. Ibidem ex *barbaro-graeco Chronico*, quod Michaelis Cantacuzeni 7) fuit, offert narrationem de Trisagio, et p. 211. hosce versiculos in duodecim festa Graecorum:

Τὸ χαῖρε, γέννα, Συμεὼν, Ἰορδάνης,
Θαβώριον, Δάζαρος, Βαῖα, ξύλον,
Ἐγερσις, ἄρσις, Πνεῦμα, καὶ Κόρης μέγας,

Non praetermittendum est, quod in historia ecclesiastica Malaxi, quam Crusius graece et latine exhibet notisque illustrat, etiam inserta legitur *Confessio Gennadii Scholarii* pro veritate

M 2

ss) Huius *Georgii Cantacuzeni* bibliothecam refertam libris MSS. laudat *Georgius Douſa* epist. de itinere suo CPol. p. 70. Lugd. Bat. 1599. 8.

tt) Hic strangulatus est 3. Martii anno 1578. Anchiali in sua domo. Vide Crusium pag. 211. 274. et *Georg. Douſam* in laudata epistola p. 71.

ritate fidei christianae ad Amuratem Suldandum Muhamedem II. capitibus XX, graece et latine cum Turcarabica versione Achmetis, qui Berrhoeae praetor et Mahometi [P] Zelebi Commentariensis pater fuit, iussu Suldani facta, et graecis litteris descripta p. 110 — 119. Eadem prodit etiam graece et latine ad calcem Orationis *Dau. Chytrazi* ^{uu)}, de statu ecclesiarum in Graecia, Asia, Africa, Vngaria, Bohemia Francof. 1583. 8. et curante Ioanne a Fuchte Helmst. ^{vv)} 1611. 8. vna cum eiusdem argumenti, sed prolixiore dialogo *Gennadii et Amurathis* *περί τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων*, qui graece et latine vulgatus est a Io. Alexandro Brassocano, Viennae 1530. 8. atque a Christiano Daumio, vna cum Hieronymi, theologi graeci, dialogo de Trinitate, Cygnaeae 1677. 8. latine vero ^{ww)} ex Gregorii Hieronymi Spartani versione, Ioanne Polo de Albo Castro curante in Haeresiologia Io. Heroldi Basil. 1556. fol. p. 797; et in bibliothecis patrum, vt in editione Lugdunensi a. 1677. tom. XXVI. p. 556. De codicibus MSS. huius dialogi vide *Allatii* diatribam de Georgiis p. 402, et *Eusebium Renaudotum* in Gennadii operum notitia p. 83. *Fabr.* Item quae ex *Renaudoti* notitia Fabricius. postea infra in vol. X. vet. ed. pag. 343. sqq. excerptit: vbi bono cum deo plura dabimus; Add. *Oudin.* l. mem. III. pag. 2470. sqq. *Saxii Onom.* II. p. 445. et quos ille citat bene multos. *Harl.*

Libro tertio continentur variae Graecorum inter se ab a. 1556. ad 1580. scriptarum epistolae, a Theodosio Zygomala in Crusii gratiam selectae, cum Crusii versione et notis. Digestae autem sunt in partes tres hoc modo:

Prima pars complectitur epistolas, scriptas lingua vulgari, cum adposita per eundem Zygomalam versione graeca puriori. Scriptae sunt a Ioanne Maximo, sacerdote et *δευτερευοντι* seu Secundano: Hermodoro Lestarcho, medico e Chio: Symeone Hieromonacho et episcopatus Ephemero, siue vicario ex Andro, a Michaela Zygomalae adfines, e Nauplio, Manuele scriba ex Anchialo, Michaela, Sbiri e Monembasia et Stamatia (Eumathio), fratre Zygomalae, ex Anchialo. Subiungitur etiam pag. 228. *Parthenii metropolitae*

^{uu)} Hic quoque Chytraeus Orationi illi subiunxit varias epistolas ex Graecia ad Martinum Crusium et alios datas, graece et latine: [vbi supra copiosius docui. *Harl.*]

^{vv)} Notabis, in Fuchtenii editione tantum exstare capita duodecim, adeoque octo postrema deesse.

^{ww)} Non graece et latine, vt legas in adpendice ad hist. litterariam scriptorum eccles. Graeci. *Fabr. Hieron. Spartani* versio prodit antea in lib. inscripto: Libellus de quibusdam fidei articulis aduersus Turcos, *Via salutis hominum* inscriptus, latine a Ge. Hieronymo Spartano. Paris. 1533. 4. v. Thesaurum bibliothecalem, vol. II. nr. XXXIX. pag. 305. vbi quoque *Brassicani* edit. 1530. 8. memoratur; vberius vero recenset

tur Dissertatio litteraria de opusculo quodam, quod vulgo tribuitur Gennadio Scholario, patriarchae Constantinopolitano; inscribiturque: *περί τῆς ὁδοῦ τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων* i. e. de via salutis humanae, graece et lat. primum edito per Ioann. Alex. Brassocanum, Viennae Austriae a 1530. auctore Philippo Lambacher, ciu. Vindob. bibliothecario. Vindobae, typis Io. Petri von Ghelen. 1757. 4. Add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. part. II. pag. 312. sq. Contra Lambacher. quaedam inquit, *Denis* in: *Wien's Buchdrucker-geschichte* pag. 290. sqq. vbi Brassicani edit. copiose recenset, et animaduertit offenditque, Brassicani et Spartani diuersis vfos fuisse codicibus, praesertim in Gennadii doctrina de Spiritu S. et inde diuersa virorum doctorum de Gennadio iudicia enata esse. *Harl.*

tae Sophiae in Bulgaria, epistola ad imperatorem, Rudolphum II. data a. 1580. et p. 229. Testimonium, Comiti Alberto Levcensteinio datum a. 1578. Cairo a patriarcha, Alexandro Ioachimo. Vtrisque Ioachimi et Parthenii litteris praeter subscriptiones, obscuris circumductionibus litterarum involutas, una cum explicatione subiuncta sunt etiam eorum sigilla.

Pars secunda continet epistolas, scriptas lingua graeca puriori, complures, quarum primoribus decem idem Zygomala versionem graecobarbaram, omnibus latinam versionem et notas Crusius adiunxit. [P] Qui epistolas scripsere, sunt *Ioannes Corefer*, (Kogler) medicus e Chio, ad patriarcham CPol. *Metrophane*: *Hermodorus* supra memoratus; *Ioannes Zygomala*, magnus rhetor magnae ecclesiae CPol. (sive Exarchus rhetor, vide p. 259.) *Ioannes Despota* seu rex Moldaviae; *Demetrius Despotae* scriba, ad patriarcham CPol. *Ioasaphum*. *Nicolaus* Protopapa Naupliensis, *Marinel* e Chio, *Matthaeus Monachus* e Chio. *Methodius* Hieromonachus, *Neophytus* Larissae metropolita, *Ieremias* patriarcha CPol. *Eugenius* episcopus montis Sinai et Raithi, ad imp. Maximilianum a. 1569. *Demetrius*, diaconus CPol. ad Philippum Melancthonem, quem praeceptorem suum appellat, a. 1559. pag. 263. Interposita etiam sunt p. 258. seq. Epitaphia versibus scripta in *Isaacum* sacerdotem Peloponnesium, et *Gratiosam* Theodosii Zygomala matrem, nec non *Io. Zygomala* epigramma in Concilium Decemvirosum illustrissimae reip. Venetae, et preces ad Mariam, virginem, a qua morbo leuari exoptat.

Tertia pars habet epistolas septem ab anno 1556. ad 1575. stilo graeco mixto siue ecclesiastico, qui puris barbara adpersa habet, scriptas a *Cassio* metropolita Rhodi, *Logizo* sacerdote in insula Chio. *Theona* Paronaxiae, ac deinde Thessalonicae metropolita, *Arsenio* metropolita Tornobi ad principem, Mich. Castacuzentum a *Ioanno Bonaphio* a Patris Achaiae, *Maximo* protosyngelo patriarchae, ex Ioannimis siue Cassiope Aetoliae, et *Ignatio* Hieromonacho e Chio, ad magnum Chartophylacem, Alexandrum a Tera.

In notis p. 222. Crusius e libro *ἀνδρὸς τῶν χαρίτων* adfert parabolam de septem filiabus diaboli ex iniustitia susceptis, arrogantia, auaritia, fraude, inuidia, hypocrisi, superbia, ac scortatione. P. 230. sq. ex Martyrio S. Catharinae in veteri codice MS. chartaceo folii magnitudine singulis paginis, binas columnas quadragenorum versuum habentibus, rubro corio asserulis induto, cum bullis seu umbilicis et cum duabus clausuris (more graeco) in arculos infibulandis. Fuerat is codex cum aliis pluribus MSS. a cardinale, Ioanne de Raguso tit. S. Sixti, Basileae in Concilio relictus. P. 234. *Meletius* patriarchae Alex. Protosyncellus, commendatur ut vir perdoctus, perhumanus, religionis studiosus. Ibidem narrat, Turcas quinquies quotidie ad preces conuocari hora una ante lucem, tum circa horam nonam, duodecimam, et quartam, atque hora prima noctis. Initium precatiois eorum esse, *ne Deus concordiam christianis det*. De *Iosepho* Hieromonacho Gardiano in Monasterio S. Catharinae in monte Sina, vide p. 235. seq. *Μαριάλε, βιβλίον ἔχον τῆς Θεοτόκου ἐγκώμια* p. 243. Ex *Gerkachio* cognoui, inquit p. 246. plerisque Graecorum templis in singulis ciuitatibus, scholas puerorum adiunctas esse, in quibus nullae sint classes nec diuersae lectiones, [P] sed unus praeceptor pueros in Psalterio, Horologio, Acolathiis aliisque

que libris, quorum in ecclesiis usus sit, instituens. Ab Ioanne Zygomala complures patriarchatus officiales antiquam linguam mediocriter doctos esse: etiam a doctioribus Graeciae discipulos ad illam alii, et propter eam discendam Italiae quoque academias a Peloponnesis, Cretensibus, Chii adiri. Illum Ioannem Zygomalam ex magno rhetore patriarchico factum μέγαν τῶν δεινῶν γραφῶν ἐμπνευστήν notat p. 248. atque p. 264. scribit, versionem Confessionis Augustinae graecam, sub Dolscii editam nomine, compositam fuisse a Philippo Melancthone, qui illam per Demetrium, Thessalonicensem, diaconum CPol., misit ad Ioasaphum, patriarcham CPol. De illa versione vide etiam p. 488. 496. Eadem est, quae cum Würtenbergenfium theologorum scriptis ad Ieremiam, patriarcham CPol., prodit Witteb. 1584. fol. vbi habes etiam Ieremiae responsiones, quas latine separatim vulgaverat Stanislaus Socolovius, Polonius. Vide, quae dixi volum. X. huius bibl. p. 581.

Libro quarto Crusius exhibet epistolas alias sexaginta, vario stilo graeco scriptas, cum latina versione et notis. Auctores epistolarum sunt: *Metaphanes* Cæsariæ Cappadociae metropolita et deinde patriarcha CPol. *Nicolaus* sacellarius et alii plerique Chii. *Ioasaphus* patriarcha CPol. *Ieremias* patriarcha CPol. *Michael* patriarcha Antiochenus. *Sophronius* Hierosolymorum et Palaestinae, *Gregorius* metropolita Prusacæ, *Antonius* Mytilenes, *Callistus* metropolita Rhodi, *Macarius* Hieromonachus et abbas monasterii Insulae Patmi, *Sophronius* Hieromonachus, antehac abbas, et *Neophytus* Hieromonachus atque Protosyngelus patriarchicus, *Hippolytus* Chii metropolita, cuius epistola p. 304. directæ est ad magnæ ecclesiæ CPol. clericos, magnum Oeconomum, magnum Logothetam, magnum Scévophylacem, magnum Sacellarium et parvum Logothetam, item Nomophylacem et Dicaeophylacem, protonotarium ac protoapostellarium; *Ioannes Corefer* et *Franciscus Domesticus* medici Chii; *Leonhardus Mendonius* Anchialo, *Smaragda* Canabutzæna, *Ioannes Burslar*, *Stamatius* **) e Scyro, *Iosephus* episcopus Scyri, *Ioachimus* Imbri episcopus, alius Protopapa, siue episcopus Teni, insulae, *Dionysus* Nauplii et Argorum, *Ioasaphus* Monembaliae metropolita, *Arsenius* Coronæ episcopus, *Dionysus* veterum Patrarum, metropolita Corinthi, *Nicanor* Athenarum, *Ioasaphus* Thessalonicae, *Ieremias* Larissæ episcopus et *Damascepus* Demonici et Elafionis, *Damascepus* episcopus Διτῆς καὶ Πεδινῆς Litæ et Rhendinae: *Pachomius* ὁ Γάρνους καὶ Χόρας Garmus, metropolita et Choraæ, *Theophanes* Hieromonachus, qui Theodosii Zygomalæ se spiritalem parentem p. 332. adpellat: alius Oeconomus Calliupoleos, *Ioasaphus* [P] Adrianopoleos episcopus, *Gabriel* Pogoianæ archiepiscopus, *Gerasimus* Polianæ episcopus, *Zosimus* Citri, Tornobi *Arsenius*, *Sophronius* archiepiscopus primæ Iustinianæ et Achridarum, *Methodius* Melenici episcopus, *Neophytus* Dicaei coenobii Hieromonachus, *Thomas Palaeologus* Despota Porphyrogenitus, cuius epistolæ p. 344. subiiciuntur Sultani Turcici, *Selimi*, litteræ comminatoriæ ad Venetos, quibus Cyprum ab eis repetit. Et p. 312. exstat *formula testamenti*, facti a. 1574. Chii a *Maria Pilia*, cum subscriptionibus. Plerique etiam epistolæ hoc quarto libro subscriptiones adiunguntur, notatu dignæ, tum propter nomina ipsa personarum et locorum, tum ob monogrammata et intricatos litterarum ductus, quos cum expositione, semper ad αὐτόγραφα adcurate expressos, Crusius lectori inspicere

**) Stamatii siue Eumathii Zygomalæ mentio pag. 324.

spiciendos exhibet. In notis idem p. 320. et 293. notat, Theodosium Zygomalam a. 1576. cum Nomophylace magnae ecclesiae presbytero Sabbatiano Exarchum in insulas emissum fuisse, *nempe ad colligendas pecunias, de quibus τὸ χαράτziον tributum Sultano persolveretur.* Litteris tunc hortari solet patriarcha CPol. antistites insularum, clericos politicorumque viros, et plebem ab Ambro et Lesbo Rhodum et Carpathum usque, ut velint contributione βοηθεῖν τῇ μητρὶ πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, ὅτε ταῖς βοηθείαις αὐτῶν αὐτῆς καὶ μετὰ τῆ ἰὺν συντηρημένης, καὶ τὸ ἀποτέλλει συντηρηθησομένης. *Idem ἑξαρχοι* ⁹⁹⁾ potestatem quoque habent a patriarcha τὰ ἀρχεῖς ποιεῖν καὶ ἀφορῆζεν, privandi dignitate ecclesiastica et excommunicandi δι' εὐλόγους αἰτίας, si quos huiusmodi poena dignos reppererint; sicut vicissim quoque poenitenter absolvendi. De Zygomala fratribus et aliis propinquis vide p. 324. Ἀπολυτικῆς, siue dimissoriae epistolae, Clerico a metropolita Rhodi datae, exemplum legitur p. 299. qualium in veteri ecclesia usus, de quibus Bernardinus Ferrarius lib. I. de antiquo ecclesiasticarum genere cap. 8. et Beueregius ad can. XVII. Trullanum. Ex Basilicis tum temporis adhuc ineditis loca proferuntur a Crusio p. 331. De Athanasio, Laurae, monasterii in monte Atho, conditore, temporibus Nicephori Phocae, imp., vide sis pag. 333.

Libro quinto occurrunt LXII. epistolia siue argumenta, scholasticis, qui in stilo utroque exercere se volunt, proponenda, quae Theodosius Zygomala a. 1578. ad Crusium misit stilo graecobarbaro cum pure graecis e regione positis, atque editor denique auxit latina interpretatione p. 349 — 370.

Libro sexto exstat 1) *Demetrii Zeni*, Zacynthii, eiusdem, cuius liber de Alexandro Macedoniae versibus graecobarbaris politicis, Venet. 1529. excusus est, *Batrachomyomachia Homerica*; vulgari lingua Graecorum, [P] versibus itidem politicis expressa, una cum latina versione Crusii, p. 373 — 382. subiuncta huius oratione de laude fabulae p. 383 — 389. et nota in *Batrachomyomachiam* p. 390 — 399. Hanc *Demetrii Zeni* *Batrachomyomachiam* Venetiis primum excusam, postea ex Crusii editione graece ac latine recudi fecit Ioannes Michael Langius in parte altera philologiae barbarograecae, Altdorfii 1707. 4. [confer supra, vol. I. p. 358. XVI. Repeti eam nuper iussit C. D. Ilgenius cum hymnis Homericiis. 1796. p. 121. sq. et notis illustravit p. 656. sq.]

2) Carmina aliquot Crusii graeca, eum versione interlineari graecobarbara *Simeonis Cabasilae* Hieromonachi, et latina Crusii interpretatione p. 400 — 407.

Libro septimo epistolae XXVIII. Tubinga CPolin et CPoli Tubingam missae ab a. 1573. ad 1578. graece et latine p. 410 — 483. cum Crusii notis p. 484 — 514. Tubinga scripsere Crusius, et D. Iacobus Andreae: CPoli vero Theodosius Zygomala, huius patet ²²⁾ Ioannes Zygomala rhetor, ex Nauplio Peloponnesi, Ieremias patriarcha CPol., Simeon Cabasilas, et Ioannes Trachiacus Naerensis. Patriarcham Ieremiam ita describit Crusius p. 486. *Pater Ieremias Hieremias vir humanus et placidus est, amabili vultu, hominum animos apso intuitu sua detinens. Corpulentus est et procerae staturae. Veste utitur monastica, nigra et praetexta: caput cucullo tectum habet, crines nutrit crispas, et ex antecessorum consuetudine*

99) Confer pag. 502.

22) vide pag. 431. 491.

tudine in humeros, (quemadmodum Saluator noster pingi solet.) diffuentes. Cumque totius Graeciae, et plurium locorum, ceterorumque patriarcharum quasi Ἐπίσκοπος sit, nihil splendoris vita ipsius habet, sed omnia simplicitatem et humanitatem singularem sapivit. et p. 491. Similis moribus, forma et statura nostro Cancellario, D. Iacobo Andreae, et forte longior: in medio capitis rasura, in sincipite corolla, in occipitio et temporibus longi capilli, sicut in omnibus illic monachis. Patria eius Ἀγχιάλος, vulgo Achilo, Ponto Euxino vicinum oppidum. Aetas illius a. 1578. fuit circiter XLII. annorum. Patriarchae, metropolitae, et episcopi cognominibus carent. Fertur tamen, Hieremiae familiam vulgo Τεανὲς dici, id est μέζονας. Ex fragmento veteri MS. barbarograeco, iconibus ornato, de amoribus Lybistri et Rhodannes specimen adfert Crusius p. 489. 490. et argumentum totius fabulae, a se in compendium missum latine exponit, de qua alio loco, vbi scriptores Eroticos recenseo. De Emanuele Margunio, Cretensi, in academia Patauina philosophiam graecasque litteras edocto, mentio p. 495, vti de Simeone Diacono p. 500. qui Crusio significauit, habere se undecim capita Apollonii Dyscoli, grammatici, eatenus desiderata p. 503. vbi etiam de Philippo Ptolemaeo, Perusiano, medico, physico, sceptico, qui a. 1578. graecobarbaro epistolio Crusii amicitiam ambuiuit, et paullo post ad Turcas accessit, p. 504. Longus catalogus aliorum virorum, in Graecia tunc [P] clarorum doctrina et dignitate, occurrit p. 506. sq. ex albo D. Stephani Gerlachii. P. 498. ex Gerlachii epistola haec brevis notitia librorum CPoli MStorum exhibetur:

Μεγάλη Βιβλιοθήκη (Photii, vide p. 512.) in insula Chalce.

Μέλισσα (Antonii Melissae Loci communes.)

Γεηγορίε τῶ θεολόγου περὶ τῶν κατ' αὐτὸν, ἃ χρύσεα ἔπη καλεῖνται.

Νίκηφορος καὶ πρεσβυτέρη τῶ Βλεμίδα ἐξηγήσεις εἰς τὸ Ψαλτήριον.

Τετραευαγγέλιον ἐξηγημένον, εἰς τὴν ὑπόθεσιν τῶν ὀ εὐαγγελιστῶν, παρὰ Εὐσεβίη τῶ Παμφίλη, πρὸς Καστριανὸν μοναχόν.

Χρυσόδελε μοναχῶ libri tres contra Iudaeos.

Iosephti Monachi, cognomento περιωνίη, (forte Beuennίη) orationes theologicae: quas temporibus Manuelis regis plerasque in palatio regio, et templo apostolorum, habuit: de S. Trinitate, de processione Spiritus S. tantum ex patre, contra Latinorum sententiam.

Ioan. Damasceni κεφαλαία v. περὶ τῶν αἱρέσεων.

Γεηγορίε πάτερ τῆς παλαιᾶς βώμης μετὰ καὶ πέτερος τῶ φιλοσόφου διάλογοι.

Εκκλησιαστικὸς διάλογος τῶ ταπεινῶ Συμεῶν, ἀρχιεπισκόπου θεσσαλονίκης, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων: καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τῶ δεῖ.

Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας, τῆς ἐν ἱεροσολύμοις αἰτίας λαύρας, τῶ ὁσίς πατέρος Σάβα.

In Patriarchatu, maximum opus, titulo: Συναγωγή ἐξηγήσεων ἀπὸ διαφόρων ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων (Athanasi, Cyrilli, Basilii, Chrysostomi, Theodoret, Greg. Nysseni, Isidori, Eusebii, et aliorum) εἰς τὴν βιβλίον τῶν ψαλμῶν, συλλεγεῖσθαι παρὰ τῶ ἱερωτάτῃ μητροπολίτῃ Ἡρακλείας Νικήτῃ τῶ Σεργῶν.

Pandecta, continens summas, seu argumenta, canonum apostolicorum: septem synodorum vniuersalium, et prouincialium, epistolarumque synodaliū. Acta vero sextae et septimae

ἱερτικαὶ σφραγίδες περφέστα. Cui addita est ἐξηγησις τῶν θεῶν κανόνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τοπικῶν: πονηθεῖσα Ἰωαν. Μοναχῷ Ζωναρεῷ.

Ἐξηκοντάβιβλος, liber iuris civilis, precio aliquot centuriarum aurearum.

Historici Laonicus Chalcondyles, Michael Glycas, Ἀγαθίας, Εὐνάπιος.

Fragmenta quaedam historiae Turc. de expugnatione Constantinopoleos, lingua vulgari.

Ἐπιστολαὶ Πηλεσιώτες (Ἰσίδωρ) ἀνδρὸς σοφιστῆ.

P. 510. narrat, CPoli missos hosce libros MStos, centos 37. thaleris: *Demosthenem* ab edito multum differentem, (adda p. 503) additis [P] nonnullis vitis *Plutarchi*, *Thucydidem*, *Theodoretī ἑρμηνείῃ* cum explicatione *epigrammatum* ihedita, et *Κεράμεως (Theodori) λόγος Θεολογικὸς* tunc adhuc ineditos. Deinde *librum canonum*, cui Ἀἵα Conciliorum patrumque auctoritates plurimae insertae, pro pretio duodecim thalerorum. *Telesphoritarum Novum* pulcherrimum cum iconibus, psalterio adiuncto, ex libris Mich. Cantacuzeni, pro decem thaleris quod Graeci quindécim ducatis redimere voluerunt. *Manifestum (Constantinum)*, historicum tum nondum editum, pro tribus thaleris. *Festorum graecorum canonem* cum explicatione libri *Platini*, qui vñtatissimus Graecis *ἐκτῶνχος* dicitur, quatuor thaleris. *Librum sermonum theologicorum*: *Orationes Gregorii (Nas.)*, theologi, cum expositione (*Nicetae*) τῆ Σεβέρων metropolitae *Homeliae*, duodecim thaleris, ac denique *Theodosium Meliteneum*, historicum, pro duodecim Venetis Ducatis, siue Zechinis, quorum vnus sex et viginti baciis, siue grossis, valet. His p. 503. addit, *Greg. Nyssenum*, in Canticum Canticorum bibl. Tubingenſi inferendum. *Prognostica astrologica annorum 1577. et 1578.* exhibet graece p. 499. et 501. narrat, *Halepo siue Hierapoli CPolin votatum esse astrologum quendam*, qui *Sulianum de fortuna sua ex astris praemonstrari*. Ideo ex *Galatensi colle exstruxit profundam detestamque turrim*, cuius summo inposuit *astrolabium*, et multos circulos ex *orichalco* magnos, inde praedicturus scilicet, quas gentes amicas, quas inimicas habiturus sit *Murates*. Operi perficiendo septennium sumfit, quatuordecim stipendio trium millium ducatorum, eius duplum finito opere a rege accepturus. *Adiutor ei fuit Iudas quidam Thessalonicensis*, qui ambo *Cometam a. 1577. Arabiae et Persiae bellum minori dixerunt*. Exitus tandem hic fuit, quod *sphaeritum illud opus mense Ianuario a. 1580. spatio vnius horae omne solo aequatum est*, quod vulgo crederetur, id omnis hactenus mali, bello in Persis infelicitate gesto, causam fuisse. Etiam graece exstare libellum τὰ τῆ Σολομώντος κλαβίκελα, cognosces ex p. 503. Tituli quatuor patriarcharum, CPol. Alexandrini, Antioch. et Hierosol. nec non quatuor CPolitano patriarchae non subiectorum archiepiscoporum, Tornobi Bulgariae, Pecii Seruiae, primae Iustinianae, et Iberiae siue Georgianae leguntur graece p. 507. seq.

Libro octauo denique cum versione et notis occurrunt epistolae graecae XVIII. a Cusio scriptae ad Franciscum Portum, Cretensem, eiusque filium, Acemilium Portum: ad Gabrielem Philadelphium, archiepiscopum (Venetiis a. 1580. seq. degentem,) ad Melitium, Cretensem, Alexandriae Aegypti Protosyngelum et Hieromonachum, ad Ioannem Morzinum, Cretensem: et vicissim a Porto utroque, (Geneua et Lausanna,) a Constantino Patricio Chio, (Patauio,) a Gabriele Philadelphienſi, [P] Ioanne Medico e Peloponneso. Epidaurio

daurio et ab *Andronico Cublide*, oeconomus et procuratore fraternitatis ad S. Georgium Graecorum, (Venetiis,) ad Crusium; pars epistolae Crusii ad *Emanuel Margunium*, Cretensem, p. 527. qui idem est Margunius auctor epigrammatis p. 538. quod commentario Danielis Furlani in Aristotelem de partibus animalium praemittitur. Non alius etiam *Maximus Margunius*, Cytherorum episcopus, cuius epistolam Hoeschelius Photio suo praefixit. *Fabr.* In libro, inscripto: *Τύποι ἐπιστολῶν Θεοφίλου Κορυδαλέως, ἡ τε περὶ ἐκτορικῆς* etc. Venet. 1786. 8. sunt *Maximi Margunij*, episcopi Cyther. epistolae IV. ad David. Hoeschelium (pag. 116 — 119.) — τοῖς περὶ τὴν ἱερὰν ἐσχολασίαν φιλοσοφίαν, (p. 120.) epp. binae ad Conrad. Rittershusium (p. 126. 199.) — una ad *Σαμὴλ*, (pag. 130. 199.) — una ad patriarcham Ieremiam, *περὶ τῆς τῶν Τούρκων ἐν τῷς ὁπὶ παρασκευῶνται τοῖς κακῶς.* (p. 191 — 115.) *Harl.*

In quibusdam exemplis Turco-Graeciae Crusii subiuncta reperitur, quae in aliis abest a p. 541. ad 557. *Appendix* dicata D. Ioachimo Camerario, Ioachimi F. Noribergae medico, a quo pleraque in illa comprehensa accepisse se Crusius testatur. Occurrunt autem in ea, graece:

1) *Antonij, Eparchi* *) *Coreyraei*, epistola ad Philippum Melanchthonem de pacandis in religione dissidiis, ut Turcis fortius occurratur, a. 1543.

2) *Ioachimi Camerarii* responsum luculentum ad Matthiam Irenaeum, Francum Würzburgensem, culpam in pontificios conferens a. 1544. scriptumque pro Melanchthone, apud Coloniam tunc absente et occupatissimo.

3) *Dionysij*, patriarchae CPol. intercessio pro Stephano, Caesariensi Cappadocae, electosynam colligente, ad se suosque a Turcis redimendos a. 1554. graece et latine.

4 et 5) *Iacobi Basilici Marcettii*, siue *Marchionis*, despota Sam. et *Iacobi Diafforini*, domini Doridis, epistolae, Bruxellis missae per *Φρύγκων* Pfinzingum, Caesaris Consiliar. datae ad Philippum Melanchthonem, amicae et litteras eius desiderantes. a. 1555. graece.

6) *Joach. Camerarii* pro Philippo ad utramque responsio beneuola, et de Graeciae ruina quidem dolenda, gloria tamen immortalis in Germaniam etiam deriuata, a. 1556.

7) *Philippi Melanchthonis* epistola, per Demetrium, diaconum, missa, ad Ioasaphum, patriarcham CPol. de ecclesia Christi apud Graecos et apud nos a. 1559. Geneuae.

In notis Crusius p. 555. exponit numerum et nomina praefectarum Turcicarum Asiae et Europae, quibus praesunt Beglerbeii. De Walachia siue Mysia aut Dacia Walachorumque turbulentis ingeniis p. 558.

XXV.

Huius elegiam de misero Graeciae statu memorat Melanchthon in epist. ad Camerarium 16. Febr. 1545. nec non in alia, qua Venetias cum ex illa vetere *Αλκίνοϊ* *Ιακύνθῳ* (Coreyae), migrasse testatur. Postquam Venetias per aliquod tempus

graecas litteras professus fuisset, Coreyram iterum regressum ad suos itaque in litteris conuenisse, refert *Gyraldus* dialogo 2. de poetis sui temporis.

[P] XXV. In LEONIS ALLATII ¹⁾ *συμμικτα* varia etiam leguntur, ad res CPolitanas facientia, itaque et huius collectionis brevem recensionem praesenti loco inferendam existimaui. Prodierunt itaque curante Bartoldo Nihulio, Amstelodami a. ¹⁾ 1653. 8. licet titulus Coloniam Agrippinam prae se ferat, atque distributa sunt in libros duos, in quorum priore exstant

1) Ioannis Photae Cretenfis ²⁾ monachi, qui matthaei Monachi in Patmo filius fuit, a. C. 1185. Palaestinam illustravit, *de locis Antiochiam inter et Palaestinam* nec non Syriae, Phoeniciae et Palaestinae, graece et latine p. 1 — 46. Haec descriptio etiam latine ex Allatii versione praemittitur tomo secundo Act. Sanctorum Mail, cui Papebrochius subiunxit fabulosum Itinerarium Antonini Placentini e MS. Tornacensi, cum suis animadversionibus.

2) Epiphani, monachi ac presbyteri Hagiopolitae suae, Hierosolymitani, incertae aetatis, *Syria et urbs sancta*, graece e Codice Vaticano, cum Feder. Morelli versione per Allatium multis locis interpolata p. 48 — 63. Eiusdem scriptoris *de vita S. Deiparae* laudat Allatius de Simeonum scriptis p. 106. et ad Eustathii Hexaëmeron pag. 285. seq. *Homiliam de S. Andrea, apostolo*, idem de Simeonibus p. 90.

3) Perdiccae, protonotarii Ephesini, *Hierosolyma* versibus politicis cum metaphrasi eiusdem Morelli carmine iambico, p. 65 — 68. Cangio hic idem videtur Perdicca, de quo pseudo-synodus Palamitarum, a. C. 1347. habita, p. 171. et Pachymeres VI. 24. hist. Ac synodo illi CPolitanae interfuisse bini hoc nomine, vnus *Theodorus Perdicca*, magnae ecclesiae a supplicationibus: et *Georgius Perdicca*, sceuophylax imperatorii clerici; ab utroque tamen horum Ephesius diuersus fuisse videtur.

b) Antea Colon. 1645. 4. apud Adelung. l. c. quamquam illius edit. mentionem alibi non reperit. Atque et Nihulio dedicat. scripta est a. 1653. et Allatii praefat. Romae 1652. In neutra superioris edit. iniicitur mentio. *Harl.*

c) Obiit *Allatius* Romae 19. Ianuar. 1669. octogenario maior. Catalogum scriptorum suorum ipse tenuit in Apibus vrbana. Alius legitur ante librum de templis Graecorum edit. Colonienfis, et ad calcem scripti de mensura temporum antiquorum. Videndi etiam *Ebas de Pin* tom. XVIII. bibliothecae scriptor. eccles. sub init. *Prosper Mandöfius*, in bibl. romana, *Petrus Bayle*, in Dictionario historico crit. *Christophorus Hendreich*, in Pandectis Brandenburgeris etc. MScs eius seruantur Romae in collegio Graecorum. *Edr. Ad. Nihulio* in memor. riis celebr. VV. DD. ex interpretatione Baumgartenii german. part. VIII. p. 126. sqq. vbi nonnulla Du Pin et Baylii errata corriguntur, et

N. 2. 4) *Ano-*
Adelungii Fortsetzung und Ergänzungen zu C. G. Ioechers allgem. gelehrten Lexicon, vol. I. (Lips. 1784. mai. 4.) pag. 606. sq. De Allatii Symmicis v. *Hageri* geographisch. Bücherkal., tom. I. p. 622. et *Baumgarten* Nachrichten von einer Hallischen Bibl. tom. V. p. 461. in recensione corporis histor. Byzantinae ed. Venet. in qua in vol. ultimo s. XXIII. recita sunt *Allatii* Symmicis v. supra, vol. VII. pag. 593. De rara *Nihulii* editione Leon. Allat. *Symmicis* a. 1653. p. v. *Clement.* bibl. curieuse etc. vol. I. pag. 195. — Allatius quoque editus erat in decem *symmicis* voluminibus scriptores magnam partem illius aetate ineditos, quorum index prodit Romae 1668. 4. et typis repetitus est a *Fabrisio* in B. Gr. vol. XIV. pag. 1. sqq. conf. tamen *Clement.* l. c. not. 93. *Harl.*

d) De primis scriptis, in priore hoc *symmicis* volumine comprehensis, confer. si placet, quae dixi libro IV. cap. 2. §. 18. [vol. IV. p. 662. sq.]

4) *Anonymi de locis Hierosolymitanis*, lingua graeca vulgari, cum Allatii versione pag. 80 — 102.

[P] 5) *Eugesippus de distantii locorum terrae sanctae*, latine p. 104 — 120. e codice Caroli Moroni. Scripsit hic Eugesippus a. C. 1040.

6) *Willebrandi de Oldenburg*, canonici Hildesheimensis, qui a. C. 1211. Palaestinam adiit, *Itinerarium terrae sanctae*. Latine p. 122 — 152.

7) *Leonis Allatii dissertatio de solea veteris ecclesiae*, siue loco, in quo solum imperatoris p. 154 — 174.

8) *Eiusdem epistolae siue dissertationes tres ad Bartholdum Nihusium*, *prima* pro *ῥυνηγιότητι* Liturgiae, S. Iacobo apostolo tributae, p. 176. 203. *secunda* pro Graecorum communione sub specie vna p. 204 — 223. et *tertia* de reliquiis S. Crucis p. 224 — 235.

9) *Rituale ecclesiae Aegyptiae siue Cophitarum*, latine ex versione Athanasii Kircheri, S. I. qui eam a. C. 1647. iussu cardinalium congregationis de propaganda fide ex lingua Copta et Arabica transtulit p. 239 — 267.

10) *Conradi Marpurgeri de miraculis S. Elisabethae viduae*, Thuringiae Landgraviae, latine p. 269 — 293.

11) *Gabrielis Sionitae epistolae binae ad Nihusium de nonnullis Maronitarum ritibus* p. 295 — 302.

Tomo siue libro posteriore occurrunt graece et latine 1) *Constantini Porphyrogeniti*, imp. liber *de vita et gestis* aui sui *Basilii Macedonis*, imperatoris CPol. p. 1 — 178. Vide quae supra, [vol. VII. p. 681.]

2) *Ioannes Cameniata de exidio urbis Thessalonicae* a. C. 904. p. 180 — 316. Vide quae supra [vol. VII. p. 683.] et Allatium ad Georgium Acropolitam p. 224.

3) *Ioannes Anagnosta*, Thessalonicensis, *de cepta Thessalonica* a. C. 1430. 29. Martii p. 318 — 380. Vide supra [vol. VII. p. 804.] et Allatium de Simeonibus p. 188.

4) *Theodori Gazae epistola ad Franciscum Philelsum de origine Turcarum* pag. 382 — 392.

Hisce latine subiiciuntur 5) *Melchioris Inchoferi S. I. dissertatio de Eunuchismo*, ab antiqua ecclesia improbat, ad Leonem Allatium p. 382 — 392.

6) *Allatii confutatio fabulae de Ioanna papissa*, ex monumentis graecis. Editio quarta ex duabus primis recognita p. 415 — 434.

7) *Lucae Holstenii ad Nihusium epistola de vsitata etiam Abassinis communione sub vna specie* p. 436. seq.

[P] 8) *Eiusdem et anonymi de Sabbatio*, flumine p. 439 — 444.

9) *Catalogus operum S. Ioannis Damasceni*, Io. Auberto qui post Cyrillum Alex. recensitum nouam eorum editionem meditabatur, suppeditorum ab Allatio et Lutetiam transmissorum p. 448 — 453.

XXVI. *Catalogus episcoporum Byzantinorum, qui ante Constantinum III. fuisse incerta fide feruntur.* *)

1. ANDREAS †, apostolus, confer Lambecium lib. III. p. 56. et 154. Philippum Cyprium

p. 3. Nicephorum CPol. in Chron. et Nicephorum Callistu II. hist. c. 39. et VIII. 6.

Godwin Orig. CPol. n. 124.

N 3

2. Stathys,

e) Nolo post Bandurium aliosque tempus char- tamque perdere in emendando augendoue hoc catalogo. Bandurius autem in imperio orientali, vol. I. pag. 137. sqq. ed. Paris. aut p. 161. sqq. ed. Venet. litteris typographicis curauit describendos graec. cum lat. versione catalogos varios, tum editos, tum ineditos patriarcharum CPolitanos, nec non sedes summorum sacerdotum, quae sub iis olim fuerunt hodieque permanent; catalogos item duos, ac inter se diuersos, imperatorum CP. atque in praefatione quoque de iis suaue opera differunt: in vol. autem secundo pag. 873. sqq. ed. Paris. aut pag. 613. sqq. amplissimo veluti commentario illos illustravit. Sunt igitur a Bandurio confecti editiue: 1) catalogus episcoporum ac patriarcharum CPolitanorum, decerptus ex chronographia compendiarie S. Nicephori, patriarchae CP., quae habetur in cod. Par. olim regio, diuersa ab editis. 2) Nicephori Callisti Xanthopoli noua enarratio de episcopis Byzantii et de patriarchis omnibus CPolitanis, ex cod. regio num. MMMDII. quae quia desinit in Ioannem, qui et Cosmas dicitur, Sozopolitanum, ab a. 1294 — 1304. quo sede pulsus est; Bandurius in comment. subiunxit partim ex catal. patriarcharum CPol. ex cod. a Labbeo in adpar. histor. Byzant., partim ex historia Phranzae decerptam seriem integram patriarcharum ab Athanasio II. ad Gregorium vsque vltimum, ante captam CPolim, patriarcham. — 3) catalogus patriarcharum CPolitanorum ex iure graeco-romano Io. Leunclauui, diuersus ab aliis et in versione lat. a Bandurio emendatus. — 4) catal. patriarch. CPolit. ex noua variarum historiarum synopsi Matthaei Cigala, diuersus ab aliis — 5) Philippi Cyprii, magnae ecclesiae protonotarii, libell. qui continet catal. patriarch. CPolit. et sedes summorum sacerdotum, quae sub iis olim fuere hodieque permanent, ex variis libris chronicis, qui exstant, collectus. Comparari potest historia patriarcharum CP. Emmanue-

lis Malaxi in Crusi Tureograecia. In commentario autem pag. 1000. ed. Paris. f. p. 695. ed. Venet. inseruit Bandur. catal. patriarch. CPol. ex cod. ecclesiae CPol. patriarchalis descriptum, qui continet seriem illius ecclesiae patriarcharum ab a. Chr. 1594 — 1702. quem accepit ab Eusebio Renaudotio, et gr. cum versione latina notisque Renaudotii publicauit. In praef. promisit Bandurius integram de patriarchis CPolitanis historiam p. 205. sqq. vol. I. ed. Ven. siue p. 241. ed. Paris. sequuntur gr. ac lat. catalogi imperatorum CPolitanor. 1) catalogus ex iure graeco-rom. Ioan. Leunclauui; 2) ex noua variarum historiarum synopsi Matthaei Cigala, diuersus a priori, vsque ad a. 1636. In praefat. pag. XXXIV. sqq. concinnavit Bandurius seriem chronologicam imperatorum et patriarcharum CPolitan. a Constantino M. et Metrophane, patriarcha, ab captam vsque a Turcis Constantinopolin. — In actis Sctorum, tom. I. mens. Aug. p. 182. ed. Ven. est Guil. Cuperi historia chronologica patriarchar. CPolit. a saeculo IV. vsque ad saec. XVIII. in tom. autem IV. nr. Iul. pag. 90. sqq. ed. Ven. 1748. est historia chronologica patriarcharum Antiochenorum. Quosdam tamen Bollandistarum errores castigauit cl. Viltoison in anecd. graecis, tom. II. pag. 30. sq. not. 2. Porro in pluribus eodd. supersunt eiusmodi catalogi: e. g. in cod. caesar. theol. gr. XXXIV. 1) chronologia episcoporum et patriarcharum CPolit. a S. Stachy, quem Andreas, apostolus, primum officio sacro consecrasset, s. vt theologi dicere solent, ordinasse, dicitur Byzantii, vsque ad Io. Xiphilinum, mortuum a. 1078. hunc catalogum multo accuratiorem esse atque vberiozem, quam illi, qui sunt in Nicephori chronographia compendiarie, in Leunclauui iure graeco-rom. a Marq. Fiehero 1596. gr. ac lat. edito, pag. 296 — 304. et in Labbei protreptico corporis hist. Byzantinae, testatus est Lambec. in comm. vol. III. p. 145. sqq. eumque in supplem. corporis hist. Byz. inte-

2. *Stachys*, (cuius mentio Rom. XVI. 9.) *per annos XVI.* martyrolog. et menolog. 31. Octobr. pseudo-Dorotheus p. 431. seq. post Chronicon Paschale Cangii, Ius graecorum. Leunclauuii p. 296. Codinus loco laudato et Matthaeus Cigala, qui ex LXX. discipulis fuisse annuunt. Vide et Bandurium p. 731. ad antiquitates CPol.
3. *Onesimus* ²⁾, *per annos XVI.*
4. *Polycarpus*, (apud Lambecium III. p. 56. male Πολύκαρτος) *per annos XVIII.* Hic a Matthaeo Cigala omittitur.
5. *Plutarchus*, *per annos XIV.*
6. *Sedechius*, (apud pseudo-Dorotheum p. 431. Philippum Cyprum in Bandurii imperio Orientali tom. I. p. 218. et Lambecium III. p. 56. et in iure graecorum. *Sedechius*) *per*

integrum ex hoc. cod. publicatus erat, at morte impeditus est: 2) chronologia episc. et patriarch. Alexandrinorum. — 3) Antiochenorum 4) Hierosolymitanorum. — In cod. CXXXV. cat. patriarchar. CPol. ab a. Chr. 307 — 970. v. Kollar. in supplm. ad Lambecii comm. p. 765. — Paris. in bibl. publ. est in cod. DXXXII. et MCCCIII. *patriarch. CPol.* catalogus; et in quinque codd. *imperatorum CP.* catalogus; in tredecim denique, codd. sedium patriarchae CPolitano obnoxiarum, ordo. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Med. in cod. XIII. nr. 22. et 23. *plut. 59. cat. imp. Romanorum* a Constantino M. — ad vltimum Constantinum, et *patriarcharum* Hierosolymitanorum, Antiochen. Alexandrinorum, Romanorum et CPolitanorum. v. *Bandin. cat. codd. gr. II. p. 521.* — *Taurini* in bibl. regia cod. CV. ex quo auctor catal. codd. gr. p. 201. sqq. publicauit gr. ac lat. ordinem metropolit. in patriarchatu CPol. tum episcopatum, cuiuslibet metropoli subiectorum. — *Augustae Vindel.* sunt 1) anacephalaeosis summorum patriarcharum eorumque sedium, cum subiectis ecclesiis; 2) catalogus metropolit. et archiepiscoporum; 3) catal. episcoporum CPolit. Romanorum, Hierosolym. Antiochenorum et Alexandrinorum etc. v. *Reiser. catal. p. 80.* et sic alibi. add. supra, in vol. IV. p. 666. sq. not. Quae quidem ita sunt, vt chartae temporique parcerem, omisi conspectum chronologicum historiae CPol. siue enumerationem imperatorum ac patriarcharum CPol. alias vtilem, a Constantino M. — vsque ad Cyrillum, patriarcham 1712. Atque historia imperatorum CPolitanorum, quae nihil

ad nos et bibliothecam gr. litterariam pertinet, a Tillmontio, in *histoire des Empereurs, le Beau* in *Histoire du Bas-Empire*, en commençant à Constantin le Grand, continuata ab Ameilhon, Paris. 1757 — 1786. voll. 24. mai. 12. translata in linguas, germanicam, anglicam et italicam, aliisque scriptoribus historicis copiosius exponitur. Vtiliter tamen conferri potest *Caroli du Fresne, domini du Cange* historia Byzantina, duplici commentario illustrata; de qua vide supra, in vol. VII. p. 527. nr. 22. Add. cel. *Musellii* biblioth. histor. vol. V. part. I. vbi recensentur 1) cap. V. p. 170. sqq. 1) scriptores historiae Byzantinae generales recentiores. 2) cap. VI. pag. 178. sqq. scriptores historiae singulorum imperatorum Byzantinorum et imperatricum, a Constantino M. vsque ad Constantinum Palaeologum; denique cap. VII. p. 286. sqq. scriptores byzantinorum rerum varii generis, tam antiqui, quam recentiores. Quapropter catalogum tantum episcoporum Byzantinor. qui ante Constantinum M. fuisse incerta quidem fide, aliis hinc inde dissentientibus, feruntur, (vt vel ex catalogis, a Bandurio editis, cognosci potest,) speciminis loco retinimus. *Harl.*

f) Non ab Andrea, sed a Petro, apostolo, primos Byzantio datos episcopos contendit Baronius ad a. C. 44. n. 12. ex fide Agapeti, papae.

g) Hunc cum Onesimo, Philemonis seruo, confundunt Pseudo-Dorotheus, Philippus Cyprus et Matthaeus Cigala. Sed illum Onesimum Ephesi episcopum tradunt veteres. Vide Baron. et Acta Sanctor. 16. Februar.

per annos IX. male in latine pseudo-Dorothei versione nominatur. Omittitur a Matthaeo Cigala.

7. *Diogenes per annos XV.*
8. *Eleutherius per annos VII.* Hic a Matthaeo Cigala omittitur.
9. *Felix per annos V.*
10. *Athenagoras per annos IV.* hic a pseudo-Dorotheo et Cigala omittitur. Philippo Cyprio et in iure graeco-rom. p. 297. *Athenogenis.*
- [R] 11. *Polycarpus (secundus) per annos XVII.* Cigala XVIII. qui interponit *Eleutherium*, aitque sedisse per annos VII.
11. b. *Athenodorus*, pseudo-Dorotheo p. 433. post Polycarpum memoratus. Cigalae *Athenogenes*, quem ait sedisse annos IV. Idem alium hic interponit *Polycarpum*, annis XVIII.
12. *Euzodius*, per annos XVI. (pseudo Dorotheo VI.)
13. *Laurentius*, per annos XI. menses 6.
14. *Alepius* per annos XIII. menses 6. a Cigala ponitur post Pertinacem.
15. *Pertinax* (magister militum et consulatus functus) per annos XIX.
16. *Lempianus* per annos XI. Pseudo-Dorotheo et Cigalae rectius *Olympianus*. ita et Philippus Cyprius Bandurii.
17. *Marcus per annos XIII.*
18. *Cyriacus per annos XVI.* pseudo Dorotheo *Cyrillianus*.
19. *Cassinus*, (qui templum S. Eupheniae ^a) in Petris CPoli condidit) Philippo Cyprio *Κασσιός Κεσσιμς*, in Nicephori Callisti codicibus *Constantinus*, per annos VII.
20. *Taratus per annos XXXV.* menses 6. pseudo-Dorotheo *Titus*, Philippo Cyprio *Τατατος ὁ Κιττήης*.
21. *Demetrius* ^b), frater, vel filius potius, Probi, imp., a. C. 282. defuncti, per annos XXXIV. menses 6. Confer Acta Sanctorum tom. I. Iunii p. 391.
22. *Probus*, eiusdem Demetrii filius, per annos XII.

Exiguam fidem mereri, quas de successione episcoporum, iam commemoratorum, traduntur, recte notat Papebrochius in Actis Sanctor. tom. I. Iunii p. 392.

(Cedreno, et quem hic sequutus est, Simeoni Logothetae in Chronico, hi tres modo ante Metrophanem memorantur episcopi Byzantini:

22. b. *Presbyter quidam, per annos VIII.*
22. c. *Philadelphus, per annos III.* imperante Antonino Catacalla.
22. d. *Eugenius*, ab anno tertio Gordiani per annos XXV.)
22. e. In Chronico MS. Simeonis magistri et Logothetae celebratur *Rufinus*, qui per annos novem praefuerit ecclesiae Byzantinae.

XXVII.

^a) Vide Cangii CPolin Christianam libro IV. pag. 145. et Bandurium p. 649. seq. Sed Tito, episcopo Byz., hoc tribuit pseudo-Dorotheus post chronicon Paschale Cangii p. 430. licet et ipse pag. 432. hoc referre videatur ad Constantium, imp.

^b) Pseudo-Dorotheo p. 454. et Philippo Cyprio *Domitius*, Cigalae *Domitianus*.

XXVII. Haec de historia CPolitana, eiusque graecis scriptoribus dixisse sufficiat, — quibus vnicum subiungere iuvat, Gallum Godfridum de Villeharduin.²⁾ siue de Villa Har-
duini, Campaniae Gallicae Marescalcum, (Marechal de Champagne et de Romanie,) qui
historiam CPolis, a Francis Venetisque a. 1204. captae, cui ipse interfuit, fideliter descri-
psit ab a. 1198. ad 1207. Gallico illius aetatis sermone, qui cum ab hodierno vsu in non
paucis abhorreat, *Blasius Vigenarius*, qui primus eam nouem libris arbitrato suo diuisam
edidit, recentioris gallicae interpretationem per singulas paginas adposuit, Paris. 1585. 4.
Hinc siue eiusmodi interpretatione, sed ex emendatiore MS. Veneto prodiit Lugd. 1601.
fol. diuisa in sectiones CCLVII. Denique *Cangius* Paris. 1657. fol. vtramque harum edi-
tionum cum MS. membranaceo regio contulit, Petri quoque Pithoei notulis ineditis vsus,
quas marginibus ille Vigenarianae editioni adluerat ex MS. codice et ex primis foliis edi-
tionis Villeharduini, quae iussu reip. Venetae a. C. 1573. imprimi coepit, sed postea sup-
pressa est. Adiunxit Cangius varias lectiones in margine, et Vigenarii exemplo interpre-
tationem recenti idiomate gallico: sectionum diuisionem seruauit ex editione Lugdunensi,
subiunxitque e bibl. regia historiam breuem imperatorum CPolitanorum Latinorum ab
vrbe capta vsque ad 1243. petitam ex historia Galliae, scripta versibus Gallicis a *Philippo*
Muskes, episcopo Tornacensi, (qui a. 1282. obiit) et hactenus inedita. pag. 212 — 229.
Denique p. 230. 231. *adpendicem latinam* Villeharduino in MS. regio a Veneto aliquo tem-
poribus Andronici Palaeologi subiectam adnexuit. Post obseruationes Cangii, quibus Vil-
leharduinus et historia illius aetatis ex omni genere scriptorum erudite illustratur, et Rha-
mmiusii, Outremanni aliorumque recentiorum hallucinationes subiinde castigantur: sequitur
eiusdem glossarium veterum vocum gallicarum, quibus Villeharduinus vtitur p. 354 — 370.

[P] Non minoris momenti est, quae Villeharduino subiuncta alteram voluminis par-
tem constituit, et tota Cangii industriae debetur, gallice itidem scripta et singulari studio
ex fide dignis monumentis ordine temporum digesta historia imperii CPolitani sub impe-
ratoribus Gallis ab a. 1198. vsque ad tempus captae urbis a Turcis. *Histoire de l'Empire*
de Constantinople sous les Empereurs François, contenant ce qui s'est passé de plus memo-
rable dans cet Empire, depuis que les François s'en rendirent maîtres, jusques a ce que les
Turcs s'en sont emparez: dans laquelle la suite des Empereurs François, des patriarches
de Constantinople Latins, des Roys de Thessalonique, des Princes de la Morée et d'Achéie
et d'Epire, des Ducs d'Athenes, de Duras, de Nicfia, des Seigneurs de Négrepont, de
Matelin, et autres sont decrites, (p. 326.) avec un recueil de plusieurs titres et autres pieces
non encore publiées, tirées tant du Tresor des Chartes du Roy, que d'ailleurs, pour servir
des preuves a cette histoire (pagg. 85.) Paris. 1657. fol. pagg. Raro obuium est hoc opus,
in illa quidam historiae parte necessarium, quod licet vnicomodico volumine constet, et nullis
iconibus aere descriptis superbiat; tamen venit pretio quinquaginta amplius marcarum Lubecen-
sium. *Fabr.* De vtraque *Villeharduin* historia eiusque edit. v. *Freitag* *analecta litter.* p. 347. sq.
Baumg. *Nachr. von einer Hall. Bibl.* V. p. 457. sq. cl. *Meusel* *bibl. histor.* vol. V. part I. p. 263. sqq.
inprimis

²⁾ A Graecis scribitur Βιλλαρδουιν, vt apud Acro-
politam c. 47. vbi Achaiae et Peloponnesi prin-
ceps hoc nomine memoratur. Confer Elogium

Villeharduini et genealogiam eius familiae, no-
tis a Cangio praemissam.

imprimis Clement. bibl. tur. vol. VIII. p. 269. sqq. — Recusa sunt utraque opera in edit. Veneta scriptori Byzantini. (V. supra, in vol. VII. p. 527.) at vitiose, teste confectione catalogi Bibliothecae Rinckianae p. 293. nr. 2252. *Hart.*

XXXII. Villeharduino iungere iuuabit Innocentii III. papae, epistolas, et *Guntherum*, monachum Parisiensem, ord. Cisterciensis, eorumdem temporum scriptorem, qui latine tradidit Historiam captae a Latinis Cypri, editam in *Henrici Canisii* tom. V. lectionum antiquar. p. 358. Monachii, 1604. 4. °, tum alios plures, qui Christianorum Europaeorum expeditiones in terram sanctam ab a. C. 1083. ad 1291. (quo Syria et Palaestina amissa est,) descripserunt, imprimis volumina duo, hortantibus Francisco Pithoeo et Paulo Petauio, collecta a *Jacobo Bongarsio*, et Hanoviae 1611. fol. edita sub titulo: *Gesta DEI per Francos*, in quibus scriptores latini illius vel paullo sequioris aetatis praeter anonymos, Robertus, monachus, Hierosolymitanae historiae et belli Christianorum aduersus Saracenos scriptor, *Basil.* 1533. fol. pridem vulgatus: tum Baldricus, Raimundus de Agiles, Albertus Aquensis, Fulcherius Carnotensis, Gaucherius, Gvibertus, abbas, quem habeo scriptum ante CCC. annos in membrana, Gvilelmus Tyrius, scriptor praecipuus, et Iacobus de Vitriaco, cuius historia orientalis et occidentalis prodierat Duaci 1527. 8.

Benedicti de Accolti de bello, a Christianis contra barbaros gesto, pro Christi sepulcro et Iudaea recuperandis. Venet. 1532. 4. [quae ed. est rarissima.] Basil. 1544. 8. *Fabr.* Argent. 1551. fol. — in *Roberti Winteri* collectaneo variorum p. 1171. huius sententiae: Harangues militaires de la guerre faite par les Chretiens contre les barbares. Francof. 1574. v. *Oudin.* de scriptt. eccl. III. p. 2582. In praefat. tumens recentiss. edit. dicitur *John. Gassius* Accolti historiam per Robertum Winter. Basil. 1544. nouis typis emississe Basileae: et illum annum etiam designauit *Apost. Zennus* in: *Dissertatione Vossiana* I. p. 163. vbi de *Bened. Accolto* agit, — cum egregiis *Thomas Dempsteri*, Scoti, notis. Florent. 1623. 4. — Nouissima editio est: *Benedicti Accolti* de bello, a Christianis contra barbaros gesto, pro Christi sepulcro et Iudaea recuperandis libri IV. *Thomas Dempsterus*, I. C. Baro a. *Mureti*, Scotus, cum alijs scriptoribus cohaerens, notis non vulgaribus illustrauit. Nunc demum ad exemplar Florentinum cl. 1603. ab innumeris et foedissimis mendis expurgatum, cinacloribus reculendos curauit *Henric. Hoffmiller*, cum indice satis luculento. Groningae, typis Iac. Sijpkens, typographi et bibliopolae. 1731. 8. Praef. typographi exeipiunt vitia Benedicti Accolti et Th. Dempsteri. — *Italice* versa est Accolti historia a *Franc. Baldessa*, edita a *Gabriele Lolito* de Eburariis, 1549. 8. — *graece* autem ab *Luone Ducatio* (*Duchant*) Paris. 1620. 8. Attamen *Duchant* dicitur a Io. Forbesio libro IV. Instruck.

f) In editione *Ias. Basnagii*, qui recudi fecit et inscripsit opus: *Henr. Canisii* thesaurus monumentorum ecclesiasticorum et historicorum s. lectiones antiquae ad saeculorum ordinem digestae, part. VII. cum praefat. et adiuuauerunt, quibus criticis *Ias. Basnagii*. Eundem auctor.

Vol. VIII.

Antw. 1725. voll. IV. fol. in tom. V. 2. ° De utraque illarum lectionum antiquarum edit. v. *Fabr.* B. Gr. XIII. p. 759. sqq. et *Rinckii* biblioth. f. catal. p. 286. sqq. ac p. 298. sq. utroque autem loco *Basnagii* incuria et negligentia culpantur, *Hart.*

Instruct. histor. theol. cap. 18. fin. et auctore praefat. ad ed. recent. Groning. ex *Guil. Tyrō* ^{m)} et ex *Benedicto de Accoltis* Aretino historiam suam graeco sermone composuisse, distributo opere in quatuor *divyones*, i. e. *narrationes*, quarum singulae in capita diuiduntur. Conf. *Clement* biblioth. curieuse etc. I. p. 25. sq. et *Adelung* in: Fortsetz. vnd Ergänzungen — *Ioehers* Gel. Lexicon. I. p. 134. qui in *Lipenis* bibl. philosoph. in nota et anni, quo versio italica edita fuisset, et loci, *Florent.* 1621. peccatum esse autumat. Erratum quidem est, si de *editione* libri sermo est: sed causa atque origo erroris Lipeniani forsitan potest intelligi ex verbis eius, qui praefatus est ed. Gröning. *Baldellius* scilicet a. 1543. vertit *Accolti* histor. eius versio dono data fuit *Io. Baptistae Ricafolo*, patricio *Florentino*, postea vero *Venet.* 1549. edita est a *Gabriele Isolito*. — *Thom. Dempster.* in praef. docte copioseque recensuit eos, qui de bello illo sacro scripserunt coetanei, vt ait: sed iam *Fabianus* dedit catalogum pleniorē; et tamen hic est valde mancus, vti postea ostendemus. *Harl.*

[P] Annalium scriptores, *Baronius*, *Bzouius*, *Pagius*, *Odoricus Raynaldus*, *Spondanus*: Lexicorum item historicorum concinnatores, vt *Morerius* in: *Croissade*. *Cangii* glossar. in *Crux*.

Histoire des guerres des Chrétiens contre les Turcs, par *Aubert*. *Parif.* 1559. 4.

Belli sacri historia, edita a *Iohanne Mabillonio*, *Musei Italici* tom. I. p. 131. seq.

Iac. *Benzeli* *Palaeftina*, siue de terra promissionis et Sueonum Gothorumque expeditionibus sacris dissertationes duae geographico-historicae. *Vpsal.* 1703. 8.

Io. *Henr. Boeclerus* in diss. de passagiis, tom. I. dissertationum academicarum p. 581. sqq. ad *Aeneae Syluii* orationem super hoc argumento, *Romae* a. C. 1452. habitam ad *Nicolaum V.* pontificem, nomine *Friderici III.* imperatoris, pro suadenda in terram sanctam expeditione.

Io. *Franciscus Buddeus* in selectis iuris naturae et gentium, dissertatione 2.

Iac. *Gretserus* in apologia cruciatarum expeditionum tom. III. de *Cruce*, lib. II.

Commentarii duo historici, antea inediti, alter de regibus vetustis *Norwagicis*, alter de profectione *Danorum* in terram sanctam circa a. 1184. susceptam, eodem tempore ab incerto auctore conscriptus, et primum editus a *Bernh. Casp. Kirchmanno*. *Amstelod.* 1684. 8. Confer etiam *Ianum Bircherodium* lib. de ordine elephantino cap. VIII. seq. p. 51. seq.

Ioannes Leunclavius, scriptor praeclarissimus, in annalibus, historia et pandectis *Turcicis*, quae saepius excusa latine et in alias etiam linguas translata sunt.

Stephanus Lusignanus in historia regnorum *Hierosolymorum*, *Cypri* et *Armeniae*, *Parif.* 1613. 4. gallico.

Lud.

^{m)} Ab anno 1174. archiepiscopo *Tyrensi* v. *Meusel.* bibl. hist. II. I. p. 276. de illo eiusque historia rerum, in partibus transmarinis gestarum,

a tempore successorum *Mahumeth* vsque ad a. Chr. 1184. libri XXIII. edita a *Bongarzio* in opere: *Gesta dei per Francos* etc.

Eud. Maimburgii, 8. I. *histoire des Croisades pour la delivrance de la terre sainte*, Paris. 1675. 4. II. voll. et Amst. 1685. 12. quatuor volum. et saepius.

Jo. Molani, de sacra militia ducum et principum Brabantiae, cum notis Petri Louvii, Sylvaeducensis. Antwerp. 1592. 8. Confer Burchardi Gothelf Struuii bibliothecam antiquam, 1705. tom. I. p. 214. seq.

[P] L'imprese et espeditioni di terra santa, et l'acquisto fatto del imperio di CPoli dalla Republica di Venetia, doppo l'anno 1198. infino al 1205. da Andrea Morefini. Venet. 1627. 4.

Passage d'outremer de Godefroy de Boullion. Paris. 4.

Passages d'autremer par les François. Paris. 1518. fol.

Petri d'Outremanni CPolis Belgica, siue de rebus, a Balduino et Henrico, imperatoribus CPol., ortu Belgis, libri V. addito libro singulari de excidio Graecorum, cum notis vberioribus. Tornaci 1643. 4.

Adami Rechenbergii exercitatio de prima expeditione cruciata, in eius diss. historico politicis tom. II. p. 474. seq.

Pauli Rhamnussii de bello CPolitano et imperatoribus Comnenis, per Gallos et Venetos restitutis, quo in opere Villeharduini vestigiis insisit. Venet. 1603. et curante Iac. Gassarello, ibid. 1654. fol. et italice 1604. 4.

Chronicon Hierosolymitanum, siue de bello sacro historia, libris XII. edita a Reimero Reineccio. Helmst. 1584. 4. Auctor est Albertus Aquensis, in Gestis DEI per Francoq iterum recusus.

Frid. Sylburgii Saracenica p. 107. seq. vbi duodecim expeditiones cruciatae recensentur.

Hermannus Witsius, in dodecade. exercitationum tom. II. Miscell. exercitatione duodecima, quae est Hierosolymae historia §. 41 — 47. Fabr. Hunc Fabricii catalogum posse insigniter amplificari, iam monuimus. Sed libros de illis expeditionibus copiosius enumerando, extra oleas vagaremur, et cl. Meusel. bibl. hist. II. part. I. cap. XXII. pag. 270 — 313. in indice scriptorum de expeditionibus cruciatis otium nobis fecit. Nam in sect. I. recensentur scriptores generales atque aequales et vberius quidem ii qui in Bongarsii opere, *Gesta dei per Francos* inscripto, exstant: in sect. II. scriptores generales recentiores: in sect. III. scriptor. recentiores speciales. Harl. Epistolas tres imp. Cpp. anecdotas, duas Iohannis Comneni ad Honorium II. P. M., vnam Emanuelis Comneni ad Alexandrum III. (quae huc pertinet) edidit I. Gl. Amadutius in Demetrii Pepani Opp. tom. II. (Rom. 1781.) p. 369. sq. et in praef. p. 213. sq. de aliis etiam epp. et monumentis egit. B.

XXXIII. Praeter Villeharduinum et historiam CPolititanam sub imperatoribus Gallis, Carolus Fraxinetus, (DV FRESNE) dominus DV CANGE, regi Galliae a consiliis et Franciae apud Ambianos quaestor, etiam aliis multis nominibus de historia, rebus, et antiquitatibus CPolititanis ita praeclare promeruit, vt ad earum lucem vnus industria sua plus videatur contulisse, quam ceteri vniuersi. Nam ne de Chronico Paschali, cui immortalis est, atque de Zonarae Annalibus, ab eo recensitis et illustratis, dicam, de quibus supra vol. VII. p. 450. et 465. fqq. commemini: neque repetam, quae de ejus notis in Pauli Silentarii descriptionem templi Sophiae ibid. p. 587. fqq. et de obseruationibus in Nicephorum

rum Gregoram ibid. p. 654. sq. et in Nicephorum Bryennium, Annae Alexiadem et Cinnamum pag. 674. 728. et 734. dicta a me sunt, quibus descriptionem CPoleos ex *Christophori de Bondelmontibus*, Florentini, opere inedito, ad cardinalem, Iordanum, a. 1422. composito, adiunxit: his omnibus veluti cumulus quidam accedunt duo opera pulcherrima et elaboratissima, quibus in lectione scriptorum hist. Byzantinae cum fructu versaturus carere nemo potest. Vnum est *Historia Byzantina duplici Commentario illustrata*, quorum prior familias ac stemmata imperatorum CPolitanorum, cum eorundem Augustorum nomismatibus et aliquot iconibus, praeterea familias Dalmaticas et Turcicas complectitur: alter continet *Constantinopolin Christianam*, siue descriptionem vrbis celeberrimae eius aedificiorum ac monumentorum, qualis exstitit sub imperatoribus christianis, ex omni scriptorum genere summo studio quatuor libris contextam et adornatam. Paris. 1680. fol. Additamenta et emendationes ad hoc opus subiunxit *Cangius* notis suis in Zonaram T. II. ad calcem *dissertationis de hebdomo CPolitano* p. 145. seq.

Alterum est *) *Glossarium ad scriptores mediae et infimae graecitatis*, in quo laudatissima *Ioannis Meursii* industria, qui primus in hoc genere elaborauerat, vulgatoque Glossario graecobarbaro Lugd. Bat. 1610. et cum bis mille fere vocabulorum accessione 1614. 4. egregiam faciem huic litteris accenderat; plura vero omiserat et inexplicata reliquerat, innumeris partibus vincitur, et graeca vocabula nouatae significationis, aut vsus rarioris, barbara, exotica, ecclesiastica, liturgica, tactica, nomica, iatrica, botanica, chymica explicantur, eorum notiones et originationes reteguntur: complures aevi medii ritus et mores, dignitates ecclesiasticae et monasticae, palatinae, et quamplurima alia, obseruatu digna et ad historiam, praecipue Byzantinam, spectantia, ex editis atque ineditis monumentis recensentur et explicantur *). Lugd. 1688. fol. praemissa *Simonis Portii*, romani doctoris, [P] grammatica linguae graecae vulgaris, inscripta Richelio: et ad calcem operis

*) *Ingens ingentis opus* dicitur Cotelasio notis ad monumenta ecclesiae graecae tom. III. p. 655, *Cangius ipse vir ad miraculum doctus* tom. I. p. 733. Obiit ex dysuria, (quae patrem quoque eius abstulerat,) Parisiis X. Cal. Nou. 1688. de cuius vita et scriptis videndus *Carolus Peraltus* in elogiis illustrium Galliae virorum tom. I. p. 160. et *Stephanus Baluzius* epistola ad Eusebium Renaudotum, quae Chronico Paschali praemittitur. *Fabr.* add. *Niceronii* Memorias VV. DD. ex interpret. Baumgartenii german. tom. VIII. p. 104. sqq. et de Glossario gr. acta erud. Lips. 1689, p. 62. sqq. *Harl.*

o) Auctor in praefatione, *ab hoc opere*, inquit, *edendo linguae minus publici hodie saporis rationem Parisiensis typographos deterruit*. Tum-

que dixeram cum Terentiano Mauro, hoc domi clausum manebit: *Cum ecce vir, rei literariae perquam studiosus*, Ioannes Anissonius, Lugdunensis, *qui artis typographicae, quae sub Gryphis, Tornacis, Rouillis, aliisque pridem ea in urbe floruit, reparandae gloriae, dum paternis insistit vestigiis, sedulus incumbit*, *Glossarii nostri Graecanici typis suis elegantissimis edendi prouinciam ultro in se recipit*. Ceterum typographi Parisiensis iniuriam sibi hac querela fieri rati, ediderunt scriptum, cui titulus: *les Imprimeurs et libraires de Paris à Messieurs les Gens des lettres*, in quo negant, sibi Glossarium graecum a Cangio vnquam serio oblatum, sed ab Anissonio potius praerente extortum e manibus. *Mais Mr. Anisson s'étant trouvé dans le même tems à Paris; nous enleva cet ouvrage.*

operis subiuncta Cangii adpendix ad Glossarium suum mediae et infimae *) latinitatis Paris. 1678. fol. 3. vol. editum et Francof. 1681. atque 1713. al. 1710. recusum, et auctius etiam Parisiis ?), quod vel ideo etiam hoc loco commemorari a me convenit, quoniam adnexam habet auctoris dissertationem *de imperatorum CPolitanorum nomismatibus*, de quibus quemadmodum et de variis CPolitanis antiquitatibus egregium spicilegium accepimus ab *Anselmo Bandurio*, in cuius imperio orientali, (de quo supra p. 569. sq.) praeclara inprimis ad chronologiam et geographiam CPol. imperii subsidia continentur. Idem iam molitur aliud opus, hoc titulo: *imperatorum romanorum a Traiano Decio ad Palaeologos Augustos, Nomismata Latina, Graeca, Aegyptiaca, omnis metalli ac moduli, distincta per classes, et quam diligentissime descripta, ac notis brevioribus illustrata, ad quindecim ferme millia, et in iis quamplurimum inedita, ex quibus rariora ad tria millia in aere intisa repraesentantur, et in fronte Nomismatum, cuiusque imperatoris vita proponitur*, Paris. 2. tomis in fol. [1718. prodit]

XXXIV. De Scriptoribus historiae Byzantinae graecis quinquaginta insignem et accuratum Commentarium consignavit praeclarus vir, *MARTINVS HANCIVS*, Gymnasii Elisabethani apud Vratislavienses *) quondam Rector, deditque excudendum Lipsiae 1677. 4. in quo vitas singulorum exponit copiose, scripta etiam et de scriptis iudicia distinctiorem in modum recenset, eadem usus methodo, qua de romanarum rerum scriptoribus libros duos concinnauerat, excusos [?] ibidem 1669. 1675. 4. Id in Belgio et Anglia pro merito aestimari honorifice, nobilissimus vir, *Nicolaus Heinsius*, index mihi fuit, cui placuit admodum, et vel uni placuisse satius est, quam multis aliis minoris commatis, inquit *Christianus Daumius* ?), epistola ad Io. Gebhardum, data Cygnae 10. Febr. 1678. E Gal-

p) Pauca et leuia sunt quae in hoc opere notat *Hadr. Valesius* in *Valesianis. Fabr.* Glossarium tamen graecum posse multis vocc. ex scholiastis ad graecos auctores et Scriptoribus Byzantinis locupletari, passim docuerunt VV. DD. e. g. *Hemsterhus.*, ad *Aristoph. Plutun.*, qui post indices scriptorum vet. et eruditorum hominum, in notis laudatorum, dedit indicem vocabulorum recentioris Graeciae maximam partem haustorum ex Scholiis cod. Doruilliani, iisque, quae in *Fresneano Glossario* non reperiuntur, stellulam praefixit. *Hart.*

q) Inscriptum: *Glossarium* ad scriptores mediae et infimae latinitatis, auctore *Car. Dufresne*, *Domino du Cange* — Editio noua, locupletior et auctior, opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti, e congregatione S. Mauri. Paris. VI. voll. 1753 — 1756. In editione hac paranda, praecipue tom. VI. *Carpentarius* potiore in seauerat partem, et postea edidit: *Glossarium novum* ad scriptores medii aevi cum latinis, cum gallicos, seu supplementum ad auctiorem *Glos-*

sarii Cangiani editionem. — Collegit et digessit *D. P. Carpentier* O. S. B. praepositus S. Onasimi Doncheriensis. Paris. 1766. fol. Vtrumque opus in compendium redegit, et tamen vicissim locupletavit *el. Io. Christoph. Adelung*, et inscripsit: *Glossarium manuale* ad scriptores mediae et infimae latinitatis, ex magnis Glossariis *Car. du Fresne, dom. du Cange* et *Carpentarii* in compendium redactum, multisque verbis et dicendi formulis auctum. tom. I — VI. Halae 1772 — 1774. mai. 8. *Hart.*

r) Obiit *B. Hancivus* Vratislaviae A. 1709. 24. April. aetat. 77. Eius elogium habes in *Actis* eruditorum illius anni p. 331. in nouis *Literatis* Hamburgensibus p. 373. et in adpendice ad *Lexicon vniuersale historicum* editum Germanice cura *Ren. D. Io. Francisci Buddei*. *Memoirs of literature* tom. I. p. 27. *Neuer Bücher-Saal* XXXI. p. 493. *Fabr.* add. de *Hancivii* et *Capelli* libr. *el. Meusel* *Bibl. hist.* V. part. I. p. 109. sq. *Hart.*

s) In epistolis philologico-criticis a. 1709. 8. Cygnae editis p. 137. Vide etiam pag. 88.

lis vir itidem eruditissimus, Ioannes Boreinus, in Nicephori Gregorae vita: *Gregorae vitam accurate enarratam non ita pridem vulgavit Martinus Hanckius, vir doctus, et in historiis graecis latinisque haud mediocriter versatus.* Merito etiam idem Daumius reprehendit malignum, nescio cuius, de Hanckii opere iudicium, qui Vossio eum plura debere scripserat. Id tamen tibi dissimulare non possum, quidam nuper istud egregium opus in programme publico non vituperare quidem ausus est, sed satis frigide laudavit, maxime eo nomine, quia multa deberet Vossio. Hinc cum Vossio nostrum Hanckium maiore cura contuli, moxque sum expertus, id male dictum. Exemplo sint Eusebius et Photius. De his quid Vossius? de priore quidem unius folii paginam, de posteriore autem ne paginam quidem dimidiam. At quam insignem de Eusebio et Photio confecit Hanckius commentarium? — Ad haec scriptores non adeo paucos habet, de quibus vix vllum verbum Vossius, quos, etsi graecos, nondum tamen editos, in MSis obuios penitus ignoravit. Igitur absit, ut actum egisse iudicetur: ego certe non satis mirari possum viri diligentiam, iudicium, ordinem, styli elegantiam et parsimoniam, quae ubiuis in hoc opere animaduertas, cui nondum vidi laborem aliquem in hoc scribendi genere parem, quo superavit suos ipse scriptores romanos. Nam his equidem etsi laudem non patriam merentibus praepono Graecos istos, in quibus multa nobis mysteria, praesertim in Photio, historica reuelavit, vulgo et doctissimis etiam credita et honorata, quae figmentis esse accensenda primus nobis monstravit etc. Huius Hanckii, quemadmodum Vossii quoque monumentis ita usum me profiteor, ut spicilegium tibi post illorum messes dare, benigne lector, et scriptores ab illis omissos supplere fuerim conatus, quod pro aequitate tua boni ut consulas rogo.

XXXV. Denique, ut constet, quid libri sit, quod Hamburgi a. 1686. 4. prodiiit ex schedis Rudolphi Capelli rē managere *) professoris in gymnasio huius urbis bene meriti, sub titulo *Byzantina: [P] Schema corporis historiae Byzantinae suae CPolitanae, a Constantino I. et Magno ad Constantinum ultimum et miserum: monere iuvat, nihil aliud esse, quam catalogos imperatorum ex Caluasio, Goltzio, aliisque recentioribus, tum icones ac descriptiones Constantini M. et Constantini Palaeologi, et de capta per Turcas CPoli narrationem ex Crusii Turco-Graecia, hinc catalogos scriptorum historiae Byz. ex Labbeo, Hanckio, Vossio et Caueo: denique vitam Constantini Maghi e Caluasio, Petavio, Christiano Matthiae et Io. Ludouico Gothofredo. Fabr.*

[Fabric. subiecerat indiculum scriptorum graecorum hoc et superiore capite recensitorum. Sed, quoniam de illis in indice generali commodior erit locus differendi, eum ind. hic omisimus. Pergamus vero statim in capite quondam VI. de scriptoribus eroticis, et post illud reducam caput de Athanasio et Ephraimo Syro, in superiore vol. omissum, ne sacros quasi homines cum profanis commisceam, nec patres, qui vocantur, sancti, aut alii mihi occinant insulurrentue illud Horatii: *Odi profanum vulgus et arceo*, etc. Harl.

CAPVT

*) Obiit vir optimus a. 1684. 20. April. De cuius vita consules ubi lubebit Elogia Germanorum quorundam theologorum a D. Georg.

Henrico Goetio in lucem data Lubecae a. 1702. p. 180.

CAPUT VI.

De HELIODORO et aliis scriptoribus graecis Eroticis, editis, ineditis, deperditis.

I. *Heliodorus, Aethiopicus scriptor.* II. *Eius cod. atque editiones.* III. *Imitatores et epitomae.* IV. *Carmen ineditum de arte chemica.* V. *Liber de vero amore, perperam tributus Athenagoras.* VII. *Achillis Tatii de amoribus Clitophonis et Leucippes.* VIII. *Longi Pastoralia.* IX. *Eustathius, siue Eumathius, de Ismenii et Ismenes amoribus.* X. *Theodori Prodrumi de amoribus Rhodantis et Dosiclis.* XI. *Alia Theodori Prodrumi scripta.* XII. *Alia scripta erotica edita.* XIII. *Inedita.* XIV. *Deperdita.* [XV. *Add. de Cointo, Tryphodoro et Colutho.*

HELIODORVS ¹⁾, Theodosii F. Phoenix Emefenus, imperatorum Theodosii M. Arcadii atque Honorii temporibus circ. a. C. 390. [P] clarus, homo Christianus, composuit admodum iuuenis ²⁾, ΑΙΘΙΟΠΙΚΑ ³⁾, fabulam disertam, elegantem et amoenam, scriptam prosa, complexamque amores castos et varias iactationes Theagenis et Charicleae, libris X. Postea, teste Socrate, factus episcopus Tricensis in Thessalia, auctor fuit moris, ut clericus, qui post susceptum sacrum munus cum vxore ante clericatum legitimo matrimonio iuncta col habitaret, deponeretur. Quod vero Nicephorus XII. 34. hist. ecclef. addit,

a) Auctor in extremo libri X. Aethiopicon: τῶν δὲ πρὸς ἑξῆς τὸ σύνταγμα, τῶν περὶ Θεωγίης καὶ Χαρίκλειας Αἰθιοπικῶν, ὃ συντάξεν ὁ Φωτεινὸς Ἑμεσηνὸς τῷ ἀφ' ἧλθε γένος, Θεοδοσίῳ πατρὶς Ἡλιόδωρος. Photius, cod. LXXIII. hanc ipsam clausulam referens, non habet verba τῶν ἀφ' ἧλθε γένος, et pro Ἑμεσηνὸς legit Ἀμνηδηνόι. Meminit iterum Heliodori cod. LXXXVII. XCIV. et CLXVI. Fabr. Iis, quos iam laudauit Fabricius, add. *Hambérger* Z. N. II. p. 888. sqq. et *Saxiius* in Onom. H. p. 450. sq. atque, quae scripti sūt in Introd. in hist. L. Gr. II. part. II. p. 341. sqq. *Hart.*

Dubium quidem hoc videtur Valeo, neque enim satis constat, inquit, utrum libri illi de amoribus Theagenis et Charicleae ab Heliodoro, episcopo, scripti sint, an ab alio quopiam. [vide infra, §. V.] Sorellus plane falsum esse hoc non dubitat. At saltem certum est, Socratis et Photii temporibus hoc ita traditum fuisse. Et alia exempla ecclesiasticorum, qui erotica scripserunt, collegit Aegidius Menagius in Anti-Bailleteo.

c) Alio sensu Αἰθιοπικὰ scripserat *Bion Solensis*, de quo *Laert.* IV. 58. [*Eudoc.* p. 94.] et Philo, cuius rerum, in Aethiopia et per Aethiopes gestarum, historiam laudat *Antigonus Carystius* hist. mirab. c. 160. Marcellus, e cuius Αἰθιοπικῶν adfert quaedam *Proclus* I. in Platonis Timaeum p. 55. Sed Heliodorus Αἰθιοπικὰ scripsit, ut Iamblichus Βαβυλωνικὰ, Aristides Μιλησιακὰ, i. e. fabulam, siue drama prosarium, de amoribus Charicleae, Aethiopum regis filiae, et Theagenis, Thessali. Pro numero librorum decem in quibusdam est capitulum XXIX.

δ) Socrates V. 22. p. 287. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν Θεσσαλίᾳ ἔχουσιν ἀρχηγὸς Ἡλιόδωρος Τρίκωνος τῆς ἐκ τῶν γυνάμενος Ἐπίσκοπος, ἡ λήγεται ποιήματα ἑρωτικὰ βιβλία ἃ νῦν ὡς συντάξεν καὶ Αἰθιοπικὰ προσήγορεται. Totum hoc de Heliodoro omittit historia Tripartita, Socratis locum latine efferens IX. 58. Photius autem, quum Heliodori Aethiopica recensuisset codice LXXVII. Τῶτον δὲ, inquit, καὶ Ἐπίσκοπος τυχὼν ἀξιώματος ὑπερὶν φασιν.

addit, synodum prouincialem ⁴⁾ statuisse, vt, quoniam lectione eius librorum iuuenes multi in periculum pudoris conicerentur, ipsos vel igni abolendos daret, vel episcopatu cederet; atque Heliodorum episcopatu excidere, quam scripta sua abolere maluisse: hoc merito fabulosum videtur viris doctissimis, *Valesio* p. 72. ad Socratem, *Petavio* apud *Vavassorem* et *Vavassori* ipsi p. 149. de ludicra dictione ⁵⁾, *Sorello* in observationibus ad librum XIII. Pastoris sui infanientis (berger extrauagant) p. 685. *Huetio* p. 36. libri de origine fabularum Romanensium, et *Petro Baelio* in dictionario historico critico tom. II. p. 1499. [p. 710. sq. ed. Amst. 1748. vbi quoque conferenda est *Rem. critiq.* ad not. A.] Meminit Heliodori, huius Ἀἰθιοπικῶν scriptoris, Photium praeter et Socratem ac Nicephorum, *Elias Cretensis*; ad Orat. 17. Nazianzeni etc. *Michaelis Pselli* iudicium [olim] ineditum de historiis Charicleae [P] et Leucippes, laudat, et ex eo nonnihil profert *Leo Allatius*, c. 4. de patria Homeri p. 79. ⁶⁾ Aethiopica Heliodori antequam ederentur legit et locum e libro ipsius decimo sub scriptoris non dilutae auctoritatis elogio latine adtulit *Pollitianus* cap. III. Miscellaneor.

II. [Praemittam breuem codd. MSSSt. notitiam. *Taurini* in bibl. regia in cod. CXX. fol. 29. *Heliod. Aethiopicorum* libri X. sec. cat. codd. gr. Taur. p. 228. Ex illo cod. *Dorville* in animaduerss. ad Charitona permultas adtulit lectiones, et infinitis paene locis emendauit Heliodori textum. — *Venetis* in bibl. D. Marc. in codd. CCCCX. et DCVII. (cat. cod. gr. Marc. p. 199. et 314.) — *Romae* in bibl. Vaticana. (Montfauc. Bibl. biblioth. MSSSt. I. p. 9. A. *) — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. cod. XXXVI. plut. 70. v. *Bandin.* cat.

d) Seueritatem synodi maiorem, quam opus erat, fuisse notat *Vossius* IV. de hist. gr. p. 487. Certe multum abest, vt alii scriptores erotici pudorem Heliodori imitati semper fuerint.

e) S. p. 155. ed. Kapp. (Lipsiae 1722. 8.) Atque *Vavassor* in cap. IX. p. 151. 169. eleganter differit indicatque de Heliodoro, Achille Tatio et Iamblichio; Kapp. vero in notis varia, haud incommoda, subiecit; in primis ad p. 157. longum excerpfit de Heliodoro locum ex Bailii diction. *Harl.*

f) Exstat inter codic. *Vossianos*; et in cat. bibl. Leidensis p. 400. nr. 16. sic designatur: *Dissertatio graeca anonymi de Achille Tatio et Heliodoro, vter melior*: sed constat hodie, anonymum illum esse *Mich. Psellum*. Atque *Leo Allatius* in promissorum Συμμικτων libr. VI. nr. 80. editurus erat e cod. *Michaelis Pselli*, quae sit historiarum differentia, quarum alteri (n. Heliodoro) Chariclea, alteri (Achilli Tatio) Leucippe argumento sunt G. L. Pr. *οὐδὲ οὐδὲ ἄλλοι ἔχον πεποιδευμένον*, *Allatio* interprete. Fabricius vero, qui illum edendorum Συμμ. catalogum recudi fecit in B. Gr. XIV. p. 1. sqq. in

nota b. p. 9. recte iudicat, eandem esse anonymi graeci dissert. de Achille Tatio ac Heliodoro, vter alteri sit praefereendus, quae exstat MSt. Lugd. B. inter libros *Vossianos*. Id *Pselli* iudicium ex cod. *Vossiano* graece edidit notisque doctis illustravit B. i. e. *Iac. Phil. Dorville*, in *Miscell. obs.* vol. VII. tom. III. p. 366. sqq. Idem ibid. p. 376. sqq. graece adiecit *Philippi* cuiusdam philosophi, (eiusdem esse, suspicatur *Dorv.* posse, qui Horapollinis hieroglyphica vertit,) *ἀποσπασμάτων* scripti cuiusdam, ad *Heliodori* Aethiopica spectantis, e cod. Veneto, vbi id calci cod. Heliodori adhaeret et totum exstat: Inc. τῆς Χαριτάου ἱστορίας τῆς σάφρονος, ἐκ Φωνῆς Φιλίππου τῷ Φιλοσόφῳ. Denique subiunxit *Dorv.* ex eodem cod. membr. pauca variationes in carmine, de *Chrysoporia*, Heliodoro tributo et a Fabricio iuxta publicato *Harl.*

*) *Io. Phil. Siebenkees*, Prof. quondam Altdorf. (mort. d. 25. Iun. 1796.) in scriniis reliquit *Heliodori* historiam Aethiop. cum codd. mssst. *Venetis* et *Vaticanis* collatam, teste *Io. Ad. Gorz.* in praef. ad *Siebenkeesii* anecdota graeca. Norimb. 1793. 8. p. XXV. *Harl.*

cat. codd. gr. Laur. II. p. 692. et eod. auctore in vol. I. p. 549. citatur Heliod. in violas compos. — In cod. VIII. nr. 19. plut. 86. est Nomophylacis, (forte *Ioannis Diaconi Eugenici*.) praefat. in Aethiopica *Heliodori*, quae continet insignem operis illius laudationem, et, antea nondum edita, a *Bandinio* cat. III. p. 322. sq. integra gr. est publicata. — *Leidae* in bibl. publ. *Hel. Aethiop.* cod. chart. qui fuit in manibus typothetarum. — *Parisi* in bibl. publica, codd. MMCCCXCVI. — MMCMIV. et tribus sequentibus in cat. codd. Paris. vol. II. notatis. — *Monachii* in bibl. Bauar. elect. codd. CXC VII. libri VIII. et CCXI. libri III. v. cat. codd. gr. p. 74. et 76. — *Vindobonae* in bibl. caesar. codd. CXVI. et CXXX. nr. I. v. *Nessel.* cat. codd. part. V. p. 164. et 179. — *Matriti* in bibl. reg. cod. LXXIII. *Heliod. Aethiop.* lib. I — III. cum adnotatt. in margine crebro positis, teste Iriart. cat. codd. gr. p. 268. *Harl.* Lucem vidit *Heliodorus* primum *graece* Basileae 1534. 4. ex officina Hervagiana, cum praefatione *Vincentii Obsopoei*, qui ex bibliotheca Matthiae Coruini, Hungariae regis; a milite⁵⁾ quodam direptum redemit. Haec editio cum MSS. codicibus ab *Andrea Schotto*, ni fallor, vel *G. Cantero*, diligentissime collata fuit in bibliotheca Marquardi Gudii. *Fabr.* In bibl. *Leiden*si sunt duo illius ed. exempla, quorum alterum a *Ios. Scaligero* cum MS. collatum est; alterum vero manu *V. D.* conscriptum. v. catal. bibl. Leid. p. 208. *Harl.*

Latine ex versione non ineleganti et cum argumentis *Stanislai Warschewiczki*, nobilis Poloni, Basil. 1551. ⁶⁾ fol. apud Oporinum. Versionem subinde praeter Bourdelotium in notis castigat *Caspar Barthius* III. 2. V. 10. Aduersar. qui iudicat, Heliodoro opus esse nouae interpretatione, quam etiam promisit, sed non dedit Ianus Bourdelotius. Porro fallitur Baelius, qui in lexico adfirmat, Heliodori editionem in folio esse graecolatina. Separatim versio latina *Heliodori* recusa est Antwerp. 1556. 12. Lugduni Bat. 1637. 12. et Vr. sellis [1601. 12. in Iacenis. bibl. cat. Hamb. 1782. 8. cap. II. p. 45.] 1651. 12. Inter libros, ab Oporino excusos, memoratur Heliodorus graece innumeris locis emendatus a *Guil. Cantero*, et latine a *Warschewiczki*o versus in 8. Sed illam editionem numquam vidi. [Forsan est

Com-

g) *Opsopoeus* in praefat. Deuenit ad me servatus ex ista clade Vngarica, qua serenissimi quondam regis, Matthiae Coruini, bibliotheca omnium instructissima superioribus annis (a. 1526.) a barbarie Asiatica vastata est. Hunc cum aliis nonnullis miles quidam plane gregarius, (Gregorius perperam excusum est in *Mich. Neandri* praefat. ad *Gnomologiam Stobaei* p. 27.) et ab omnibus tam Graecorum quam Latinorum disciplinis abhorrentissimus iam apud nos tinctorem agens, tunc vero illustrissimum principem *Casimirum Marchionem Brandenburgensem* laudabilis memoria comitatus in Vngariam fortuna non sine mente reor, nec sine numine diuum sustulit, quia auro exornatus nonnihil adhuc ex-

splendescibat, ne scilicet tam bonus auctor et visus et lectus paucissimis, interiret.

h) Nomen interpretis scribitur ab aliis *Warschewiczki*, ab aliis *Warschewitzki*, in *Sam. Engel* Bibl. selediff. p. 73. *Warschawitzki*, ibique et in *Maittar*. A. T. indic. p. 474. edita fuisse dicitur versio illius, Basil. 1552. add. notam in mea Introd. l. m. p. 342. *Warsch.* autem videtur vel cod. graecum, e quo transtulit, et quem probabile sit varias habuisse lectiones, adhibuisse, vel suum sequutus ingenium, proprias dedisse coniecturas. — In cat. bibl. *Bernensis*, tom. I. (Bern. 1764. 8.) p. 296. occurrit: *Heliodori Aethiop.* liber I. graeco-lat. Paris. ap. *Wechel.* 1551. 4. add. de h. ed. *Maittaire* l. c. p. 475. *Harl.*

Commelin. vbi in notis criticis in calce libri Canteri emendationes, ex eius syntagmate petita, referuntur.]

Graece et latine cum eadem Warschewiczii versione et *Hieronymi Commelini* castigationibus, quæ Heliodorum contulit cum quatuor MSS. Palatino, Vaticano, Guil. Xyl-andri et Basileensi: [et ex Palatino potissimum plura emendauit ac suppleuit] Heidelb. 1596. 8. et Lugd. 1611. 8. [Lugd. ed. habet quoque duplicem indicem. Pleraque autem vitia ed. prior. Commel. sunt repetita.]

Cum eiusdem Warschewiczii versione et notis eruditiss. *Iani Bourdelotii* Paris. 1619. 8. *Fabr.* Hanc edit. esse vitiosam, Bourdel. ipse subinde conqueritur. Censor edit. Schmidiana in bibl. phil. Gotting. I. 8. p. 385. suspicatur, duplicem exstare edit. Bourdel. *Bourdel.* autem in nota r. prouocat ad suam praefationem s. apologiam, separatim propter libri molem editam, vbi se, adfirmat, de titulo, auctori castissimo restituendo, copiosius disseruisse; tum memorat vetustissimos duo codd. (sed non addit, quinam aut vbinam illi sint,) in quorum altero fuisset inscriptio: Θεοδοσίη Ἡλιοδώρη Ἑμεσιν τὸ σύνταγμα τῶν περὶ Θεαγένη καὶ Χαρίκλειαν ἑρωτικῶν, et hunc titulum esse verum sibi persuadet; alterum vero esse inscriptum: Θεοδοσίη Ἡλιοδώρη Φοίνικος Ἑμεσιν Ἀἰχμαλωτῶν βιβλία δέκα nec hic titulus absonus illi videtur. „Quodsi, in fine notae ait, titulum Ἀἰθιοπικῶν admittamus, poterit ex Sophocle, qui etiam *Aethiops* tragoediam scripsit, cum Heliodorus mutuum sumsisse. Elige, quid placuerit, *Ἑρωτικά* legitima esse censeo.“ Pag. autem 14. adpellat cod. Basileens. a Frid. Morello communicatum. Notae vero, saltem plurimae, spectant ad interpretationem locorum vocabulorumue potius quam ad emendationem textus; quamquam hinc inde critica ars quoque exercetur. *Harl.*

[P] Cum versione eadem et adnotationibus *Davidis Parei* *), Francof. 1631. 8. 5). *Gilberti* quidem *Gaulmini* notae in Heliodorum, quarum spem facit p. 480. et 530. ad *Theodorum Prodrumum*, numquam editae sunt. *Fabr.*

[Ἡλιοδώρη Ἀἰθιοπικῶν βιβλία δέκα, cum animaduersiss. *Io. Bourdelotii* ad vet. edd. recensuit *J. Petr. Schmidius*, gr. Lipsiae 1772. 8. sed nouis vitiis inquinata est edit. v. bibl. philol. I. c. Ἡλιοδώρη Ἀἰθιοπικῶν βιβλία δέκα. Textum recognouit, selectamque lectionis

*) Inscripção est: *Heliodori Aethiopicorum libri X.* collatione MSS. biblioth. Palatinae et aliorum emendati et multis locis aucti atque in apta ordine distincti. Cura et labore *Danielis Parei*. Francof. 1631. *Harl.*

5) Enimvero *Pareus* ipse nullas addidit proprias adnotatt. sed est adcurata repetitio editionis *Commel.* cum V. L. et notis illi subiectis, et in minores sectiones distincta. v. bibl. philol. vol. I. part. 8. Gott. a. 1772. 8. p. 387. *Hamber-*

ger. I. c. scribit, se in amplissimis librorum catalogis nullam illius editionis, quam memorat *Fabricius*, mentionem deprehendisse; ideoque putat, eam esse pererram. Sed illam in manibus habuit ac descripsit censor in bibl. philol. memorata, atque ego, quatinus inuitos quoque catalogos frustra consuleram, illam in catalogo quoque bibliothecae Gundlingianae, part. II. pag. 97. nr. 4122. cat. bibl. Menken. part. I. pag. 138. nr. 1463. cat. bibl. Fischer. pag. 166. exstuisse animaduerti. *Harl.*

lectionis varietatem adiecit *Christ. Guil. Mitscherlich*, Prof. Gotting. I. II. partt. Argentor. (e typogr. societatis Bipentinae,) anno VI. (1799.) m. 8. Quoniam *Mitscherl.* V. C. scriptores eroticos graecos sumtu illius typographiae iunctim editurus est: praefixus quoque titulus generalis: *Scriptores erotici graeci vol II^{um}*. Basis est ed. Commel. sed multis locis ex adparatu critico Commel. variis cod. Taur. lectt. in Charitonis edit. Doruilliana, rarius ex ipsius Mitscherl. coniecturis emendata. Adiecta est Warschew. versio, interdum mutata, et breues notae, maximam partem criticae, sunt subiectae. Conf. ephem. litt. Gothan. 1800. nr. 57. *Harl.*]

Gallice Heliodorus translatus est auctore *Iacobo Amiot*, Paris. 1549. et 1559. fol. et 1575. 12. 1583. 12. [Paris. 1626. 8. cum figg. v. Valliere catal. II. p. 597. Amstel. 1716. 12. et saepius, v. Nicéron Memor. IV. p. 227. vers. Baumgart.] quae versio ipsi abbatiam *) conciliasse dicitur, licet auctor, quem transtulit, hoc ipso opere episcopatu feratur excidisse.

Alia gallica versio paullo nitidior nescio, quo auctore, cum pluribus nec inellegantibus imaginibus in aes incisus prodiit Parisiis apud Samuelem Thiboust. 1623. 8. Metaphrasin *Melini San Gelasii*, (de Saint Gelais) episcopi Engolismensis, qui carmine gallico *) partem Heliodori transtulisse traditur, haud vidi. *Fabr.* Gallica versio, Paris. in 8. f. a. cum figg. exstabat in bibl. Thott. v. eius cat. tom. IV. p. 270. nr. 506. et 507. — In *Bure bibliogr. instructive*, B. L. tom. II. pag. 98. laudatur praecipue a figg. aen. versio gallica (*les Amours de Théagènes* — d'Héliodore; trad. en François par *Jean de Montlyard*, et corrigée par *Henri d'Audiguier*.) Paris. 1623. ou 1626. 8. — In *Bure supplement* — ou catal. des livres de Gaignat tom. I. p. 542. versio gallica, a Fabricio memorata, avec figures gravées en taille-douce par Mich. Lafne, Paris, Sam. Thiboust edita dicitur a. 1626. 8. — Alia versio gallica cum figg. per *Petrum Vallet*, Paris. P. Vallet. 1613. 8. et versio (*Amioti*) Lond. (Paris. Coustelier) 1743. II. voll. 8. cum figg. in *Vallierii* catal. l. c. — Nouissima eroticorum graec. adeoque *Heliodori* versio est *Mercieri*, abb. de *St. Leger*, in: *Bibliothèque des Romans*, trad. du Grec. Paris. 1796 — 1797. 12. voll. rec. 1798. Insunt vero les narrations d'Amour de *Parthenius* de Nicée et les affections d'amour par *Plutarque* (I. vol.) — *Leucippe* et *Clitophon* d'*Achille - Tati*, (II. vol.) — *Théagènes* et *Chariclee* par *Héliodore* (II. vol.) — *Daphnis* et *Chloé* par *Longus* (I. vol.) — *Chéréas* et *Callirhoé*

P 2

par

*) Baillet ingemens de *Sauvans* tom. I. p. 557. *Quelques uns disent qu'Amiot eut l'Abbaye de Bellosane après la mort de Vatable pour une traduction assez mauvaise qu'il fit du Roman d'Héliodore et qu'il ne raccommoda qu'après son voyage au Concile de Trente.* Mr. Teissier *elog.* tom. II. p. 152. *Rouillard* dans son *histoire de France* dit, qu'Amiot exerça à Bourges la charge de professeur en la langue Grecque et en la latine pendant dix ans avec beaucoup de réputation: que ce fut durant ce temps là qu'il fit la traduction de l'histoire Ethiopique de *Theagènes*

xx) Apud *Vossium* pro ante annos CLXX. haud dubie legendum ante annos LXXX. *Gambarae* poemata et in his expositi eius lucem viderunt *Antwerpiae* a. 1569. 8. *Vossii* liber excusus est a. 1649.

cken. Wyttenbachio, Herm. Tollio et Nic. Hinlopen collatis,) et plura sanauit, quae viderentur, vulnere, aliosque illustrauit auctores *Io. Bapt. Casp. d'Ansse de Villoisen*. gr. ac lat. excud. Fr. Amb. sumt. Guil. Debure. Paris. 1778. II. tom. in 4. et 8. — Textus, a Villosio constitutus, in splendida editione typis Bodonii, in typogr. regia, gr. est recusus Parmae 1786. med. 4. cum proloquio (Paciandi,) de libris antiquiorum non minus quam recentiorum eroticis. Plura vide in Lips. A. L. Anz. a. 1799. nr. 2. et 3. nec pauca ibi excerpta sunt ex Paciandi proloquio. — Recentissima est editio: *Λογγος — Longi pastoraliū de Daphnide et Chloë libri IV.* gr. ac lat. Acced. *Xenophontis Ephesiacorum* — libri V. Textum recognouit — *Chr. Guil. Mitscherlich*. Biponti 1794. 8. — *Amioti* versio gallica prima est a Fabricio iam indicata: sed saec. XVIII. saepius recusa, Amstel. cum figg. ap. du Villard 1716. 12. et ap. viduam Marel 1718. (v. *Nicer*. Memorias etc. tom. IV. p. 226. ex interpr. germ. Baumgarten.) In primis notanda est editio ornata figg. a Duce Aurelianensi designatis et a Bened. Audran aeri incisis: princeps eaque magnifica edit. est: *Les Amours pastorales de Daphnis et Chloë* trad. du grec de Longus, en françois, par *Jacq. Amyot*. Ouvrage enrichi de figures en taille douce gravées par Benoist Audran, sur les desseins de M. le Duc d'Orléans, Regent du Royaume, (Paris) 1718. in 8. Haec edit. rarissima habetur, quia tantum 250. exempl. ex prelo exierunt, nec vendebantur in tabernis librariis, sed a Duce Aurel. donabantur hominibus. v. *Clement* bibl. curieuse etc. tom. I. p. 285. *Freitag*. in analectis litter. p. 23. sq. Bibliothèque des Romans par le C. Gordon de Percey. tom. II. p. 5. *Adelung* in Fortsetz. vnd Ergänz. — *Iöchers* allg. gel. Lexicon. vol. I. in vita *Amioti* p. 735. qui memorat edit. post mortem Duc. Aurel. prelo subiectas (Paris) 1745. 8. — Par. sine anni et loci nota, 12. et Paris. 1731. 12. — *Crevenna* catal. libr. part. II. ed. in 4. p. 171. sq. qui etiam laudat: *Les Amours* — par Longus. Double Traduction du Grec en François de M. Amiot et d'un Anonyme, mises en parallele, et ornées des Estamp. de B. Audran. Paris. 1757. 4. in primis *Bure* in: Bibliogr. instruct. Belles-Lettres, tom. II. p. 95. sqq. qui memorat quoque edit. Paris. lat. et franco-gall. 1754. min. 4. pluribus aliis figg. Coch. aliorumque locupletatam. — In nouis actis erudit. loco supra citato p. 299. laudatur quoque editio: *Amours de Daphnis et Chloë*, avec figg. par un Elève de Piccart. Amstel. 1750. 12. — par *Ansse de Villoisen* avec des figg. Paris. 1787. mai. 4. — *Gallice*, vertit quoque Longi pastor. *Petrus de Marcellus*. Paris. 1626. 8. item *Mercier* in bibl. des Romans, supra citata. — *Germanice* (Grillo.) Berol. 1765. 12. rescisis locis parum verecundis. *Harl.* In italicam linguam transtulerat Longum *Annibal Carus*, teste *Gaddio* de scriptoribus non ecclesiasticis tom. I. p. 122. sed edita non est, quod sciam, illa versio. [*Italicas* binas versiones accenset *Paizon*. in Bibl. degli Autori — volgarizz. tom. II. p. 218. sq. Altera *Io. Bapt. Manzini*, Bonon. 1643. (male in Bibl. des Romans p. 5. legitur 1647.) 4. esse videtur potius imitatio ac paraphrasis, quam interpretatio. — Altera, auctore *Casp. Gozzio* est ex graeco sermone facta, Venet. 1746. 8. *Harl.* —] *Huetius* libro de fabulis Romanensibus p. 67. Cum puer essem, inquit, Longum latine interpretandum suscepim, cum nondum haberem exploratum, quid in eo laudabile esset, quid vitiosum, et quantum eius lectio pueritiae demnosa sit, quam parum etiam aetati praecedenti decere. Quae porro in Longo laudentur vel etiam reprehendantur, tum apud eundem *Huetium*, tum apud *Bayliam* in Lexico, vbi voles, videbis. A *Barthio* quidem II. 8. Aduersar. celebratur

his

his verbis: *Intunda sane commentatio Longi, sophistae, simplicitate cum rerum natura certans, fortunae vero ludibriis et inopinatis eventibus cum cothurno et focco quibusvis.* [add. Iudicia VV. DD. a Iungermannho in praef. sua collecta. Harl.]

IX. EVSTATHIUS, siue, ut in codicibus quibusdam vocatur, EVMATHIUS²²⁾, auctor XI librorum, qui exstant, de *Ismeniae et Ismenes amoribus*, siue dramatis²³⁾ prosa graeca scripti καὶ ὁμιλίαν καὶ ὁμιλίην, patria Macrembolites fuit, siue Parembolites, vrbe Aegypti, ut obseruauit H. Casaubonus, quem consule epistola CCCXXIII. ad Iungermannum. In codice *Mediolanensi* teste *Vossio*, p. 491. de his: graecis, vocatur *Eumathius Macrembolites Protonobelissimus*. ita enim legendum pro *Protonobelissimus*. In codice cardinalis Barbetaui etiam *Eumathius* Macrembolites dicitur, cetero Huetio in annotationibus ad Ortelium p. III. In alio codice, quem memorat Cangius in Glossario graeco, vocabulo Ναβελισμός: Πότμος Εὐσταθίου Πρωτοναβελισμὸς καὶ μεγάλης χαρτοφύλακος τὸ καὶ ὁμιλίαν δράμα, βιβλίον περιέχων καὶ ἄλλοι. Vix dubitandum adeo mihi videtur, auctorem istum diuersum esse ab Eustathio, archiepiscopo Thessalonicensi, de quo dixi nonnihil lib. II. c. 3. §. 9. Quo tempore autem vixeret, adhuc requiro. [P] Brunsus graece vulgavit cum eleganti versione doctissimus *Gilbertus Gouffier*, in *Motivensis*. Paris. 1617. 8. cui editioni anno proximo 1618. accessit eiusdem Gualmini praefatio ac notae, in quibus p. 21. quatuor codicibus MSS. videri se fuisse testatur, regio, Maussaci, et aliis duobus, quorum vnum suum subinde adpellat. Latina versio sola cum Parthenii eroticis recusa est Lugd. Bat. 1618. 12. p. Editionem huius Eustathii molitus etiam fuerat *Iungermannus*^{b)}, sed morte praeventus est. *Blancus* p. 16. [Gualmini editio typis repetita est gr. (sed emendatio et correctio), ac Latinae quae ante *Lud. Henr. Tucher* p. ap. Breitkopf. et soc. 1797. 8. Est alia editio. 4. *Eustathii de Ismeniae et Ismenes amoribus*, et *Parthenii Nicacensis de amatoris affectionibus*. Latinae Lugd. B. 1618. 8. — Amorum Ismenes Ismeniaeque historia ab *Eustathio* XI. libris comprehensa, Lugd. Bat. ex offic. *Iacobi Marci* 1634.

yy) Vide *Isaia* ad *Harporation* p. 277. *Iungermann* ad Longum p. 229, 423. *Allatium* de aetate et interstitiis ordinum apud Graecos p. 186.

zz) Ismenias ipse in extremo libri XI. καὶ οὗτος δὲ ἔσται τῇ βιβλίῳ τὸ καὶ ὁμιλίαν δράμα καὶ ὁμιλίαν ἐστ.

a) Praeter codd. a Fabricio nominatos, sunt sex codd. mss. in bibl. publ. Paris. n. DLXXXIII. nr. 22. fragmentum; — MMDCCCXCV. Eustathii libri XI. — sub nomine autem *Eumathii* in cod. MMDCCCXCVII. quod exempl. a viro quodam docto cum Vatie. codd. collatum esse, testatur confector cat. codd. Paris. II. p. 567. — in cod. MMCMVII. nr. 2. *Eustathii protonobilissimi Macrembolitae* de Ismen. — amoribus libri

XI. — in cod. MMCMXIV. nr. 1. *Eustathii protonobilissimi et magni Chartophylacis Parembolitae* — libri XI. Praemittuntur versus quidam iambici. Sic quoque in cod. MMCMXV. nisi vt loco *Parembolitae* dicatur *Macrembolita* — *Monachii* in bibl. elector. cod. CCXI. *Eustathii, philosophi*, libri XI. de amore etc. — *Augustae Vindel.* auctore *Reisero* in cat. codd. p. 68. male dicitur Eustathii philosophi poema de *Hysmine et Hysminia*: cod. hinc inde deficiens: — Pag. autem 82. alius cod. *Eustathii drama de Hysmine et Hysminia*. — *Venetiis* in bibl. D. Marci, *Eustathii* — fabula; cuius vero initium dæst, teste *Villoison*. in *Anecd. gr. tom. II. p. 242.* — in bibl. Escorial. teste *Plüero* in itin. per Hispan. p. 168. *Harl.*

b) Vide epistolas Gudianas p. 219.

1634. 18. — Eadem ed. omnino est typis renouata, ita vt singulae paginae lineaeque invicem sibi respondeant, sed inscripta est, et titulus figura aen. ornatus: *Eustathii de Ismeniae et Ismenes amoribus*. Lugd. Bat. apud Dau. Lopez de Haro. 1644. 18. Lopez autem Haro eandem epistolam nuncupatoriam ad studiosam iuventutem in academia Lugd. B. quam Iac. Marcus praefixerat suae edit. etiam recudi fecit, sed, (quod turpe fuit plagium,) suum nomen adscripsit. Marci exemplaria habent puriorem chartam et nitidiores typos, et in Lopez. ed. est in nota numeri, in summa linea, error typographicus, 701. loco 170. — In linguam Franco-gallicam conuersus est libellus, praeter versiones a Fabricio memoratas, a G. Colletet. Paris, du Bray 1628. 8. — a Beaumarchais, Amstel. 1729. 12. — (a Beauchamps,) Hagae Com. (sive potius, Paris, ap. Coustelier,) 1743. 8. (mai. 12.) cum figg. — *Italica Laelii Carani* versio, quam Fabricius iam excitauit, recusa est Venet. 1560. min. 8. et ibid. 1566. 8. v. *Paizon*. bibl. etc. II. p. 60. sq. — *Germanice* verterunt anonymus ex graeco textu et versione italica, (*Imenius, Histori von der Lieb des Jünglings Ismeni und der Jungfrauen Imene*.) Argentor. 1573. — Ia. Christophorus *Artopeus*, (scribitur ab aliis *Artopeus*), dictus *Wolkenstern*, cum figg. Argentor. 1594. 8. (atque in exemplari meo in titulo longo diserte scribitur *von Joh. Christ. Artopeo genandt Wolkenstern in Teutsch gefertigt*.) — rec. ibid. 1610. 8. (v. *Kritische Beiträge* etc. part. X. p. 215.) — ex versione latina G. S. M. (h. e. Georg. Schürmer, Magistri,) cum XI. figg. Lipsiae 1663. 12. — optime *Ernestina Christina Reiskia*, in lib. *Hellas* inscripto, tom. I. p. 101 — 206. Mitau. 1778. 8. v. *Degen* Litterat. der deutsch. Veberletz. der Griechen, tom. I. p. 284. sqq. — In *Obsl. miscell.* vol. III. tom. I. p. 100 — 103. quaedam Gratiani de S. Bauone (h. e. Io. Alberti) animadu. in Eustathium s. (quod is probare videtur) Eumathium. *Hartl*] Exstat praeterea in italicam translatus linguam a Laelio Carani, Florent. 1550. 8. atque ex italico in gallicam ab Hieronymo d'Avost de Laval Paris. 1582. teste Francisco Crucimano bibl. Gall. p. 168. et 238. praeter versionem gallicam Ioannis Loveau, Aurelianensis. Lugd. 1559. 8. Laudauit etiam hunc scriptorem, antequam a Gaulmino ederetur, Rigaltius ad Onofandrum etc. Salmasius praefat. ad Tatii amores: *In Germania cum essem, animus fuit in vnum corpus omnium ἐκφράσεων scripta concludere. Et habui tunc plura, quae eo tempore edita nondum erant, vt Eustathium ex codice Augustano mihi descriptum et Cyrum Prodrimum ex Palatino. Cum superioribus nequitiam conferendum hunc Eustathium, sed admodum rudem Heliodori, Tatii, Longique imitorem, nec verisimilitudine fictionis nec inuentionis dispositionisue elegantia lectori se probantem notat Huetius p. 62. sq. libri de origine fabular. Romanens. Isaacus vero Casaubonus in Casaubonianis p. 13. testatus, hoc opus legisse se in codice MS. H. Stephani, (quo etiam Palladii liber de Brachmanibus continebatur,) Est sane eiusmodi, inquit, quem legisse me non poenitet, non legisse haud magni faciam. Inuentiones frigidiusculae, narrationes fere ἐμπεδές καὶ πιδανὸν ἐκ ἔκστασι. Dictio negligens saepe, interdum affectata putidiuscule. Verbis quibusdam et phrasibus ad satietatem scriptor vitur. Vix aliquot periodos reperiar sine nomine ὀλως.*

X. THEODORVS PRODROMVS, siue, vt in MSis codicibus frequenter, Cangio teste, adpellatur, PTOCHOPRODROMVS, inter monachos Hilarionis cognomen adeptus, claruit circa saeculi a Christo nato duodecimi initia, Alexio et deinde

Ioanne ^{c)} Comneno, imperium tenentibus, scripsitque *de Rhodantes et Doficlis amoribus* libros IX. versu iambico, quos cum versione sua prosa et versibus [P] mixta notisque praeclaris edidit vir reconditae eruditionis, a quo Eustathium vulgatum iam dixi, *Gilbertus Gaulminus*, Paris. 1625. 8. Edidit autem e Salinasiano codice, a Peirescio etiam nactus, unde lacunas eius suppleret, qui per Barclaium erotica e codice Vaticano describi curauerat, ut testatur *Gassendus* in vita Peirescii lib. III. ad a. 1619. *Fabr.* In cod. *Veneto* D. Marci sunt de amoribus Drosillae et Chariclis libri IX. versibus iambicis, quos *Zanetti* in cat. codd. gr. Marcian. p. 199. *Theodori Prodromi* esse scripserat, et inter *Theodori avēdota* duxerat reponendos; sed inficetam illam fabulam habere parentem *Nicetam Eugenianum*, cl. Villoison et in animaduers. ad Longi pastoralia, ubi larga illius specimina protulit, et in *Anecd. gr.* p. 242. docuit. Versio Mercieri gallica: v. supra ad *Heliodorum*, *Harl.*

XI. Alia *Theodori* huius scripta, qui honoris causa subinde ^{a)} *Cyrus*, hoc est *κυρὸς* siue *κυριος*, *Dominus Theodorus* (ὁ Φιλόσοφος, κυρὸς Θεόδωρος) a Graecis dicitur, scripta non pauca exstant, quae breuiter commemorare non fuerit a praesenti loco alienum.

2. *Ἀμάραντος ἢ γέροντος ἔρωτες.* *Amarantus siue senilis amor*, dialogus prosa scriptus, cum IX. amorum libris, modo memoratis, a *Gaulmino* latina versione donatus, et primum utraque lingua editus.

3. *Ἀπεὸνμος Φιλία*, *Amicitia exulans*, Dialogus versibus iambicis, cum *Conradi Gesneri* versione saepius vulgatus ad calcem *Stobaei*. Tiguri 1543. 1559. etc. fol. Graece primum prodierat inter alia, de quibus mox, *Theodori poemata* Basil. 1536. 8. — [*Cyri Theodori Prodromi* exulans amicitia, gr. lat. *Conrado Gesnero* interprete, Paris. ap. Guil. Morelium. 1549. 4. (*Maittaire* A. T. III. p. 581.) — gr. cum notis *Mich. Maittaire*, in eiusd. misc. graecor. aliquot scriptorum carminibus, Lond. 1722. 4. p. 92. *Harl.* —] Latine vertit praeter *Gesnerum* et *Hieron. Erardum*, Io. *Laëtius*, Paris. 1559. 4. Exstat et gallice hoc titulo: *Amitié banni du monde: par Cyre Theodore, Poete Grec, et traduit en vers François par Jean Figon de Monteilimar en Dauphiné, à Tholose* 1558. 8.

4. Poemata cetera ex *Sim. Grynæi* codice a Io. *Hontero* et *Hieronymo Guntio* recensita, iunctimque graece (parum emendate) edita Basileae 1536. apud Io. *Bebelium* in 8. et cum versione latina, argumentis et notis *Hieremiae Erardi*, Lips. 1598. 8. haec sunt:

Τετρα-

c) Vide *Allatium* de consensu ecclesiae orientalis et occid. p. 629. et aduersus *Creyghtonium* p. 9. [et *Saxium* in *Onomast.* II. p. 219. atque *Hamberger* *Zuvelr.* Nachr. IV. p. 176. 199. qui, cum, scribit, adhuc vixisse circa a. 1143. idemque iam laudat *Caue* H. L. SS. EE. tom. II. p. 191. et 226. *C. Oudin.* comm. de SS. EE. tom. II. p. 273. *Petr. Lazeri* praef. in epp. *Theodori Prodromi*, et *R. Ceiller* hist. gen. des AA. E. tom. XXI. p. 531. *Harl.*

d) Falluntur itaque, qui *Cyrum* pro nomine proprio *Theodori Prodromi* habent. Vide *Barthium* XXIX. 19. Aduersar. *Gaulminum* in limine notarum, *Antonium Borremansum* p. 8. vesp. rarum *Gorinchemensium*, et *Cangium* in *Kyp.* Nec minus fallitur *Koenigius*, qui *Prodromum* a. C. 444. floruisse scribit in bibliotheca. Idem ait *Cotyaei* in Phrygia fuisse episcopum, quo auctore vel teste antiquo, nescio.

Τετρατίχα ιαμβεῖα καὶ ἡρώα eis τὰ κεφαλαιώδως ῥηθέντα ἐν τῇ γραφῇ, Argumenta siue capita librorum sacrorum, tetraſtichis iambicis eademque heroicis scripta in Pen- tateuchum, Iosuan, Iudices, quatuor libros regum, totidem euangelistas et Acta apostolo- rum. Prodierunt haec emendatiora separatim graece et latine sub titulo: *Cyri Theodori Prodromi epigrammata* [P] nunc primum latinitate donata, cura et interpretatione Guidonis de Sovigny, *Blaesensis, Congregat. Oratorii Domini IESV presbyteri.* Iulioimagi 1632. 4. addita ad calcem plurium locorum castigatione. Non tamen prius haec epigrammata Souignius transtulit: nam multis ante annis Ioannis Ribitti versionem Geneuae excudisse traditur Crispinus, quamquam ipse, fateor, in hanc nunquam incidi. Tetraſticha illa cum anonymi commentario graeco grammatico exstant MSS. in bibl. Vindob. teste Lambecio VI. p. 32. seq.'). Epigrammata tria cum versione et notis exhibet *Gretserus* tomi tertii de Cruce, libro quarto.

S 2

Τετρατί-

ε) c. p. 73. ed. Kollar. in cod. VII. nr. 12. Hoc loco, breuitatis causa, alios indicabo codd. in quibus insunt *Theodori Prodr.* poemata varii generis. *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. LX. nr. 9. est index graecus quorundam poematum *Theodori Prodromi*, Ioann. Pselli, Philae, Calliclis et Nicephori Callisti, quae omnia cum praefixo eodem indice iunctim edita esse ab *Hier. Gantio*, Basil. 1536. adnotat *Lambec.* III. p. 273. — *Parif.* in bibl. publ. *versus in hexameron* in cod. CCCXCVI. nr. 13. — CD. nr. 7. — *Tamibi in varia utriusque testamenti capita*, et nr. 15. atque in cod. MMLXXXVII. nr. 55. *versus politici* ad Io. Porphyrogenetum, ad. *Perlas* proficiscentem. — in cod. CCCLXV. nr. 5. *in dominicas festiuitates*. — CMXCVII. nr. 4. *in crucem* etc. — MCLXVIII. nr. 4. tetraſticha heroica *in varia utriusque testamenti capp.* quae enumerat aliaque tradit auctor cat. codd. *Parif.* quondam regg. II. p. 223. — MCCLXXXVII. nr. 7. tetraſt. iambica et heroica *in dies domino vel B. Virgini sacros*. — MMDCCCXXXI. nr. 3. tetraſticha *in V. et N. T.* nr. 4. carmina inedita *in Theodotum patriarcham*. — *Alii versus* in cod. MCCCX. nr. 47. poema, versibus politicis: diuiditur in duo libros; in libro priore *de paupertate* conqueritur; in posteriore inuehitur in abbatem: opus ineditum: inc. *πόλις τοῦ σώτος βασιλεῦς*. — MDCXXXVII. nr. 2. *imperatorum a Constantino M. ad Andronicum seniore* catal. versibus politicis trimetris, et nr. 3. *patriarcharum CPolit. a Metrophane ad Callistum* catalog. — MDCXXX. nr. 11. anonym. catal. imperato-

rum CPolitanorum, versibus iambicis; idem prorsus cum illo, qui inter opp. Theodori Prodromi editus est. Similis catal. anonymi est in cod. MMLXXXVII. nr. 3. — MMLXXV. nr. 36. *versus ad Andronicum imp.* — MMDCCCLXX. nr. 2. *versus in providentiam*. — *Florentiae* in bibl. Laurenti Medic. in cod. X. nr. 80. et 83. plut. Y. *ob uxorem Logothetae et versus in S. Barbaram*, (*Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 28. et 29.) — in cod. II. nr. 1. plut. 31. monoſticha (iambica) *in festa Sctorum* cuiuslibet diei totius anni, a primo die Sept. et definit in XXXI. Aug. non commemorantur a Fabricio. — nr. 2. eiusd. forſan Hymnus *ad imp. D. Ioannem in natiuitate Christi ad populum*, versibus politicis: — nr. 3. eiusdem Hymn. *ad imp. D. Io. Comnenum in baptismo Christi ad populum*, versib. politicis. — nr. 4. eiusd. Breue si *epistola ad D. Constantinum Bardachlam*, tamquam ab orationibus monasterii Paschaſorum, nomine vniuersi collegii fratrum. — nr. 8. tetraſticha iambica et heroica (LXXXI.) *in capita, quae enarrantur a IV. euangelistis, etiam in actis Apost. libris regum* etc. item in cod. XXXV. nr. 1. pars illorum tetraſtich. in dominicos festos dies, (*Bandini* II. p. 75. sqq. et p. 467.) — cod. XIX. nr. 225 — 231. tetraſtichon *in helluonem*; versus XV. *in lectum*; versus XIII. *contra Eunuchos*; versus anepigraphi; tetraſticha IX. *in coelestes potestates*; versus XVI. anepigraphi. (*Band.* II. p. 171. sq.) — In cod. XXIII. nr. 3. et 4. plut. 69. duo tetraſticha iambica, quae *Bandini* II. p. 643. graece exſcripsit. — *Venetis* in bibl. D. Marci cod.

Τετραστιχα, ιαμβεία καὶ ἡρώα εἰς τὰ κεφαλαίωδ' ῥηθέντα ἐν τῷ βίῳ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, τὰ μεγάλα βασιλεία καὶ τὰ ἁγία Χρυσόστομος. *Argumenta sive capita paccipua de vitis sanctorum trium Hierarcharum Gregorii Naz. Basilii Magni et Io. Chrysostomi, tetrastichis iambicis et heroicis comprehensa.*

Προσφωνητικοὶ elegi, quibus Paulum apostolum, tres iam dictos Hierarchas, nec non Gregorium Nyssenum et S. Nicolaum alloquitur.

Ἰαμβοὶ σχετλιασμοὶ εἰς τὴν πρόνοιαν. *Carmen iambicum querulum et expostulatorium de providentia, quod imialis bene, bonis male fit. Emendavit Eustathius Stuartus lib. I. Analectorum cap. 11. et latinis Iambis reddidit c. 12. Lugd. Bat. 1616. 4. [in cod. Ven. Marc. cat. p. 213. iam antea cit.]*

Eis τὸν Βαρέα τὸν καταφλυαρήσαντα αὐτὲ τὸ τῆ αἰρετικῆς ὀνομα. *In Baryt f), qui p̄r calumniam illi, quod humanioribus litteris paullo largius se imbuisset, nomen haeretici impeggerat, inuectiva versibus iambicis. Ex hac non omittendus locus, quo de se et parentibus suis avoque et avunculo episcopo loquitur:*

Εγώ, κάκιζε, δυσσεβὴς εἰς τὸν λόγον
Ὅς πατέρων μὲν ἐξέφυν θεοφρόνων
τὴν πίσιν ἐκ τε πραγμάτων πισυμένων
καὶ κλησων μάλιστα χριστανυμίας
[P] Πάππας γὰρ εὐμοιρηκαὶ Προδρομονίμης
καὶ θεῶν εσχον χριστὸν ὀνομασμένον
τῆς Ῥωσικῆς πρέδρον, ἀβρεν ἐν λόγοις
τῷ οἷς ἀναχθεῖς εὐσεβῶς ἀνετράφη.

cod. CDXXXVI. praemittuntur Luciani dialogis inter alia fragmenta, *Theod. Prodromi* ὁ ἀπὸ τῆς σεβαστοκρατορίας (Irenes) πρὸς τὸν οἰκῶν ἀνδρῶν eiusd. iambi σχετλιασμοὶ in providentiam, (cat. codd. gr. Ven. p. 213.) Ibid. inrer codd. *Napoli* cod. CCLXXXI. sunt plura (89) poemata versibus politicis, quae istum, saltem omnia, uti suspicatur confector. cat. codd. *Nap.* gr. p. 462. sqq. *Theodoro Prodromo* sunt tribuenda, altioris exit inquisitionis. — In cod. *Esorial. Prodromi* Tetrast. iambica et heroica in ea, quae summatione dicta sunt in veteri enarratione super hexaemeter et alia similia in sacra festa dominica et in miracula a Christo facta: — eiusd. et Iosephi *expositio in Psalmos* v. *Plüeri* itinerar. per Hisp. p. 192. — *Napoli* in bibl. regia cod. II. *Theodori Prodromi* iambi aliquot; eiusdem epist. ad Logothetam Stephanum, Melitensem et alios: cum alia

epistola, cuius inf. τὰτο ἐκάνο γλώσσα. — Ibid. in bibl. August. S. Ioann. ad Carbonar. cod. XXXI. *Prodromi* iambi varii argumenti. *Hartl.*

f) Gesnerus in *Barym*. Gailminis *Barym*, sed nomen hominis Βάρης, ad quod adludens Theodorus: ὄντως βαρύς ἐσσι, καὶ γενοὶ καρδία. Et mox ait componi ex βάρ, quod filium denotat, (non Graecis quidem, sed Syris,) et ὄς, quod suum,

Τὸ βάρ γὰρ ἔστιν ἐν Ἑλλάδι φησὶ
τὸ ὄς, ὡς προέγλας ἐστὶν ἡ σημεῖα. *Fabr.*

Florent. in bibl. Laur. Med. cod. XXVI. nr. 5. plut. 72. τῶ φιλοσόφῃ κατὰ Θεόδωρον τὸν Προδρομὸν εἶχει τριάντασι ὡς (301) γεγόνηται πρὸς τὴν Βαρίαν. v. *Bandini* l. c. III. p. 40. qui notat, reuera esse versus 292. iambic. *Hartl.*

Ait vero, si ad haeretici nomén sufficiat, litterarum humaniorum pleniores hausus mente imbibisse, haeticos fore etiam Basilium, Gregorios, Chrysostomum, Maximum.

Ἄρ' αἰρετικὸν ὡς λόγοις τεθραμμένον
 Καλεῖς λόγων ἄμοιρε, τοῖς ἐξωτέροις
 Ὡς συγκαλύψης τὴν ἑαυτῷ μαρίαν,
 Καλεῖς τὸ λοιπὸν αἰρετικὸν, εἰ θέλεις,
 Τὸν Γρηγόριον νῦν τὴν Βασιλεῖς χάριν,
 Τὸ χρύσειον μέλισμα τῷ Χρυσόστομῳ,
 Τὸ Γρηγόριος φθέγμα τῷ Νυσσαέως,
 Τὸν Μαξιμὸν, τὸ θαῦμα τῆς ἡσυχίας,
 Οἷς εἰς τὸσδε μέτεσι τῶν ἔξω λόγων,
 Ὡς καὶ Πλάτωνα ἐκτρέπεν καὶ Σωκράτας.
 Εἰ μὲν τὸ λεχθὲν αἰρετικίζεν λέγεις
 Συναιρετικίζοιμι τοῖς λελεγμένοις.

Eis εἰκονισμένον τῷ βίῳ; in imaginem vitae, uenit politus

Νεθετικοὶ κατὰ φθόγοντων, iambi ad impud.

Iambi ἀνεπίγραφοι in hystoria

Exstant in eodem volumine adiuncta etiam aliorum auctorum quaedam carmina ac poemata, de quibus alibi: *Rhetoris*, nescio cuius, in S. Chrysostomum, Pselli in tres Hierarchas et sanctas septem Synodos, Emanuelis Philo, (Φιλῆ), ὅτε ἐπὶ χρονολογίας μεταβληθεὶς ἀπηρτήθη ὁμιλὸν περὶ ἀσφαλείας, Iambi ad imp, Michaelis Palacologum, quibus nihil se aduersus illum scripsisse testatur, et propter ea, quae in chronographia scripserat, pulsus in exsilium, veniam ac securitatem postulat. *Calliclis* iambi in lacram crucem ab Augusta porphyrogenita, Anna Alexia, ornatam, in Christum in cruce, et in S. Georgium ex saxo candido sculptum: *Nicethori* denique *Callisti Xantopuli* synopsis S. Scripturae et alia carmina, de quibus supra, [vol. VII. p. 449. sq.]

Extra illud volumen prodit

5. *De sapientia dissertatio*, siue inuectiua in illud poetae, ἡ πῶν σοφίην ἐλαχεν, fors pauperum, sapientia, graece e bibl. regis christianissimi vulgata a *Federico Morello*, qui latinam quoque versionem addidit. Paris. 1608. 8. [vid. supra, notit. codd. et in cod. bibl. publ. Paris. MMMLIX. nr. 3. Harl.]

Inedita Theodori Prodromi scripta.

6. *Lexicon*, quod citat Meursius in glossario graecobarbaro.

7. *Ἐξηγησις* siue expositio in canones siue Hymnos, festis dominicis *) consecratos, Cosma episcopo Maiumae et Io. Damasceno. MS. in bibl. Vaticana, Caesarea, Muti-

S 3

g) Δεσποτικαὶ ἑρτάς Graecis adpellantur adnunciationis B. Virginis, Natiuitatis Christi, Purifi-

cationis B. Virginis, Epiphaniae, siue baptismatis Christi et transfigurationis, resurrectionis Lazari,

nensi aliisque. Vide *Lambecium* lib. V. p. 276. 277. ^{b)}. *Montfauconi* *Diarium italicum* p. 32. et *Labbei* bibl. nou. MSS. p. 97. Fragmenta exinde proferunt *Gretserus* tomi III. de cruce libro IV. et *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecorum p. 74. seq. Ab hoc opere Theodorus, qui illud Orphanotropho cuidam inscripsit, ὁ τῶν ἱερῶν κανόνων πρῶτος σαφηνιστής dicitur Nicephoro Blemmidae Orat. I. de processione Spiritus S.

8. *Epitome commentariorum Theodoriti in Psalmos.* *Labbe* p. 78. bibl. nouae MSS. *Fabr.* In cod. CXVIII. reg. *Matrit.* fol. 16. in L. priores psalmos interpr. v. *Iriarte* catal. codd. gr. p. 478. Codicem *Escorial.* iam in notitia cod. plurium memorauimus. Ex Theodoro autem hanc expositionis epitomen compilasse, et multa ad verbum transcripisse Theodorum Prodromum, *Iriarte* etiam ex comparatione vtriusque expositionis docet. *Harl.*

9. De processione Spiritus S. λόγος aduersus Latinos. Incipit: Φανερόν ἐστίν, ὅτι ὡσπερ ὁ υἱός, ἐτώ καὶ πνεῦμα τὸ ἅγιον οἶεται ἐκ Πατρὸς μόνος ἔχεν ὑπαρξίν. *Allatius* p. 629. seq. de consensu vtriusque ecclesiae.

10. *Gram-*

ri, festum Palmarum, Ligni seu crucis, resurrectionis, ascensionis, missionis S. Spiritus, et assumptionis B. Virginis. *Fabr.* Conf. cod. Laur. Medic. XXV. nr. 2. plut. 58. et *Bandini* de illò, in cat. codd. gr. Laur. II. p. 467. *Harl.*

^{b)} In cod. CCCXV. nr. 1. vol. V. comm. *Lambecii*, p. 579. ed. *Kollar.* *Lambecius*, epigraphæ graecæ, recentiore manu scripta, τῷ φιλοσόφῳ Θεόδωρῳ τῷ Προδρόμῳ ἐξηγήσει αἱ τρεῖς ἐν ταῖς θάουσι καὶ δεικνυμέναις ἱερταῖς μελετηθέντες καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν μελετῶν Κοσμά καὶ Ἰωάννου τῷ Διαμασκητῇ motus, tribuit istam expositionem *Theodoro Prodromo*. Sed *Kollarius* in nota *A.*, illam expositionem esse *Georgii* aut *Gregorii Pardi*, metropolitæ Corinthi, docet auctoritate codd. Vatican. ab *Allatio* in diatriba de *Georgiis* eorumque scriptis p. 418. sq. laudatorum, et in codic. Vindob. CCCXX. nr. 1. (p. 587. vol. V. *Lamb.* quem vid.) disertis verbis et vetusto calamo *Gregorio* Metropol. Cor. adferitur expositio in Canones s. cantica ecclesiastica festorum dominicorum totius anni etc. Idem *Kollar.* in nota memor. obseruat, cantica subiuncta esse ab Aldo, Venet. 1501. *Prudentii* sanctique *Procopii* poemat. versione prosaica κατὰ πόδα e regione adposita. Tres tamen canones s. cantica ecclesiastica, ostendit *Kollarius*, in cod. occurrere, quæ in Aldina aliisque edit. desunt. — Eadem expositio, *Theodoro* adsignatur in cod. Vind. CCCXVII., sed dissentiente *Kollario* p. 585. vol. V. Contra ea expositionem, quæ seruatur

in cod. CCCXVI. cum prooemio ad Orphanotrophon, (de cuius dignitate innereque v. *Lambec.* not. 5. p. 583. sq.) et nomine interpretis, Theodori, non addito in cod. CCCXVIII. recte tribui Theodoro Prodromo, is censet. — In vol. III. p. 172. cod. XLV. nr. 6. Κύριε Θεόδωρε τῷ φιλοσόφῳ ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τῶν θάου καὶ δεικνυμένων κανόνων, quæ *Lambec.* interpretatur: *Excerpta ex Dom. Theodori philosophi et Abbatis explicatione difficiliorum vocabulorum et phrasum in canonibus s. canticis sacris diuinorum atque dominicorum festorum*: enimvero non intelligendum esse *Theod. abbatem*, sed longe iuniorem *Theod. Prodromum*, contra *Lambecium* et *Caucum* animaduertit *Kollarius* in not. *A.* p. 173. et iam *Fabric.* noster in vol. IX. p. 166. not. c. vet. edit. — *Parisi.* in bibl. Coisl. cod. CCXIX. *Theod. Prodr.* enarratio in canones etc. inc. ab exaltatione crucis. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 273. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CCCXCXVIII. πνευματικὸς προδρόμος (s. *Theod. Prodromi*), αἱ τρεῖς ἱερταὶ (XIII.) tum in historiam Chrysostomi, Basilii, Nazianzeni et Nysseni; in trullam monasterii Pantocratoris (in monte Atho;) in imaginem Christi in cod. monasterio, et αἱ τὴν μύνακα. (v. cat. cod. gr. Marc. p. 262.) — In *Naniano* cod. CLXXV. et CLXXVIII. expositio in canones. v. confectorem cat. codd. gr. *Nanian.* p. 384. sq. imprimis p. 386. — *Taurini* in bibl. regia, cod. CCLII. cum prooemio ad Orphanotrophum. v. plura in cat. codd. gr. *Taur.* p. 369. *Harl.*

10. *Grammatica quasdam*, ad calcem Demosthenis obuia, in bibl. Vindobonensi, ut notauit *Nesselius* parte IV. p. 62. Codice philologico CV. *Fabr.* Iis, quae supra, vol. VI. p. 350. scripta sunt, adde *Theod. Prodr.* erotemata, ad grammaticam spectantia, in cod. *Mutinesi*, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 408. — in cod. CCCCXCI. *Veneto D. Marci.* v. cat. codd. gr. *Marc.* p. 257. *Harl.*

11. *Poema astronomicum*, versibus politicis ad Sebastocratorissam, Irenem. Vide *Lambecium* VII. p. 83. *Fabr.* f. p. 179. ed. *Kollar.* cod. XLII. nr. 24. tum in cod. *Vindob.* CXIII. nr. 2. de quo *Kollar.* in supplem. ad *Lambecii* comm. p. 668. — Idem *Kollar.* ib. p. 751. recenset cod. CXXVIII. in quo nr. 6. est *Theod. Prodr.* nondum edita *protopopoeia XII. mensium*, qua singuli docent, quid cuiusque tempore agricolis ceterisque agendum, vel non agendum sit, versibus iambicis: ibid. nr. 7. sunt incerti auctoris praecepta, tuendae valetudinis gratia data, ὑγιενὰ παραγγέλματα, versibus XXVIII. iambicis. Vtrum vero eiusdem sint *Theodori Prodromi*, et an vniquam viderint lucem, *Kollarius* decernere non audet. *Harl.*

12. *Poema in duos libros distinctum*, versibus itidem politicis. Horum priore libro paupertatem suam deplorat, ad imp. *Manuelem Comnenum*; altero inuehitur in abbatem suum, siue ἡγούμενον. MS. in regis Galliae codice MCCCXXXIV. et laudatur a *Cangio* in graeco glossario. *Fabr.* V. supra, in notitia codd. — In cod. *Veneto Marc.* CDXII. fin. est *Prodromi* monodia in *Andronicum Comnenum*; inc. σκηναὶ καὶ γεραφαί. *Harl.*

[P] 13. *De Mure*, ex codice regio laudat idem *Cangius.* *Fabr.* Conf. supra, vol. I. p. 337. not. b. *Harl.*

14. *In posteriora Analytica Aristotelis*, et περὶ ἐπιδεικτικῶν *Romae* in bibl. *Vaticana*, teste *Gesnero.* *Fabr.* Add. supra, vol. III. p. 215. — in cod. *Neapol.* regio CXX. — in cod. *Veneto Marc.* CCII. (cat. p. 111. fin.) — in cod. regio *Taurin.* CVIII. fol. 282. (cat. codd. gr. *Taur.* p. 215.) — in cod. bibl. *Parif.* MCMXXXII. nr. 2. secund. catal. codd. tom. II. p. 421. sic citatur: *Theodori Prodromi* paraphrasis in analytic. posteriorum *Aristotelis* librum II. siue potius in *Leonem Magentinum*, *Mitylenaeum* metropolitam, de demonstratione. Opus ineditum: inc. ὁδὲ τῷ Ἀριστοτέλει μεγαλονόημα. *Harl.*

15. *De paucis et multo, magno et paruo, quod non sint relativa sed contraria.* *Labbe* p. 115. *Fabr.* In cod. regio *Taurin.* XCIII. fol. 66. (cat. codd. gr. *Taur.* p. 184.) — in codd. *Parif.* bibl. publ. MCMXXVIII. nr. 3. — MCMXXXII. nr. 3. — MMCCCL. nr. 3. *Harl.*

16. *Ad quaesita Sebastocratorissae, Irenes, brevis enarratio*, in bibl. regis Galliae. id. p. 90. *Fabr.* De cod. *Veneto* v. antea, ad nr. 4. in notitia codd. — add. paullo antea ad nr. 10. et *Bandin.* in cat. gr. *Laur. Med.* II. p. 245. de cod. VII. nr. 2. plut. 55. *Harl.*

17. *Epistola ad Gregorium*, monasterii insulae *Oxiae* abbatem. Incipit, οἶμοι θεοπέσι καὶ σοφὲ με πότερ. Vide *Lambecium* lib. V. p. 233. [p. 480. ed. *Kollar.*]

18. *Aliae epistolae* in bibl. Bodleiana, inter codices Baroccianos n. CXXXI. teste Caueo. *Fabr.* In cod. bibl. publ. *Parif.* CCCXCVI. nr. 33. *Theod. Prod.* ad imperat. epistolae tres, ineditae dicuntur. — in cod. Neapol. reg. CXX. — Sed post Fabricii mortem editae sunt *epistolae* XIV. graece cum versione italica *Petri Lazari*, S. I. et latina anonymi et varietate lectionis, in *Miscell. ex MSS. libris bibliothecae collegii romani S. I. Romae 1754* tom. I. p. 1. sqq. et *tres epistolae*, gr. ibid. tom. II. p. 562. sqq. *Harl.*

19. *Declamationes.* in cod. *Parif.* bibl. publ. MMDCLII. in catal. II. p. 534. sic citantur, nr. 10. inedita declam. *de mure* (an illud, quod nr. 13. Fabric memorauit?) — nr. 11. cur Gregorius Nazianzen. natalem domini ceteris omnibus festis diebus anteponendum esse duxerit: — nr. 12. de quadragesima ante Christi natiuitatem et de tertiis ac quartis nuptiis, ad Alypiam. — nr. 13. ad Meletium, an ieiunium sextae feriae obliget. — nr. 14. an carne vesci liceat sexta et quarta feria, si in eas incidant festa dominica. — nr. 15. ad Nilum, quo tempore anima infantis corpus subeat, — nr. 16. ad eundem, de illis, qui in domino moriuntur. — nr. 17. an hominum vita certis limitibus definita sit. *H.*

XII. BARLAAM et IOASAPHI, siue IOSAPHATI *vita, historia ex interiori Aethiopia seu Indorum regione in S. urbem translata per IOHANNEM, monachum de conuubernio S. Sabae.* Hic est titulus libri (dramatibus eroticis vtique, sed castis ac piis adscribendi,) in codice Palatino. Vide *Sylburgii* catalogum MSS. p. 115. Prodiit latine separatim Antwerpiae in 12. et saepius inter scripta *S. Iohannis Damasceni*, e versione, non Gregorii Trapezuntii, vt habet titulus, sed Trapezuntio antiquiore, qua Vincentium Bellovacensem iam vsum obseruat *Allatius* libro de Georgiis p. 376. Sunt, qui *Iohannem Sinaitam*, qui sub Theodosio vixit, alii *Iohannem Climacum*, qui et ipse monachus Sinaita circa a. C. 564. claruit, libri graeca prosa compositi auctorem esse velint, cui etiam tribuitur in codicibus MSS. bibl. Paulinae Lipsiensis. Vide *Ioachi Felleri* catalogum p. 157. 163. Latinam versionem veterem nonnulli adscribunt *Anastasio*, bibliothecario, circa a. C. 870. celebri. Confer *Casp. Barthii* notas ad *Hermiae* pastorem p. 910. et eiusdem aduersaria p. 2951. *Labbei* bibl. nou. MSS. p. 192. Ab eo tempore latine denuo transtulit *Iacobus Billius* *Parif.* 1577. et gallice *Parif.* 1578. 8. *Damasceni* esse, post *Bellarminum* non ab re plerique eruditi dubitarunt, vt notauit *Rob. Cocus* censurae scriptor. vet. p. 428. seq. Graece e codice bibl. regiae se editurum inter dubia scripta *Ioh. Damasceni* tomo tertio recepit, qui iam duobus voluminibus genuina illius monumenta praeclaro studio expoliuit vulgauitque, vir doctissimus, *Michael Le Quien*, monachus O. P. *Fabr.* Sed non exstat lib. in ed. Lequiniana, v. infra in vol. VIII. cap. 30. p. 817. vet. ed. de *Damasceno*, vbi *Fabr.* plura scripsit de illa historia: — *Liber Barlaam et Iosaphat* f. l. et a. (*Spirae* circ. an. 1476.) fol. v. catal. libr. ducis de la Valliere, tom. II. pag. 598. *Gemeiner* Nachricht von den in der Regensburg. Stadtbibl. befindl. Büchern p. 69. sqq. *Panzer* A. T. III. pag. 30. nr. 67. qui in vol. IV. pag. 93. nr. 158. ex *Denis.* suppl. p. 505. refert edit. inscriptam: *Liber gestorum Barlaam et Iosaphat seruorum dei*, f. l. et a. in 4. — Praeter ea *Gemeiner* l. c. memorat edit. Argentorati 1485. (quae si est genuina,) *Basil.* 1558. et *Coloni* 1593. et obseruat, diuersam esse interpretationem ab illa, quam *Vincentius Bellouacensis* XV.

64. speculi histor. contractam inseruit, et integram dedit *Iac. Billius*. Paris. 1577. — Antiquas duas germanicas versiones recenset *von Heineken* in neuen Nachrichten, part. I. p. 250. sqq. alteram inscriptam: *hie vahet an eyn gar löblich vnd heylsam allen christgläubigen cronica, Sogend von eynem heyligen Kunig mit namen Iosaphat, wie der ward bekeret von eynem heyligen vatter vnd anpfißeln genant Barlaam*, sine l. et a. nota, fol. (Augustae Vindel. typis Zaineri 1470. v. *Zapfii* Augsburg. Buchdruck. Geschichte p. 141. qui vero aliam dedit libri inscriptionem); et alteram sine l. et a. et typographi nota; (probabiliter tamen Aug. Vindel. typis Anton Sorg.) — De editione: *Das Buch der christlichen Lere der histori Iosaphat vnd Barlaam*, sine loco et anno (1477.) fol. v. *Beyträge zur kritischen Historie der deutschen Sprache* etc. part. XXVIII. p. 657. sqq. vbi fufius describitur et argumentum libri cum specimine quodam versionis exhibetur. In eodem vol. part. XXVII. p. 406. copiose recensetur cod. mst. membr. cuius maxima pars ab interitu seruata poeticam historiae Barlaami et Iosaphati continet versionem. Add. cel. *Panzeri* Annalen der ältern deutschen Litteratur p. 23. et 97. — Graece exstat in cod. caesar. XXI. nr. 10. v. *Lambec.* comment. VIII. p. 614. sqq. qui Billii, Damasceno eam historiam adferere conantis, iudicium adfert, Kollarius tamen p. 619. nota A) addit, Billii rationibus commoueri non potuisse *Le Quien*, vt illam adiiceret Damasceni operibus. — Eadem historia est in codd. caesareis XXII. XXIII. XXIV. XXV. nr. 1. v. *Lambec.* VIII. p. 623. sqq. — *Monachii* in bibl. elector. cod. XVII. v. cat. codd. Bauar. gr. p. 5. — *Taurini* in bibl. regia, codd. CCIII. et CCCVII. v. confectorem catal. codd. Taur. p. 302. vbi is, „multa, ait, quoque de hac historia legis in prolegomenis Leonis Allatii editioni opp. Damasceni praemissis, num. XLIV. sqq. vbi et varias editt. latinas enumerat, et circa genuinum libri auctorem, atque historiae veritatem adcuratum examen instituit,“ et p. 394. — *Parisi*. in XVII. codd. bibl. publ. n. CMIII. vsque ad CMVIII. MCXV. — MCXXV. vsque ad MCXXXIII. — MCLXII. et MDCCVI. — In bibl. *Bodlei.* in cod. *Guil. Laudi* DCCXXVII. — in cod. Bodl. MMDXL. nr. 3. sic citatur in cat. codd. Angliae etc. l. p. 134. „Historia de rege *Auemur* et eius dicto contra Christianos, secundum Vincentium 15. libro speculi historialis. Absoluitur capp. 46. neque aliud esse videtur, quam historia Barlaam et Iosaphat secundum Ioan. Damascenum.“ — *Oxoniae* in bibl. collegii corporis Christi, nr. MDIX. inscribitur in cat. mem. liber gestorum Barlaam et Iosaphat, per Damascenum. — ib. in bibl. coll. S. Mariae Magdal. nr. MMCXXIX. historia Iosaphi e monasterio S. Sabae, siue vita Iosaphi et Barlaami, vulgo adscripta Io. Damasceno. — *Cantabrigiae* in coll. Sidney-Suffex, nr. DCCXLVIII. Io. Damasc. liber gestorum Barl. et Ios. — ib. in coll. S. Benedicti, nr. MDCXXXV. de gestis Barl. et Iosaph. etc. lat. — In tom. II. in bibl. eccl. cathedr. *Wigorniens.* nr. CMI. vita Barl. et Ios. — inter codd. *Burrough.* (cat. p. 332.) nr. MMMMMMDLXVI. excerpta de hist. Barl. et Ios. — inter codd. *Wheler.* (cat. II. p. 358.) n. MMMMMMMMMCMXXXVII. hist. Barl. et Ios. H.

[P] NARRATIO EORVM, QVAE APOLLONIO REGI CONTIGERVNT, e graeco versa ab homine Christiano ¹⁾, ante mille annos, exstat latine, e MS. bibl. Augustanae

¹⁾ *Symposio* versionem illam, incerta coniectura, tribuunt *Io. Meursius*, et *Casp. Barthius* lib. LVIII. cap. 1. Aduersariorum. Nempe in illa p.

699. et 700. eiusmodi aenigmata legi obseruauit, qualia Symposii habemus, de quibus dicere me memini in Bibliotheca Latina.

flanae vulgata a Marco Velfero Augustae Vindel. 1595. 4. atque inter eiusdem opera iun-
ctim durante Christophoro Arnoldo edita ibid. 1682. fol. p. 681 — 704. *Casus fuit*,
ut in extremo narrationis illius legitur, *Apollonius ipse descripsit, duo volumina perfecit*,
unum in templo Ephesiorum, alterum in sua bibliotheca collocavit. [Is Welferus in prae-
missa censura tradit, graecum exempl. reperiri CPoli inter libros Manuelis Eugenici et in
bibl. caes. Vindob.] Eandem narrationem latine, sed multis locis ab impressa discrepan-
tem habuit Mstain Theodorus Canterus, ut testatus est litteris ad Ioannem Meurnium.
Gallice etiam prodit Roterdami 1710. 8. hoc titulo: *Les aventures d'Apollonius le Tyr*,
par Mr. le Br. Et carmine politico graecobarbaro, Venet. 1696. 8. apud Nicolaum Gly-
sem, *διήγησις ὡραιωτάτη, Ἀπολλωνίου τῆ ἐν Τύρῳ ἐνμαρτά.* Fabr. Incipit historia Apol-
lonii regis, f. l. et a. 8. Panzer. A. T. IV. p. 85. ex Denis. suppl. p. 492. — *Gesta Apol-*
lonii, regis Tyri et Sidonis, ab Antiocho, rege Syriae, a regno Tyri et Sidonis fugati, in
cod. Bodl. XLV. f. num. MMDXL. cat. codd. Angliae etc. Versio germanica prodit Augu-
stae Vindel. typis Güntheri Zainer. 1471. fol. v. *de Bure* bibliogr. instructive, B. L. tom. II.
p. 100. nr. MMMDCCXXXI. et cl. Panzer. in: *Annalen der ältern deutschen Litterat.* p. 61.
qui animadvertit, libr. esse ex latino Godofr. Viterbiensis chronico excerptum. — Eadem
f. *die Histori des Königes Apollonius*. ibid. typis Io. Bemler. 1476. 4. — ibid. exc. Ant. Sorg.
1489. 4. v. *Zapfi* Augsb. Buchdruck. Geschichte, tom. I. p. 37. ac 56. et Panzer. libr. cit.
p. 92. et 115. — Vlnae ap. Hans Zainer 1499. 4. Panzer. ib. p. 243. — *Gallica: Avantu-*
res d'Apollonius de Tyr, Roman traduit du Grec par M. le Brun Paris. 1798. 18. — Ita-
lica versio: *Istoria di Appollonio di Tiro in ottava rima*. Venet. 1486. 4. — et f. loci nota
a. 1489. 4. quas edit. indicat cel. Panzer A. T. III. p. 238. et IV. p. 49. sed ignoravit
Paitoni, qui in bibl. degli Autori-volgarizz. I. p. 79. sq. recensuit edit. Mediolan. 1492.
4. — Venet. 1520. 4. et 1629. 8. — ibid. (1560.) 8. — Tarvisii 1679. 12. — Mediolani
(1560.) 8. — *Belgicam* interpretationem, Delphis 1493. 4. ex aliis recitat Panzer A. T. I.
p. 373. *Harl.*

[XENOPHONTIS, *Ephesii*, *Ephesiaca*. De illis Fabric. h. l. scripserat: „de qui-
bus Suidas: *Ξενοφῶν Ἐφεσῖος ἱστορικὸς Ἐφεσιακὰ ἐστὶ δὲ ἐρωτικά βιβλία ἰ περὶ Ἀβροκώ-
μου καὶ Ἀνθίας.* Huius operis erotici libri quinque habentur graece in monasterio S.
Virginis, monachorum Cassinensium ordinis S. Benedicti sub num. XCIV. Florentiae,
teste *Bernhardo Montfaucon*, diar. italici p. 365.“ Adde L. B. Locellam in praef. ad suam
edit. p. XIII. In praefatione autem ad vol. XIV. haec, quae sequuntur, supplevit Fabr.
„Interim dum praefens volumen excuditur, adlata ad nos sunt *Xenophontis iunioris*, patria
Ephesii, *Ephesiaca*, siue *de Abrocomi et Anthiae amoribus libri quinque.* Hunc altero an-
tiquiore Xenophonte, Atheniensi, non insuaviore dixerat *Politianus*, locum ex libro pri-
mo, latine a se redditum, referens cap. 51. *Miscellaneorum* *). Et est sane suavis lectu
ac delectabilis hic scriptor, dictio pura, elegans, candida, facilis: narratio pressa, aperta,
mirabilis, amoena. *) Neque eum si legisset, velut in exemplum λόγος σαπρὴς citaturus
fuisset

k) Pag. 63. sq. in Gruteri Thes. crit. et locum
repetiit L. B. Locella in Adnot. in Xenophont.
Ephesiaca p. 132. sq. *Harl.*

*) Add. L. B. Locellam in praef. p. XI. sqq.
qui etiam aliorum VV. DD. iudicia de Fabula et
silo Xenophontis, Ephesii, collegit. *Harl.*

fuisse magnus Grotius ad Ephes. IV. 29. λόγος σαπής, sermo putidus, id est, obscenus, qualia multa, credo, haberemus, si existerent Ephesiaca Xenophontis †). Certe multa obscena in Xenophonte hoc neutiquam offendas, qui quando scripserit distinde, nec verbulo prodit, perinde ut nec Suidas, in cuius codicibus libri decem ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ numerantur, siue librarii errore, siue Suidae: nam quinque tantum libri sunt, et absolutum est narrationis filum. Scripsisse ante Heliodorum, facile mihi persuaserim †). Ut eum in lucem protraheret, memini ante aliquot annos operam dedisse Gisbertum Cuperum, sicut ex eius litteris, ad me datis, didici. Idem in epistola †) ad Zachar. Goetziū, rectorem Osnabrugensem, data 16. Maii 1710. Significo, me id agere per amicos, quos Romae habeo amplissimae et reuerendissimae dignitatis, ut Xenophontis Ephesiaca typis describantur, quae in bibliotheca quadam Florentiae seruari certior factus sum: spero, me tam felicem fore, ut illa impetrem. Ex illa bibliotheca monachorum Cassinensium codicem graecum nactus sum, et cum magna et ingenio, atque Florentiae suae decus ingens et lumen, Antonius Maria Sponius, cum tot alios scriptores graecos eleganti velle Florentina induit, et eadem lingua Charitonem Aphrodisiensis octo libros de amoribus Chaeirae et Callirhoes proxime †) est datus, etiam Xenophontis Ephesiaca italice in lucem protraxit primus, degli amori d'Abrocomio et d'Anthia; Florentiae 1723. 12. nondum anno interiecto recusa curante Pe-

T 2

tro

†) Lenglet du Fresnoy, sub falso nomine Gordon de Percel, edidit: De l'usage des Romains, in cuius vol. II. p. 19. (a. 1734.) inscripto: Bibliothèque des Romains, putabat, aut somniabat, Xenophontis Ephesiaca omni tempore fuisse incognita, immo Saluinium, confecto quodam veteris graeci auctoris nomine, fabulae, a se conscriptae, maiorem celebritatem voluisse sibi parare. Et tamen graeco-latina ed. a. 1726. iam prodierat. Atqui L. B. Locella in praef. p. VII. not. 5. bene depexuit Galli loquacitatem et ignorantiam Harl.

†) De aetate hominis, dissentiunt viri docti. Immo vero, quod Suidas duo alios Xenophontes scriptores fuisse eroticos tradat, (v. infra inter deperditos script. erot.) I. B. Bodon, pag. 12. praef. ad suam Longi edit. suspicatur, tres istos Xenophontes esse Iudaeos. Saluinius in praef. ad suam vers. italic. Xenoph. Ephesi existimabat, in toto Xenophonteo libello nulla deprehendi posse indicia aetatis, qua floruerit. Doruillius in praef. ad Charitonem, Xenophontem esse censuit iuniorem Heliodoro, Achille Tatío et Longo, Bodon, Parmensis typographus eius aetatem reiecit ad finem quinti saeculi. Burmanno I. in epist. ad De la Croze in Thef. epistol. Lacroz. I. p. 73.

videtur non multum abesse ab aetate Luciani. Contra L. B. Locella, in praef. mem. p. VI. sqq. cum Iano Casperio, cuius Specimen dissertationis de Xenophonte Ephesio sine loco et anno, (a. 1740.) excerptum dedit, rescisis partim falsis, partim superuacaneis, aliis verius breuiusque expositis, et nouis accessionibus ornauit, Locella igitur multis argumentis demonstrauit, Xenophontem Ephesium fabulam suam, quasi rem, suo saeculo, actam narrasse, et ante Constantinum M. probabiliter circa Antoninorum tempora, siue rectius saeculo post Christum natum secundo exeunte aut saltem tertio ineunte scripsisse. Atque postremo animaduertit cum Hemsterhusio, inesse in nostri fabula moris antiqui vestigia quaedam non facile obuia, et iupriinis probam graecitatem et priscam stili simplicitatem proderere saeculum secundum vel tertium. Idem aliorum prauum de nostro eiusque stilo atque aetate iudicia somniaque examinat refutatque. Harl.

m) In epistolis de re numismatica ad Zach. Goetziū, editis Witteb. 1716. 8. p. 20.

n) Giornale de' letterati d'Italia tom. XXXVI. p. 331. Fabr. sed in lucem non emisit Charitona. v. paullo post de hoc scripta. Harl.

tro Antonio Rolli *), Londini 1723. 12. Latinam quoque laudati *Salurni* versionem *), et graeca ab eodem recensita exspectare iubebamur; sed interim *Xenophon* emendate ac nitidis typis *graece* excusus prodit Londini, subiuncta ad calcem voluminis perspicua latina versione *Antonii Cocchii*, Florentini, 1726. 4. *) cum qua Graecis statim ad latus posita fecundum breui accepi in Belgio typis Leidenſibus 7). Sed et *anglicanam* *N. Roothii* interpretationem *), typis exscriptam, eodem anno 1726. Argumentum totius narrationis lingua *gallica* exhibuit *ſollers* Parisiensium eruditiorum in diario nupero *) industria, addiditque censuram ac iudicium, doctrina et ingenio ipsorum dignissimum. Haec *ſenſus Fabricii*.

Postea

*) Id. p. 331. *Fabr.* — *Locella* l. c. p. XVII. 28. prodit; ait, Londini 1723. 12. et, ut videtur, imitatio solum titulo, Florentiae eod. anno. Idem narrat, *P. M. Paciaudum* in prologo de libris eroticorum antiquorum ad Parmensem Longi pastoral. editionem negasse, Londini fuisse ymquam excusam hanc interpretationem. Sed *Paiſon.* in bibl. degli autori — volgarizz. tom. IV. p. 48. memorat tantum editionem Londin. per Io. Richard, nulla Florentinae ed. mentione facta, et ex dedicatione Rolli quaedam refert. Ita quoque *Brüggemann* View etc. p. 431. Londinensem edit. laudat. — Recusa est illa *Salurni* versio auct. et correct. Londini ap. hered. Pickard. 1757. 12. et in Sylloge eroticorum graecor. (*Romanzieri Greci*.) vol. I. Florent. 1792. 12. *Harl.*

p) *Giornale* etc. ibid. *Fabr.* Id testabantur quoque *Brenemannus* in epist. ad Cuperum, *litterarum eius criticarum* p. 372. et *P. Burmann.* l. in Theſ. epist. Lacroziano l. p. 72. *Brenemannum* ipsum suscepisse editionem *Xenoph. ephesiæ*. tum adhuc ineditum, sed rem optatum exitum fortitan non esse, narrauit *Drakenborch* in ep. ad De la Croze in Theſauro laud. l. p. 118. qui in alia epist. ibid. p. 114. *Cocchium* male vocauit *Collam* add. ibid. p. 121. inprimis p. 123. *Drakenb.* epistolas. Nec *Abr. Torrenii* consilium, auctoris nostri edendi, (v. Theſ. laud. p. 75.) exitum habuit prosperum. *Harl.*

q) *Bibl. ancienne et moderne* tom. XXVI. p. 435. *Journal des Sav.* a. 1726. Dec. p. 550. a. 1728. Fevr. p. 154. *Acta erudit.* 1727. p. 191. *Fabr.* Sed *Cocchii* ed. est valde negligenter curata ex-eſaque. Iſte enim indiligentius descripsit apographum *Sahini*, multa perperam scripsit interpretatus, alia plane omiſit. Haec et alia acriter

notauit, et demonstraui *L. B. Locella* praef. p. XIV. sq. *Cocchii* interpretationem lat. non eam, qua alii eum maſtarunt, laudem merere, monet *Locella* et in praef. p. XVII. et in multis notis, in indice rerum, voc. *Cocchius* iam citans. *Cocchii* ed. inſcripta est *Zeno Curtes Egger* — *Xenophontis Ephesi Ephesiæcorum libri V. de amoribus Anthiae et Abrocomae*. Nunc primum prodeunt e cod. vetusto — Florentiae, cum lat. interpretatione *Antonii Cocchii* Florentini. Londini: typis Guil. Bowyer. 1726. 4. *Cocch.* tamen reliquit exemplar, in quo multa et in textu, ex collato cod. Cassinensi, et in sua interpretatione correxerat: quod accepit *Locella*; sed vide eius de *Cocch.* opera iudicium in praef. p. XX. sqq. — conf. *Brüggemann* View etc. p. 430. sq. *P. M. Paciaudum* autem in prolog. de libris erot. antiquor. ad Parmensem Longi pastor. edition. aliosque, quando negant, *Cocchii* edit. Londini prodisse, sed Florentiae typis esse excusam contendunt, valde errasse, docet *Locella* l. c. p. XIV. not. 31. *Harl.*

r) *Brenemann.* Lugd. B. ap. *Luchtman*nos edit. *Xenoph.* moliri; narratur quidem in *Act. erud.* Lips. a. 1727. p. 191. et *Fabricium* illum locum, dum superiora scripserat, in animo habuisse videtur. Sed rem caruisse exitu, paullo ante iam ostendimus. *Harl.*

s) *Journal des Savans* 1727. Iun. p. 280. *Harl.* In *Brüggemann* View p. 431. sic citatur: *Xenophon's Ephesian History; or the Love-Adventures of Abrocomas and Anthia. In five Books. Translated from the Greek. By Mr. Ropke.* London: printed for I. Millan etc. 1727. 8. *Harl.*

t) Id. 1728. Fevr. p. 153. 175. edit. Amſtel.

Postea ter est Xen. Ephes. libellus in linguam franco-gallicam conuersus: prima, sat fidelis, facta est interpretatio ab anonymo: *Les Ephésiaques de Xénophon Ephésien, ou les Amours d'Anthie et d'Abrocomas, traduits en françois. Paris. 1736. 12.* siue potius à la Haye, vt legitur in alio eiusdem libelli titulo, cum a. 1737. Altera a *Jourdaino* quodam Massiliensi, non ex graeco sermone, sed ex versionibus Cocchii et Saluini, quibus cum toties errauit, quoties ipsi alucinati sunt, misere concinnata; est enim infidelissima et monstrum potius versionis declaratur a censore in *Mémoires pour l'histoire des sciences, a. 1748. m. ius.* atque a *Locella* tum in praef. p. XVII. sq. tum passim in adnotatt. (v. indic. rer. voc. *Jourdain*.) Inscripta est: *Traduction françoise des Avantures d'Abrocome et d'Anthie par Xenophon d'Ephèse, 1748. 12. sine loco.* — Tertia a *Mercier, Abbé de St. Leger,* in supra laudata Bibliothèque des Romains etc. vol. I.

Omnia fere Londinensis exemplaris menda, paucis modo tacite correctis, retinuit, et vero noua inuexit Lucensis typographus, Franc. Bonfignori, qui recudit textum graecum ed. Londin. additis versionibus Cocchii latina, Saluini italica, et Jourdaini gallica, Lucae 1781. 4. v. *Locella* praef. p. XV. — Lucensis edit. vitia retinuisse et noua addidisse, textum gr. et Saluini vers. italicam modo temere, modo male immutasse, suisque adulterasse additamentis, menda tamen nonnulla correxisse melioresque lectiones, sed clam, in textum intulisse editorem Vindobon., *Locella* in suis adnott. passim dequit, v. eius indic. p. 299. voc. Editionis Vindobon. curator etc. et in praef. p. XV. sq. vbi inter alia crimina conuictaque eum nominat, teterrimum veteris graeci scriptoris editorem, „cuius nomen, ait, (ipsi ignotum,) ad calcem ineptae suae graecobarbarae praefationis litteris Π. Ι. indicatur.“ Enimuero editor fuit *Polyzor Hierus*, qui aliquando fuerat professor graec. ad eccles. Graecor. non vnitarior. sed 1793. in patriam suam, Epirum, reuertit: vulgo vocabatur *Platonius*. Epigraphe autem edit. est: *Ξενοφῶντος Ἐφεσίου τὰ κατὰ Ἀνθίαν καὶ Ἀβροκώμην νῦν πρῶτον Ἑλληνισί μετὰ τῆς Ἰταλικῆς μεταφράσεως τῆ σφωτάτης Ἀντωνίου Σαλυνίου τυπωθέντα διὰ φιλοτίμου δαπάνης τῆ χρησιμότη. ἐν πραγματευταῖς Παναγιώτῃ Δημητ. Χ. Νέκτ. τῆ ἐξ Ἰωαννίνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Ἀουστρίας, 1793. 8.* — Et tamen multo plura post Cocchium praestari potuerant ab editoribus, quod Alberti, Abreschius, praecipue Hemsterhusius in emendanda explicandaque Xenophontis historiola cum summa laude versati, ope artis criticae ingeniiue sagacis beneficio multa loca, vel defidia Cocchii vel tarditate librarii corrupta, in Miscell. obseruatt. Belg. feliciter sanarunt, aut acute ingenioseque tentarunt. Primus, sub nomine *Gratiani de S. Bauone*, in vol. III. tom. I. p. 97 — 100. (Amstelæd. 1733. 8.) reposuit stricturas in Xenoph. Ephesii erotici. *Abreschius* scripsit notas criticas et grammaticas in Xen. Ephesium in vol. X. tom. II. p. 201 — 218. in tomo III. p. 345 — 358. item in Miscell. obs. nouis tom. III. p. 1 — 36. et tom. VI. p. 489 — 512. — *Hemsterhusius* denique medicas manus feliciter adhibuit in multis paene lixatis locis in notis atque emendatt. ad Xen. Ephesium in vol. III. tom. III. pag. 402 — 422. (statim ad initium s. pag. 1. ἀβροκώμην cum spiritu aspero scribendam censuit, et sic edidit *Locella*, cuius notam doctam p. 422. sqq. edit. conseres,) — in vol. IV. tom. II. p. 282 — 292. — vbl. V. tom. I. p. 17 — 32. — tom. III. p. 49 — 72. — vol. VI. tom. I. p. 292 — 302. — tom. II. p. 201 — 218. — Horum, Doruillii, qui in animadu-

ad Charit. multa Xenoph. Eph. loca emendat, aliorumque monitis opibusque prudenter usus, cod. Florentino in multis locis per amicos denuo collato, *L. B. Locella*, ab ingenii bonitate, iudicii acumine, scientia copiaque litterarum graccarum pariter commendabilis, ita emendatiorem melioremque dedit Xenoph. Eph. historiam, multis lacunis expletis, vt in praef. p. XXII. iure gloriari posset, nouum iam fere prodiisse Xenophontem Ephesium. Inscriptio autem haec est: *Xenophontis Ephesi de Anthia et Habrocome Ephesiacorum libri V.* graece et lat. Recensuit, suppleuit, emendauit, latine vertit, adnotationibus aliorum et suis illustrauit, indicibus instruxit *Aloys. Emeric. L. B. Locella*, S. C. R. A. M. a consiliis aulae. Vindobonae apud A. Blumauer. 1796. min. 4. Locella in suis copiosis eruditisque adnotatt. loca difficiliora critice, antiquarie et grammaticae explicuit. Loca, quoties Xen. Eph. siue e cod. Florent. emendatus suppletusque aut siue probabili coniectura, siue meliore distinctione correctus aut coniectura tentatus aut ab aliorum coniecturis vindicatus sit, in indice rerum p. 309. sq. abunde designantur, et in indice graecop. vocabula, quae in H. Stephani et D. Scotti lexicis non reperiuntur, vel auctoritate carent, diligenter notantur. Pag. 170. fin. obseruat, ab *Antonii Diogenis* imitatione totum pendere eroticorum scriptorum genus. Conf. etiam ephem. litt. Götting. 1796. nr. 155: p. 1548. sqq. nou. vniuers. bibl. germ. Kilon. vol. 37. part. I. fasc. I. p. 18. sqq. Ien. A. L. Z. a. 1797. m. Febr. nr. 37. pag. 289. sqq. vbi praeterea de ingenio eroticorum adeoque etiam nostri fertur iudicium.

Nouissima *Xenophontis Ephesiacorum* ed. gr. et lat. curata est a *Mitscherlichio* et addita eius edit. *Longi* pastoralium. — Num editio, quam molitus est *Anton. Haakma Tresling*, lucem adspexerit, nescio et fere dubito. Ille vero scripsit obseruat. criticas in libr. I. et II. in Aduersariorum criticorum specimine, Gröningae 1792. m. 8. neque tamen obss. illius plausum Locellae, qui p. 263. eum vocat *mirificum*, tulisse videntur. *Germanicas* (*Bürgeri*) Lips. 1775. 8. et (*Häusslini*) Onold. 1777. 8. ad latina Cocchii verba probabiliter compositas versiones valde damnat et commiseratione potius, quam reprehensione dignas esse censet *Locella* in praef. p. XVIII. sq. — Libera et decurtata est interpretatio *Ern. Christinae Reiskiae* in lib. zur Moral etc. Lips. 1782. 8. p. 285. sqq. — Ex versione Saluinii italica potissimum confecta interpretatio, multis tamen pro lubitu variaque ratione in Xenophontis historia mutatis, additis aut detractis, prodiit Stutgartiae: *Abrahamas und Anthia oder der Triumph ehelicher Treue. Nach Xenophon.* Mit einer italienischen Uebersetzung, (Saluinii,) und einem Titelkupfer. Stutgard. 1798. 8. cf. nou. vniu. bibl. germ. vol. 44. p. 374. et Ien. A. L. Z. a. 1799. nr. 77. *Harl.*]

[*CHARITONIS, Aphrodisiensis, de Chaerea et Callirrhoe amatoriarum narrationum libri VIII.* Fabricii aetate inediti. Hinc tantum de iis ea, quae sequuntur, scripserat. „Etiam hoc opus eodem in loco, (n. Florentiae in monasterio S. Virginis,) manu exaratum occurrere, testatur Montfaucon. Sed et in *Vaticana* bibl. exstat, teste *Huetio* p. 69. et *Mallincrotio* in paralipom. de historic. graecis, ex *Dithmaro Müllero Tremonensi*, editore eroticorum *Andreae Capellani*.“ *Hactenus Fabric.* De Charitone pauca dici possunt, et *Doruille* in praef. notisque, quae vel certa essent, vel probabilia, iam exposuit. Ortus fuit *Aphrodisiade* in confinis *Lydiae* et *Cariae*, ac rhetori, *Athenagorae*, a manu (*ὑπογραφεὺς*)

Φεύς) v. Dorv. comm. p. i. sqq. vbi quoque plures recensentur *Charitones*. Noster vero eidem Dorv. in praef. p. XIX. sq. vixisse videtur post Heliodorum, Achillem Tatium et Longum, immo post Xenophontem Ephesium. Atque *Locellae* in praef. ad Xen. Eph. p. VI. not. 3., nostrum Photii saltem aetno antiquiorem fuisse, valde credibile est. Ingenio et dictione non minus, quam inventionem atque exornationem fabulae cedit superioribus eroticis, caret tamen insignibus illorum vitiis. Atque, ut verbis utar Doruillii, praef. p. XIX., historici more, modo probabilitate narratorum lectorem detinere magis, quam delectare et mouere satagisse videtur: nihil ab eo fictum, quod ad miraculum accedat; quo in genere Heliodorus ipse et Achilles Tatius sibi indulserunt aliquando: episodias nullas inseruit, et circa alia ornamenta; quae tamen fabula, ad animos delinientos vnice composita, non tam admittere, quam etiam postulare videtur; nimis quoque parcus ac sobrius. Eius autem amatorias narrationes Doruillius primus ex cod. Florentino in lucem produxit: nam in cod. quodam *Vaticano* illas quoque exstare, dubitat Dorv. saltem nihil potuit certi resciscere, nec *Montfaucon* in Bibl. bibl. MSS. inter codd. Vatic. talem memorat, quamquam tom. I. p. 414. sqq. E. et A. cod. Florent. in quo erotici scriptores cum alijs continentur, vberius recenset: curatiorem tamen eius notitiam dederunt *Cocchius* in praef. Doru. p. XV. sq. et *Locella* praef. ad Xen. Ephesium p. XIII. sq. Charitonis quidem narrat. amat. ex cod. illo exscripserant et publici iuris facere voluerant Saluinius et Cocchius; item Torrenius. (v. Thes. epistol. Lacroz. I. p. 72. 118. et 121.) Sed alijs laboribus distracti rem ad exitum non perduxerunt. Cocchius igitur concessit et suum et Saluini apographum Doruillio, cuius rogatu Reiske, tum Leidae commoratus, contextum graecum, qui prelo pararetur, descripsit, sed, inuito Doruillio, suas hinc inde infarsit coniecturas, quas Doru. partim sustulit, partim in animadu. indicauit. Idem Reiske confecit versionem latinam^{u)}, et emendationes atque coniecturas suas in Charitonem subministravit. Tandem comparuit editio, inscripta: *Χαριτώνες Ἀφροδιταίως τῶν περὶ Χαριέαν καὶ Καλλιρόην ἐρωτικῶν διηγημάτων λόγοι* η, *Jacobus Philippus D'Orville publicauit animaduersionesque adiecit.* Amstelod. apud Petrum Mortier 1750. 4. II. voll. quorum prius continet textum graecum et Reiskii versionem lat. vsque ad libr. VII. — posterius vero versionem lat. libri VIII. Reiskii emendat. etc. et vberimum Doruilli commentarium, qui vere dici potest graecae eruditionis thesaurus; in quo praeterea infinita paene veterum auctorum loca emendantur atque illustrantur. — Illam Doruill. editionem iterum et emendationibus virorum doctorum adiectis auctiorem ita recudi fecit cel. *Beckius* Lipsiae. 1783. 8. ut et suas et *Abreschii*, Reiskii, Valckenarii ac Pierfonii coniecturas adieceret. — In linguam germanicam conuersa est Charitonis historiola (ab *Heyne*.) Lips. 1753. 8. — in linguam gallicam, a *Larchero*, additis notis, Paris. 1763. 8. (v. *Klotzii* acta litteraria vol. III. part. IV. p. 429. sqq. et *Villoison* in prolegg. ad Homeri Iliada p. XLVI. not.) — a *Fallet* cuius versio valde liberalis esse dicitur, Amstel. 1775. et 1776. 8. tom. I. II. nou. edit. Syracus. et Paris. 1784. 12. II. tom. — a *Mercier*. cum reliquis eroticis scriptor. in: *Bibliotheq. des Romans*. — in linguam

^{u)} Quae ab *Antoniolio* in epistola, Pisis edita, reprehensa et notata fuisse dicitur. v. *Saxii* Onom. I. p. 474.

linguam italicam f. l. 1752. 4. et Venetiis. 1755. 8. v. *Paizoni* bibl. degli autori-volgarizz. I. p. 199. sq. — In linguam anglicam, Londin. 1764. 12. II. voll. *Hart.*]

De aliis, quae edita graece superfuunt scriptis eroticis, alibi iam in hoc opere dicere me memini, sunt autem *Anacreontis*, *Sapphonis*, *Alcaei*, aliorumque lyricorum poemata, amores spirantia, de quibus lib. II. cap. 15.

Platonis, philosophi, *ἔρωτες*, *Phaedrus* et epigrammata lasciuia, de quibus lib. III. cap. 3. [vol. III.]

Demostheni tributa oratio *ἔρωτες* inscribitur, de qua lib. II. cap. 26. [vol. II.]

Parthenii Nicaeni amatoriae narrationes, de quibus lib. III. cap. 27. [vol. IV. p. 305. sqq. Add. *Cononis* narrationes, *Ptolemaei* historiae ad variam eruditionem pertinentes: *Parthenii* erotica, gr. cum notis variorum et suis emendat. edidit, ac de eisdem nominis veteribus scriptoribus praefatus est *Lud. Henr. Teucherus*. Lipsiae 1793. 8. In *Parthenii* textu quaedam correxit *Teucher*. — *Cononis* narrationes L. ex Photii bibliotheca edidit et adnotat. illustravit *Io. Arnold Kanne*; praefixa est epistola ad Heynium; adiectum *Chr. Gottl. Heynii* spicilegium obseruationum in *Cononem*. Gottingae 1798. 8. — *Parthenii*, *Nicaenis*, narrationum amatoriarum libellus, emendatus studio *Lucae Legrand*, prof. litter. graec. Basileensis, in lucem editus curante *C. G. Heyne*, ibid. eod. an. cum Heynii epist. ad *Legrand*. Vterque lib. etiam iunctim editus habet inscriptionem: *Cononis* narrationes quinquaginta et *Parthenii* narrationes amatoriae. ib. 1798. 8. *Kanne* opera praesertim versata est in illustrandis, qui enarrantur, mythis. — *Eusebii* de *Ismeniae* et *Ismenes* amoribus; et *Parthenii* *Nic.* de amatoriiis affectionibus, latine. Lugd. B. 1618. 12. — Gallice vertit vna cum *Plutarchi* narrationibus amatoriiis (les affections d'amour,) *Mercier* in bibl. des *Romans*, vol. I. Paris. 1796. 12. Add. *Introductio* in hist. L. Gr. I. part. I. p. 581. sq. *Hart.*;

Plutarchi *ἔρωτες* et amatoriae narrationes, de quibus lib. IV. cap. 13. num. 97. et 98. [vol. V. p. 187.]

Luciani, *Samosatensis*, *Ἀἰνους*, *ἔρωτες* ad *Theomnestum*, et dialogi meretricii, de quibus lib. IV. cap. 18. [vol. V.]

Epistolae eroticae *Aristaeneti*, *Alciphronis*, aliorumque, de quibus lib. II. cap. 10. [vol. I.]

Musaei carmen de amoribus *Heronis* et *Leandri*, de quo lib. I. cap. 16. [vol. I.]

XIII. *Ineditos* huius argumenti scriptores graecos hosce obseruavi, qui a viris doctis aliquando, si tanti videbitur, in lucem protrahentur.

1. **IAMBLICHI**, liberti, *Marco Antonino* imperante clari, *Babylonica de Sinonidis et *) Rhodanis* amoribus memorata *Suidae*, qui libros XXXIX. et Photio cod. XCIV. *) qui

*) *Ῥοδάνας*, *Suidae* *Ῥοδῖνος* viri nomen, *Συνωνίς* virginis, non contra, vt *Mauffacius* p. 156. ad *Harpocrat.* notatus eo nomine a *Reinesio* p. 363.

Var. lect.

w) P. 235. sqq. ed. *Rhotomagi*, 1635. conf. infra, vol. IX. de Photio, p. 404. *Hart.*

qui libros XVI. numerat et argumentum eorum compendioso recenset. Meminit Iamblichi iterum inter scriptores eroticos Photius codice CLXVI. Suidas in Γάμος et Φάσμα et Theodorus Priscianus, siue Octavius Horatianus lib. II. de re medica cap. 11. apud quem pro Sirii aut Aulii legendum Syri Iamblichi, ut notant Reinesius p. 514. Var. lectt. et Vossius p. 548. de hist. gr. fragmentum quoddam illius operis Leo Allatius cum versione sua edidit in graecorum rhetorum et sophistarum excerptis. Romae a. 1641. 8. sub falso nomine rhetoris Adriani, inter cuius declamatiunculas nihil declamationis simile habens quarto loco legitur. Sed in codice bibl. Florentinae, unde exscripsit Is. Vossius, inscribitur: Ἐκ τῶν Ἰαμβλίχου ἱστορῶν βαβυλωνιακῶν, περὶ Πρωδῆ *) βαβυλωνίων βασιλέως, teste Colomiesio p. 16. opusc. Opus integrum fuit manu exaratum in bibliotheca Scorialensi, si catalogo MSS. fides, (non edito illi Alex. Boruoetii, sed Martini Lafarinae, abbatis et Philippi IV. a domesticis sacris et consiliis, quem ἀνέκδοτον habuit Ilaacus Vossius.) Verum bibliotheca illa periit incendio anno 1671. *). Dicuntur Iamblichi Babylonica edere voluisse

1) Aloy-

x) Vossius pater p. 548. de hist. gr. legit περὶ πρῶτου τοῦ βαβυλωνίων βασιλέως. Sante apud Photium regis nomen Γάμος, non Πρωδῆs.

y) In notitia codd. gr. Escorial, et a Plünero et a Clarkii exhibita, nomen Iamblichi erotici invenire non potui: neque reperi codicem Iamblichi memoratum in catalogo codd. quos possedit Burmannus II. instor., subiecto catalogo illius bibliothecae. Et tamen scriptor ille libri erotici inst. fuisse penes Burmannum, et hic illum editurus dicebatur. v. Reiske ad Constant. Porphyrogen. de caerimoniis aulae Byzantinae, tom. II. p. 4. sq. Adii- cere quoque liceat mihi, quae cl. Villoson in indice rerum ad Anecdota graeca, voc. Schefferus p. 511. adnotavit. Ericus Fant, in specimine tertio histor. litteraturae graecae in Suecia, Vps. 1777. p. 94. de Christinae, reginae, meritis litterariis et intima L. Gr. peritia atque codd. graecorum ubique comparandorum diligentia docte disputans, „opera, ait, I. Vossii, qui Belgium foederatum, Galliam et Germaniam impensis eius peragravit, ut rariora compararet huius generis cimelia, — — — Iamblichi chronicon Babylonicum et Philostorgii Arriani historiam ecclesiasticam, in modico, et, quod vix fidem inueniunt, pretio (cent soixante mille ecus) redemisse narratur: quod chronicon quum adulterinum esse dudum probauerint eruditi, non optimum harum rerum arbitrum et mercatorem Vossium fuisse constat.“ Arckenholz Mémoires de Chr-

stine, tom. I. p. 268. Idem Fant in nota subiecta ad h. l. ibid. p. 94. „In Matrit hat sie (regina Christina) auf den einzigen Codex Mscr. Iamblichi eine Kopie Goldes angewendet, weil er so ungemein rar war, verba sunt Schurzfleischii in Notitia litteraria p. 4. citata a Plantin. l. c. p. 38. (i. e. in Olavii Plantin, Angermannia Sueci, Vindemiola litteraria, in qua Hellas sub Arcto, siue merita Suecorum in linguam graecam brevissime et modestissime exponuntur, Wittebergae 1736. 8.) Sic autem pergit Ericus Fant. “ Io. Henr. Boeclerus etiam in commentario de rebus saec. IX. ecclesiasticis p. 309. haec habet: servata sunt illius [Iamblichi, qui Babylonica scripsit,] opera in Palatio Escoriali regis Hispaniarum, quae regina Sueciae maximis sumptibus redemit, quod unicum illud exemplar in tota rerum natura exstaret; quorsum nunc delatum fuerit, nescio. Quam fidem haec mereantur, non iudicamus“ inquit Fant, cuius doct. viri, ut et cl. Arckenholzii pace mihi dicere liceat, haec Iamblichi Babylonica non magis fuisse babylonicae historiae chronicon, quam historiae aethiopicae chronicon censenda sunt Heliodori Aethiopica; at vero haec Iamblichi Babylonica fuisse fabulam Milesiam, de Rhodanis et Simonidis amoribus, libris XVI. composuit. — — Confer te Beau iunior. in actis acad. Inscr. tom. XXXIV. p. 57. sqq. et nostras animadvert. ad primum Longi πομπικῶν libr. p. 31. Videndum autem, an hoc Iamblichi Babylonicum

V

FIN

Vol. VIII.

1) *Aloysius Alemannus*, de quo *Ioh. Woweranus* II. 10. epistol. (in litteris datis Florent. Cal. Sept. 1601.) *Aloysius Alemannus is, qui Longi pastoralia vertit* ²⁾, *nescio quae Iamblichi inedita parat.* 2) *Gothofredus Iungermannus*, de quo Scaliger in Scaligeranis secundis p. 222. [f. pag. 410. ed. Amstel. 1740. voc. *Iungerm.*] *Iungermannus donnera amatoria de Iamblichus, qui à esté du temps de Commodus.* Iungermannus ipse praef. ad Longum: *si mihi fauebis, — — dabo operam, ut alium mox scriptorum amoenissimum habereus ἀνέκδοτον publice habeas.* 3) *Gilbertus Gaulminus*, qui in notis ad lib. de vita et morte Mosis, illa citat p. 283. et p. 216. *Ad Iamblichum ἐν βαβυλωνιακῆς plura dicemus.* Quo tamen in loco non [P] integrum opus Iamblichi, sed tantum epitomen eius, a Photio conciunnam, promittere Gaulminus videtur *Colomesio* p. 264. Galliae orientalis. Diuersus fuit hic Iamblichus et antiquior Iamblichus idem Syro, Chalcidensi, qui sub Constantino, imp. claruit, de quo dixi supra lib. IV. [cap. XXXI. p. 758. sqq. et inprimis de Iamblich. erotico p. 759.] Confexscholion graecum, ab Hoefschelio editum, p. 937. ad Photium, e quo discas, Iamblichum, Babylonicorum scriptorem, genere Syrum, Babylone a nutritio suo educatum fuisse captumque inter alios, quum Traianus, imperator, Babylonios bello inuasisset: ex quo Suidas forte Iamblichum istum ἀπὸ δέλου, siue mancipium fuisse scribit, Alioqui Babylone scribam regis gessit hic Iamblichus, linguae syriacae et babylonicae peritus et postea graecam etiam ita edoctus sub Traiano, (Ionsius sub M. Antonino, Scaliger sub Commodus vixisse adfirmant,) ut rhetor non ineptus illa quoque lingua euaserit.

2. ANONYMI *de amoribus Callimachi et Chrysostrorhoës* versibus politicis, laudat *Meursius* in glossario graecobarbaro vocabulo βάνειν et alibi passim.

3. NICETAE EVGENIANI poesis *de Charicellis et Drosillae amoribus*, ad imitationem Prodrumi ^{aa)} philosophi, vide *Labbeum* bibl. nou. MSS. p. 220. *Fabr.* Conf. *fabr.* pra vol. VII. p. 749. fin. adnotata. *Harl.*

[P] 4. ANONYMI ποινμας, scriptum ante annos 400. *de amoribus Lybistri et Rhodamnes*, MS. in cod. Colbertin. MMMMCCCLXXXIV. Citat *Meursius* glossario graecobarbaro in γαῖ-τρώνιον et alibi. *Crassus Turco-Graecia* p. 489. 490. *Cangius* in *Βιτγία* etc. *Argumentum*

rum apographum cum ceteris Christianae libris in Vaticanam bibl. delatum fuerit, si tamen illud vniquam e Scorialensi bibliotheca habuit Christiana, nunquam certe infans illo 160000 numerorum pretio emtum. Hactenus cl. *Villoison*. — *Montfaucon* in *Bibl. biblioth.* MSS. I. p. 348. sq. memorat eod. XII. plut. 57. bibl. Laurent. Medic. in eoque inesse scribit *parecholas* ex Callicinio, Adriano rhetore, *Iamblichi historia babylonica*, etc. Sed *Bandin.* qui eundem codicem vteretur recenset, nullam Iamblichi illius inicit

mentionem. Add. *Saxii* *Onom.* I. p. 326. qui Iamblichum illum, prodiit, vixisse imperantibus M. Aurelio et Commodus circ. a. Chr. 176. *Harl.*

2) Non vertit, sed tantum edidit Longum Alemannus; itaque recte Colomesius in Wowerii verbis exhibet *dedit*. Adde hunc Aloysium Alemannus, quos singulari libro descripsit *Urbanus Gotfridus Siberus*. Lips. 1710. 4.

aa) Theodori Prodrumi, de quo supra §. II.

mentum et Specimen ex Crusio adscribere placet: *Constat versibus politicis: id est, bina dithetra iambica, (quorum posterius, catalecticum) habentibus. Ut cum Rhodamne, quae adhuc repugnarat amanti Lybistro, iam benigne respondet, ipse gaudet:*

Ψυχὴ γὰρ ἐρωτότερος, ὅσα ψυχοπονέση:
Κάνει τὰς πόνους, ἂν γλυκὺν μάθῃ τὸ πόθῳ λόγον.

Anima enim amore vulnerata, quamvis multum doluerit,
perdit dolores, ubi dulce perceperit de amore responsum.

In talium vero dimensione, συναίρεσις fit:

Πόσας κινδύνους ἔπαθες, καὶ ἀνάγκας ὑπέσθην;
Τὶ πράγματα ἐσυνέβησαν δισέναν εἰς ἐμένα;
Πέρας ἀνάγκης ἔσθῃσιν, καὶ σιθὲν καρδίαν:
Να μετὰ συνεπάσχησες, τὰ ἐπάσχησας δὲ ἐσέναν.

O quot pericula adii, quot necessitates sustinui?
O quae acciderunt propter te, (cara Rhodamnia,) mihi?
Saxeum si habuisses sensum, et ferreum cor,
Certe in his condoluisses, quae passus sum propter te.

Addam sane totius fabulas huius argumentum: quantum ex initio, et transposita hinc inde folia habente, fragmento, colligere potui: ordinans hoc modò narrationis seriem.

Lybistram, ingenio formaque praestantem iuvenem, Christianum, regem latinum; solum tristissime vagantem, (quia magico dolo suam carissimam uxorem, Rhodamnam, amiserat, eamque requirbat,) inuenit quidam, nomine Clitophon, et ipse amore tristis. Hi una amicitiam iuramento ineuntes firman. Huic Lybister narrat: quomodo initio amorem contemnens, postea, occasione venationis et somnii, in eum inciderit; itaque centum ministris conuitatus, in regionem ethnici regis Chrysi venerit: ac post multos totius biennii labores, speciosissimam illius filiam consilio amici, multis litteris sagitta in arcem eius, nomine Argyrocastrum, coniectis, operaque Eunuchi adhibita, concilians, nomine Rhodamnam, (visito Aegyptio rege, Friderico, qui rivalis eius erat,) in matrimonium duxerit: successorque regni, a socero designatus fuerit. Deinde dolo [P] Friderici, (sicut a vate ei praedictum fuerat,) magia eiusdem annus, sibi sua cara Rhodamnia crepta fuerit. Exiuerat ergo moestissimus, cum centum ministris, quaerens ipsam per mille pericula: ministris in varia loca quaerendi causa dimissis, qui, biennio exacto, ad eundem locum redirent. Tunc inuenerat eum ille Clitophon; qui Lybistro poscenti vicissim de sua fortuna exponit; sibi nomen Clitophontem esse: ex regia familia Armeniae descendisse; et, quod filiam patrui sui, nomine Myrtanam, deperisset, metu profugisse. Proficiscuntur dehinc una per loca difficillima: somnium Lybistri de aquila et pardice, ut faustum, Clitophon exponit. Reperit Friderici anum, ignorantes scelus eius, et ab ea decipiuntur. Tandem Clitophontis fidei prudentia Rhodamnia reperitur: et Lybister, (quem ipsa scelere anus necatum esse putauerat,) ad eam cum summo gaudio redu-

citur. Redeunt ad locum, ubi initio Lybister a Clitophonte inuentus fuerat. Reperiunt et in loco constituto centum illos ministros.

Summa cum laetitia ad Argyrocastrum redeunt: ubi Clitophonti, gratitudinis ergo, Lybister sororem Rhodamniae, nomine Melanthiam, uxorem dedit.

Ita biennium Lybister consumpsit, in concilianda sibi et ducenda Rhodamnia: biennium in eadem reperienda consumpsit et domum reducenda: Πολὺ τὸ ἐλέος πάθος ubique: et alicubi, τὸ τῆς ἡδονῆς. Loci communes praecipui: 1. De vi amoris. 2. de bono verae amicitiae. 3. quod industria et constantia omnia vincat. Omnia castissima et honestissima. Vetustum autem esse cum libellum, (cui non pauca initio, medio et fine, decrant,) colligo non modo ex chartarum carie et attritu; sed etiam ex iconibus, ubi nulli sclopi adparent; sed arcus et sagittae, et musicae testudines. Fortasse illo tempore exstitit, quo Germani, Galli et Veneti Constantinopolin ante 370. ^{bb)} annos per Flandrenses comites vexerunt. Nomen enim Frederichi germanicum est. Item σκέλπε, schelm. In concursu equestri, Lybister ad Fridericum: καὶ ἐγὼ τῶν ἀπεκριθῆκα, τόρα ἀποδυνήσκεις σκέλπε, Ego ei respondi: nunc moreris, scelestē. Haec Crusius.

4. ANONYMI διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη τῇ Ἑμπερίῳ Θαυμαστῇ, Narratio amatoria de quodam Hemperio, versibus politicis graecobarbaris, MS. in bibl. Caesarea. Incipit: Καὶ πῶς να γράψω τὴν ἀρχὴν etc. Ἀρχὴ τῆς διηγέσεως τῆς χώρας τῆς Πρεβέντζας. Ἀνδρῶπος μέγας θαυμαστὸς αὐθέντης τῆς Πρεβέντζας. Vide Nesselium I. p. 342. Lambecium V. p. 262. Fabr. In ed. Kollar. p. 350. de cod. CCXCVII. nr. 17. Harl.

6. Anonymi διήγησις ἐξαίρετος ἐρωτικὴ καὶ ξένη Φλωρίῳ τῷ πανευτυχῆς καὶ κόρης Πλατσαφλώρης. Narratio versibus politicis graecobarbaris [P] de amoribus Florii et Platzaflorae. Incipit: Εἰς Καβελάρης εὐγενὲς ὁρμώμενος ἐκ Ῥώμης. Exstat MS. in eadem bibl. Caesarea. Vide Nesselium I. p. 343. et Lambecium V. p. 264. [p. 554: sq. ed. Kollar. in cod. antea memorato, nr. XXX.]

[7. In cat. codd. Paris. bibl. publ. II. p. 167. cod. MMDCCCXCVIII. nr. 1. sic citatur: Anonymi de amoribus Thesei et Aemiliae libri duodecim, lingua graeca vulgari, versibus politicis scripti. Opus Venetiis editum. In catal. autem Pinell. tom. II. p. 309. nr. 4461. sic: Theseus et Aemiliae nuptiae, poema in libros XII. tributum, graeco-vulgari lingua Venetiis, fratres de Sabio 1529. 4. Liber rarus. Harl.]

XIV. Restant Scriptores erotici deperditi, quos litterarum ordine strictim recensere iuuat

Agathiae Δαφνιᾶκῶς, de quibus dixi supra in Agathia lib. V. c. 5. [vol. VII. p. 569.]

Ammonius, Antiphanes ^{cc)}, Apollodorus, Aristophanes, Byz. Gorgias et Lynceus, Samius, scripserant de meretriculis Atheniensibus, teste Athenaeo, qui et ipse de illis non pauca

^{bb)} Crusii liber prodit a. C. 1584.

^{cc)} Forte apud Athenaeum XIII. p. 586. pro Ἀντιφάνη legendum Ἀριστοφάνη.

pauca narrat libro XIII. Ex quo multa, quae de scortis famosioribus collegit Iq. Textor in officina sua, non longe ab extremo libri. Dixere olim in laudem Naidis meretricis *Alcidamas*, pro *Phryne-Hyperides*. [Add. quae de hetaeris Athen. docte et subtiliter exposuit *Jacobus* in *Vuilandi* Attico Museo vernacule scripto T. II. Part. 3. p. 125. T. III. Part. 1. p. 1. fqq. Part. 2. p. 171. fqq.]

Antonius Diogenes de *Diniæ* ac *Dercyllidis* amoribus et quae ipsis, in ultimam vsque *Thulen* et ulterius oberrantibus et iactatis, acciderunt, admirandarum atque incredibilium narrationum libri XXIV. *Isidora*, forori, inscripti, quorum argumentum recenset *Photius* cod. CLXVI. suspicans, auctorem non diu post *Alexandri M.* tempora vixisse, *Luciano*que et *Lucio* atque aliis, qui dramata eiusmodi et commenta erotica scripserunt, occasionem et materiam prae buisse. *Antiphanes*, cuius ibidem meminit, fuit *Antiphanes Bergaeus*, de quo *Scymni Chii* locum adtuli lib. I. c. 22. §. 4. [vol. I. p. 196.] cui adde *Strabonem* lib. II. p. 102. vbi *Pythae*, *Euemeri* et *Antiphanis* *ψευδμάτων* mentionem facit. [*Strab.* I. p. 81. ibique *Casaubon.* ed. *Almel.*] [*Ariphradem* inter impuros homines nominat *Lucian.* in *Pseudologista*, cap. 3. vol. III. p. 164. ed. *Reitzii.* *Harl.*]

Aristides, *Μιλησιακῶν* impudicorum libellorum scriptor, quos latine verterat *Sisena*, teste *Ouidio* II. *Trist.* vers. 443. [vbi v. interpr. in ed. *Burm.*] Mentio illius operis apud eundem v. 413. *Plutarchum* in *Crasso*, *Appianum* *Parthicis*, *Lucianum* amoribus aliosque. Vide *Politianum* c. 16. *Misc.* et *Vossium* de hist. gr.

[P] *Aristo*, *Iulietes*, e *Iulide*, *Cei* insulae oppido, peripateticus, circa *Olymp.* CXL. clarus ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν ὁμιλίῳ laudatur ab *Athenaeo* IV. 15. XV. p. 674. [v. supra, vol. II. p. 467. fqq.] Sed et *Aristoni*, *Chio*, *stoico*, ἐρωτικὰς διατριβὰς tribuit *Laertius* VII. 163. [v. supra, vol. III. p. 540. fqq. *Harl.*]

Aristotelis ἐρωτικῶν libri. Vide quae supra III. 6. in scriptis huius philosophi deperditis..

Astyanassa, περὶ σχημάτων συνεισιπρακτικῶν. *Suid.*

Botrys, *Siculus*, lascivus et obscenus scriptor, cuius meminit *Timaeus* apud *Polybium* in excerptis *Peiresc.* p. 52. quem locum describit *Suidas* in *Δημοχάρης*. Adde eundem *Suidam* in *Βοτρυσαρχῇ* ἐργῇ et *Athenaeum* VII. p. 322. vbi *Botrys παυνίων* quorundam apud *Messanen*ses repertor memoratur: [ex quo loco, male intellecto, *Tiraquell.* in L. XI. *connub.* p. 186. a. et p. 191. b. *Bothryn* inter feminas eruditas recenset. conf. *Wolff.* in *catal. feminar.* olim illustr. subiuncto *Wolffii* *mulier.* *græc.* — fragment. *Londini* (*Hamburg*) 1739. 4. p. 300. *Harl.*] Fuit et *Botrys* medicus *Atheniensis*, *Plinio*

V 3

nio

ad) Longe iunior videtur *Francisco Vauassori* lib. de *Iudicra* dictione p. 148. nam et *duplex nomen*, inquit, *invisitata res veteri Graeciae*, et *nomen romanum* in *græcum* hominem nisi forte *libertatem minus cadit*, neque, quod *gravissimum est*, tum *nata gens Antonia* aut *falsa vox* aut

audita temporibus illis. Suspicio quoque est, nondum cognitam *Thulen*, insulam, de qua isti *scribuntur* inscripti libri. Confer tamen, si placet, quae contra *Vauassorem* disputat *Bacins* in *Lexico* tom. I. p. 165.

nio laudatus et Galeno, qui eius compositiones medicas memorat III. 1. de medicam. κατὰ τόπους. [v. supra, ad vol. II. p. 116. *Harl.*

Cadmus, Archelai F. Milesius, quem iuniorem Suidas vocat, scripsit, eodem teste, λύσιν ἐρωτικῶν παθῶν libris XIV.

Capito, Alexandrinus, ἐποποιὸς, ἐν δευτέρῳ ἐρωτικῶν. *Athen.* X. p. 425. *Fabr.* Conf. *Schnajderi* pericul. critic. ad Cephala, p. 130. *Harl.*

Cleanthis stoici περὶ ἔρωτος et ἐρωτικῆ τέχνης. *Laërt.* VII. 175.

Clearchi ἐρωτικὰ laudat *Athenaeus* XIII. p. 573. πρῶτον ἐρωτικῶν id. XV. p. 669. et alijs in locis.

Cleomachus, pugil, mollium et cinaediorum scriptorum auctor, ut colligas e *Strabone* XIV. p. 648.

Cleomenis, Laminthii, et Sapphonis ἐρωτικὰ μέλη memorat *Athenaeus* XIII. p. 605. [v. supra, ad vol. II. p. 117. *Harl.*]

Damascium cum Achille Tatius, Heliodoro aliisque huius communis scriptoribus coniungit *Photius* cod. CLXVI. propter libros quatuor παραδόξων διηγημάτων, de quibus cod. CXXX. [v. infra vol. IX. de Photio, p. 416.] Incertum, an idem hic sit Damascius Damascenus, de quo infra inter philosophos. [conf. *Iriart.* cat. codd. gr. *Matrit.* p. 329. *Harl.*]

Diogenes, cynicus, ἐρωτικὸν scripsit teste *Laertio* VI. 80. et inter lasciuorum auctores scriptorum referuntur ab Apuleio in Apologia.

[*DIOGENIANVS*, cuius lib. amatorium e codice Paris. descripsit *Schweighäuserus*, filius, et editurus est *Mitscherlich*. in collectione eroticorum. De alijs *Diogenianis* v. supra, vol. V. p. 109. §. IV. *Harl.*]

Elephantis, (siue, ut Suidae in Ἀσυνάσσοις dicitur, Ἐλεφαντίνη,) femina lasciuorum poetria carminum, de quibus vide, quae viri docti ad Priapeia, Martialem XII. 43. et Suetonium Tiberio c. 43. *Ex.* *Spanhemius* diss. IX. de usu numismatum p. 771. seq. Eius περὶ κοσμητικῶν memorat *Galenus* libro et capite 1. de medicamentis [P] κατὰ τόπους. Male *Cleophrantis* in quibusdam Plinii editt. ut notatum Tiraquei. Emplastrum Elephantinum, incertum, an ab hac Elephantide, laudat *Celsus*. *Fabr.* Conf. *Olearii* diss. de poetrijs graecis, §. XXIX. pag. 152. sq. subiunctam *Io. Cysiphii Wolfii* poetiarum octo-fragmentis. Hamburg. 1734. 4. *Harl.*

Epicurus, inter alia περὶ ἔρωτος scripsisse traditur a *Laertio* X. 27.

Eubius. Ovid. II. Trist. versu 416. *Eubius* impurae conditor historiae.

Euanius ἐν τοῖς εἰς Εὐνὸν ἐρωτικοῖς citatur ab *Artemidoro* lib. I. c. 5. ubi ex eo profert notationem nominis cameli, quod dicatur quasi κάμμενος, curuans femora, ut legas etiam in etymologico magno. Perstringit idem opus *Arrianus* IV. 9. *Epictetearum*: ἀντὶ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος Ἀριστέδην ἀναγνώσκουσιν καὶ Εὐνὸν, ἐδὲν ἀπώλεσας. In locum philosophicorum scriptorum *Cirysippi* ac *Zenonis* iam lestitas impudicas fabulas

las

las *Milesias Aristidis*, et *Eueni amatoria*: *nonne plurimum inde perdidisti?* Confer, que de Eueno utroque supra lib. II. c. XI. §. 7. [vol. I. p. 728. sqq.]

Hemitheon, de cuius Sybaritide, siue Sybariticis libellis *Politianus* c. 15. Misc. et *Nic. Hein-
sius* ad *Ouidii* 2. Trist. 417.

Heraclides, Pontici, ἀνέσιος ἐρωτικὸς ἢ Κλενίας. *Laert.* V. 87.

Herodianus. Theodorus Priscianus, siue Octavianus Horatianus lib. II. Logico cap. II. p. 85. *Vtendum sane lectionibus animum ad delicias pertrahentibus, ut sunt Amphipolitae Philippi, aut Herodiani, aut certe Syri Iamblichi, vel ceteris suauiter amatoria fabulas describentibus.*

Lucius, Patrensis, (ex Patris, Achaiae vrbe,) in libris *Metamorphoseon*, e quibus *Lucianus* Asinum suum expressisse videtur *Photio* cod. CXXIX. quamquam prius subdubitant, utrum *Luciani* διήγησιν amplificauerit potius *Lucius*. *Lucium* hunc, Patrensem, graecum scriptorem cum *Apuleio*, *Madaurensi*, (cui *Lucii* praenomen ex eiusdem *Lucii* imitatione vulgo perperam tribuitur,) latino fabularum *Milesiarum* scriptore perperam confundit *Hendreichius* in *Pandectis Brandenburgicis* tom. I. p. 234. Ab hoc *Lucio* *Tertullianus* c. 3. *Apologetici* *Lucium* dixit pro homine amoribus perduto: *Qui invenis, quam Lucius, quam amatus.* [v. infra, vol. IX. de *Photio*, p. 416. ed. vet.]

Lysiae, rhetoris, epistolae ἐρωτικαί. *Suid.*

Melefermi, Atheniensis sophistae, epistolarum amatarum libri XIV. *Suid.* [De hoc et *Lysiae* epist. ἐρωτικαῖς v. supra vol. I. p. 697. sq. §. XLI. *Harl.*]

De *Menandri* Ἀφροdisίους dixi lib. II. c. 21. *Fabr.* in vol. II. p. 461. *Harl.*

Misthonis Sybaritae, hominis impuri, meminit *Lucianus* in *Pseudologista* tom. II. p. 434. [cap. 3. tom. III. p. 164. sq. ed. *Reitz.* *Harl.*] sed scriptorem fuisse non innuit, non magis [¶] quam *Ariphradem* et *Bastam Chium*. Vnde notandus *Nic. Hein-
sius* ad *Ovidii* 2. Trist. 417.

Mnaseae ἐρωτικά *Aelian.* XVII. 46. hist. animal. sed legendum Εὐρωπαϊκὰ cum *Reinsio* p. 71. epist. ad *Daumium* (¶), vbi promittit eroticos se scriptores vir doctus recensitum in sexto *Variarum* libro, sed qui lucem non vidit. Apud *Plutarchum* in libro, quod non liceat suauiter viuere secundum *Epicurum* pag. 1101. *Xylandri* versio exhibet: *Scriptit in amatoriis poeta.* Sed in Graeco aliter est, et coniungenda sunt verba αἰσίων ἐαυτὴν ἐν τοῖς ἐρωτικαῖς, tum sequitur: αἰς ὁ πομπὴς ἐστίν.

[*Monimer.* v. vol. I. p. 698. *Harl.*]

Pan-

10) Cel. *Schneider* in sua *Aeliani* edit. dedit *Mnaseae* ἐν τῇ Εὐρώπῃ Διός, et p. 565. in not. damnat *Gesneri* emendationem nimis violentam ἐν τοῖς ἐρωτικαῖς, nec nouit, qui *Mnaseae* ἐρωτικά laudet. *Gronovius* ἐν τοῖς Εὐρωπαῖς δευτέρῳ legit, et ita, ait *Schneiderus*, *Athenaeus* XII. p. 550.

ἐν τρίτῳ τῆς Εὐρώπης laudat *Mnaseam*; quum antea VII. p. 296. ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Εὐρωπαϊκῶν dixisset. Patrensis patria fuit. cf. *Vossius* de historicis gr. I. cap. 21. supra, vol. II. p. 131. ar. XL. et Vb p. 373. *Harl.*

Pamphila, Epidauria, scripserat inter alia, quae memorat *Suidas* [item *Eudocia* p. 360. sq.] etiam *περὶ Ἀφροδισίων*.

Paxamus, *δωδεκάτεχον* composuerat teste eodem *Suida*, *ἔστι δὲ περὶ αἰσχυρῶν σχημάτων*. Ita leg. pro *ἔστι δὲ*. Confer eundem *Suidam* in *Δωδεκαμήχανον* et *Schol. Comici* ad ranas.

Persei, stoici, *περὶ ἐρώτων*, *Laert.* VII. 36.

Phanoclis, poetae elegiaci, *ἔρωτες*, siue *καλοὶ*, citantur a *Clemente Alex.* *Protreptico* p. 24. et lib. VI. *Strom.* p. 627. vbi *Demosthene* iuniorem docet. Vide et *Stobaeum* *Grotii* p. 262. et *Scaligerum* ad *Euseb.* p. 41. seq. [Plura vide ad vol. II. fin. s. p. 874. *Harl.*]

Philaenir. Vide infra in *Polycrate*, et *Adr. Iunium* adagio *Philaenidis commentarii*, *Suid.* in *Ἀσυνάσσοα*. [supra, vol. III. p. 614.]

Philippus, *Amphipolita*, Rhodiacorum libros, valde obscaenos, teste *Suida*, [it. *Eudocia* p. 422.] scripsit. Hunc ipsum citat in *Ἀποσιμῶσαι*. Adde et *Theodori Prisciani* locum supra in *Herodiano*.

Polycharmi, Naucraticae, librum *περὶ Ἀφροδίτης de Venere Dea* citat *Athenaeus* XV. pag. 675.

Polycrates, Atheniensis, sophista, turpissimum opus *περὶ σχημάτων Ἀφροδισίων*, (conformi scelere, quo parentum nostrorum memoria nebulo quidam impudentissimum librum edidit sub nomine *Alóysiae* ^{f)} *Sigaeae*,) vulgauerat sub nomine *Philaenidis*, *Leucadiae* matronae honestissimae, vt testatur *Aeschrion* apud *Athenaeum* VIII. p. 335. Confer *Epitaphium Philaenidis Samiae* auctore *Dioscoride*, quod ex *Anthologia* inedita primus vulgavit *Ex. Spanhemius* p. 764. diss. 9. de vsu numismatum, et emendatius [P] *Gvil. Fleetwood* p. 338. Vet. Inscription. Memorat *ὑπομήματα Φιλαινίδος* *Timaeus* apud *Polybium* p. 53. excerpt. *Peiresc.* et *Suidam* in *Δημοχάρης*. Adde *Clementem Alex.* p. 40. *Protreptici*, *Athenaeum* X. p. 457. *Suidam* in *Ἀσυνάσσοα*, *Lacianum* amoribus tom. I. p. 894. Meminit *Philaenidis* inter meretrices etiam *Cleomedes* lib. II. p. 477. *Athenaeus* V. p. 220. *Fabr.* Add. supra vol. VI. p. 136. vol. III. p. 72. §. II. *Harl.*

Protagoridæ, Cyziceni, *ἀκροῦστος ἐρωτικῆς* citat *Athenaeus* IV. p. 162. *Fabr.* Conf. vol. II. p. 670. not. III. *Harl.*

Pythonicus, Atheniensis. Vide *Athenaeum* V. p. 220.

De *Sophoclis ἐρασῶν* dixi lib. II. cap. 17.

Sotades, mollium et lasciuorum auctor carminum, de quo dixi lib. II. c. 22. [vol. II. pag. 495. sq.] vt et de aliis cinaedologis.

Sphaenus, stoicus, scripserat *διαλόγους ἐρωτικῆς*. *Laert.* VII. 178.

Sphodrias,

f) Vide V. C. Ioh. Molleri *Nomonymoscopiam* p. 35. *Tenzelii Monatliche Unterredungen* s. 1693. p. 166. seq.

Sphedrias, cynicus, in τέχνη ἐρωτικῇ citatur ab *Athenaeo* IV. p. 162.

Θεοδωρίς, εἰς ἔρωτα μέλος. *Athen.* XIV. p. 475. num *Anacreontis*?

Theophrasti ἐρωτικὸς, siue περὶ ἔρωτος liber. Vide supra III. 7. in scriptis huius philosophi deperditis, [vol. III. p. 449.]

Xenophon, Babylonius, Βαβυλωνιακός. Ἔστι δὲ ἐρωτικά. *Suid.*

Xenophon, Cyprius, Κυπριακός. Ἔστι δὲ αὐτὰ ἐρωτικῶν ὑποθέσεων ἱστορία. περὶ τε Κλυτάναν καὶ Μυρράν καὶ Ἀδωνιν, *Suid. Fabr.* Iam supra in nota prima ad *Xenophontem* Ephes. obseruavi, Bodon. suspicari, illum, et duo, qui hic nominantur a Fabricio, *Babylonium* atque *Cyprium* esse *Ψευδανόμεν*, quia scriptores erotici libenter verum nomen suum celassent. Namque minus verisimile illi videtur, tres existisse huius nominis eroticos fabulatores; contra arbitratur, homines istos celeberrimo illo Musae atticae nomine libellis suis gratiam quamdam conciliare cupiuisse. Neque illa suspicio prorsus contemnenda videtur *Locellae* in praef. p. VI. not. 4. ad edit. *Xenoph. Ephes. Harl.*

Zeno, stoicus, inter lasciuorum scriptorum auctores refertur ab *Apuleio* in *Apologia*. Eius ἐρωτικὴ τέχνη. *Laert.* VII. 24.

Zonae epistolae ἐρωτικά. *Suid.* [v. supra vol. I. p. 697. §. XLI. *Harl.*]

[Fabric. hic addiderat indicem homonymorum, in sex voluminibus huius bibliothecae (vet. edit.) distinctorum. Sed nomina illa in indice generali locum etiam obtinebunt. Quare loco illius indicis, antequam ad scriptores ecclesiasticos progrediatur oratio, propter temporis rationem ea, quae in vol. I. p. 556. sqq. de *Quinto Smyrnaeo*, *Colutho* et *Tryphiodoro* de industria omisi, hic persequar et absoluiam. Quae ibi a Fabricio iam scripta et a me adiecta sunt, nemo hic denuo requireret.

COINTVM, siue, vt latinis litteris scribitur, *QVINTVM*, *Reinesius* in iudicio de chemicor. codice Gothano p. 750, in *Fabricii* B. Gr. vol. XII. scribendum esse contendit *Corinthum*. Regionem vero *Smyrnacensem* fuisse *Cointi* patriam, cl. *Tychsen* in commentat. supra memor. speciose ostendit p. 5. sq. et locum *Cointi* libr. XII. 304. sqq. interpretatur. Idem nimis subtilem esse *Fabricium* iudicat, quando is ne ex illo quidem loco intelligi existimet, poetam *Smyrna* oriundum fuisse: sed tantum vixisse ibi aliquamdiu. Pag. 9. sqq. refutat miram *Barnesii* opinionem, qui ad *Iliad.* β', 219. verisimile putat, *Quintum Smyrnaeum Calabrum* (vti scribit,) eundem esse cum *Quinto Ennio*, et in aetatem *Cointi* curiosius inquirat. Pag. 13. adnotat, praeter carmen praetermissorum ab *Homero*, *Quinti* habitos esse versus de laboribus *Herculis*, qui exstant ⁶²) in *Anthol.* IV. cap. 8. et *Bruuckii analect.* II. p. 475. quoniam eos tribuat *Quinto Tzetzes* *Chil.* I. 38. vers. 489. sed videtur

gg) Sub *Quinti Smyrnaei* nomine, in cod. *Vossiano*. v. cat. B. *Leiden* p. 393. — in cod. *Veneto* Marc. DXVII. v. cat. codd. Ven. gr. p. Vol. VIII.

273. in cod. *Parif.* CCCXCVI. nr. 21. in cod. *Augustano*. v. *Reiser*. cat. p. 85.

videtur ille Tychsenio memoria lapsus, quum meminisset, descriptos esse a Quinto labores Herculis, atque, quam ille habet libr. VI. 200. sqq. rerum Herculis, in scuto Eurypili expressarum, descriptionem, de cuius tamen auctore ipse Tzet. dubitasse videtur, plane aliam, ab istis versibus esse diuersam. Similiter, ait Tychsen., epigramma, quod sub *Quinti* nomine publicauit, ex Anthol. instat Bodlei. *Merrik* in diss. in Tryphiod. p. LIII. non est *Quinti* nostri, sed, ut ipse obseruat, *Quinti* cuiusdam *Monacii*, cuius plura exstant epigr. in Anthol. libr. I. sc. VI. 3. Tum in sect. II. p. 14. sqq. erudite pulcreque agit iudicatque de carmine, chronologia et orationis indole; de poeticis carminis virtutibus, quibus superat Coluthum, Tryphiodorum, vitiisque. In sectione III. disputatur de auctoribus, quos sequutus est poeta in fabulis tradendis: in sect. IV. de utilitate et praestantia huius carminis: in sect. V. recensentur edd. et ex Montfauconii potissimum Bibl. biblioth. MSS. codd. in sect. VI. proponitur specimen emendat. et obsl. ad loca difficiliora *Quinti Smyrnaei*. Quae omnia digna sunt, quae legantur, nobisque faciant otium. Sed noua, quae promittitur, editio, nondum adspexit lucem. Adde *Hamberger*. (qui eum ante a. 513. vixisse ponit,) Zuverl. Nachr. III. p. 307. sqq. et *Saxium* in Onom. II. p. 20. sqq. qui quaerit, an *Cointus*, *Coluthus* et *Tryphiodorus* possint ad tempora *Anastasi Aug.* referri.

Sequitur, ut primum codd. mss. dein editiones paucis recenscamus. *Venetis* in bibl. D. Marci CDLVI. post Homeris opera, a fol. 218. sunt *Quinti Smyrnaei* paradipnoma. v. cat. codd. gr. Marc. p. 245. — Ibid. in cod. CCLXXXIX. nr. 5. *Naniano* est fragmentum, liber I. v. cat. codd. Nan. p. 486. — *Florentiae* in bibl. Laur. Med. cod. membr. XXIX. plut. 56. saec. XV. Κόιντος Καλαβρῆς^{hh}) παραλειπόμενα, *Bandin.* in cat. codd. gr. Illius bibl. II. p. 330. eum codicem vocat optimum, et subscriptionem gr. monitumque scriptoris *Georgii Tribizii*, Graecorum, Venetiis degentium, sacerdotis, (cuius nullam facit mentionem *Montfaut.* in Palaeogr. gr.) reddit, in qua is profitetur, se transcripsisse hunc librum *Quinti* poetae ex codice corrupto, et alia quidem correxisse; alia vero, ut habet exemplar; non enim potuisse fieri, ut omnia, quae quidem dilucide non nouerit, corrigerentur. — Ibid. in cod. XIX. chart. saec. XV. plut. 59. Κόιντος τὰ μετὰ τὸν Ἐκτορὸς θάνατον, ἕως περὶ αὐτῶν ὑπὸ Ἑλλήνων καὶ Τρώων ἐν Τροίᾳ, καὶ ὅπως ἐγένετο τὸ Ἰλῆος. v. *Bandin.* II. p. 646. — Ib. cod. XXIX. plut. 31. (tom. II. p. 103. *Band.*) est edit. *Aldina*, in membranis expressa typis, *Cointi*, *Tryphiodori* et *Coluthi* in min. 8. sine anni nota. — *Neapoli* in bibl. Augustinens. S. Ioan. ad Carbonariam nr. 50. Q. *Calabri* τῶν Ὀμηρῶ παραλειπ. libri VII. — *Mediolani* in bibl. Ambros. unus codex. — Duo codd. qui sunt in bibl. regia *Matritensi*, diligenter recensuit *Iriarte* in cat. codd. gr. Matr. pag. 124. sqq. cod. XXVIII. ex quo et argumenta, libris XIV. praefixa, atque a Constantino Lascari confecta, graece promulgauit, et p. 128. specimen dedit variarum lectionum; potissimum indicat multos versus, qui vel pleniores vel emendatiores in cod. illo reperiuntur: pag. autem 192. sqq. copiosius describit cod. LVII. manu Const. Lascaris exaratum, ex eoque enotauit et Lascaris notitiam de *Cointo*,

^{hh}) Ex hoc addito voc. et quod inscriptiones variant in libris scriptis, patet, inscript. non ab auctore ipso, sed a librariis fuisse praefixas. cf.

Tychsen in comment. laud. p. 14. qui p. 8. et 58. animaduertit, e codice, in Calabria reperto, auxisse nostra exemplaria.

Cointo, gr. cum versione latina, et multo plures varias lectiones, quarum nonnullae firman- Rhodomanni coniecturas. — In bibl. *Escorial.* duo codices⁶⁾. — *Vindobonae* in bibl. caesarea, cod. XCI. *Quinti Calabri paralipomena* etc. et cod. V. *Homeri Ilias et Odyssaea* cum notis seu rhapsodia *Quinti Smyrnaei*, teste *Nesselio* in catal. codd. caesar. part. IV. p. 52. et 5. (sive rectius posterior continet *Quinti paralipomena*, auctore *Schow* p. 60. epist. mox citandae.) — *Monachii* in bibl. elect. Bauar. cod. chart. CCXL. *Quinti Calabri libri XII.* v. cat. codd. gr. etc. p. 83. Plurimos horum codd. *Nic. Schow*, in epist. crit. altera ad *Tychsenium*, (Romae 1790, 4. p. 60. sqq. recensuit addiditque notitiam codd. *Vaticano- rum* nr. CIII. — nr. MCDXX, ex priore descripti, (vtrique autem praemittuntur *Constant. Lascaris* argumenta, ab iis, quae *Iriarte* ex codd. *Matrit.* publicauit, parum diuersa) — et nr. CXLVII. et *Barberini*, nr. CLX. illos, quos consuluit, ratione bonitatis ac praestantiae in classes IV. dispescuit, ac *Venetum Marc. Vatican.* tertium atque *Neapolitan.*, ex eodem, vt videtur, fonte deductos, in primo ordine collocauit, denique ex iis collegit largum variarum lectionum atque emendationum spicilegium, adspersis quibusdam obseruationibus. — Citatur *Quintus Smyrn.* in homericis scholiis *Marcianis*, a *Villoisfonio* editis. Add. quae scripti in *Introd. in hist. L. Gr. I.* part. I. p. 412.

Editiones hae fere sunt. Princeps est *Aldina*, sed plena mendis, vt iam notauit *Gesnerus*, ex cod. quodam valde corrupto, qui lacunas habuit non paucas: Κοιντς Καλαβς παραλεσπομενων Όμηρς, βιβλια τεσσαρεςκαιδεκα. *Quinti Calabri derelictorum ab Homero libri quatuordecim. Tryphiodori excidium Troiae. Coluthi raptus Helenae*, gr. sine vlla nota, cum signo *Aldi* in fronte et in fine. 8. In Serie dell' edizioni *Aldine*, pag. 159. additur nota: „Si reputa del 1521. ma non v'è fondamento per asserirlo.“ In bibl. caesar. *Vindobon.* est exemplar cum *Io. Curterii* notis msst. v. *Schow* l. m. p. 61. et in bibl. *Leiden*si exempl. manu *Frid. Sylburgii* emendat. v. cat. illius, p. 26. — Recusa est illa edit. trium poetarum, graece, ita, vt paginae pares essent, sed mendorum numerus augeretur, *Basileae* per *Sixtum Henricipetri*. 1569. 8. Praemissa est epistola nuncupatoria *Freigii*, graece scripta, de poeseos praestantia. Exemplari, quod est in bibl. *Leiden*si (v. catal. illius p. 261.) aliqua manu sua adnotauit *Gerard. Falkenburgius*. — Latina prosa vertit *Quinti carmen Iodoc. Valeraeus*. Antwerp. 1539. 8. — *Lugd.* 1541. 8. ^{kk)} — *Fabricius, Bernardi*, aiebat, *Baldi*, (latinam, an *hetruscam*?) non vidi: nec illam vidit *Paiton*. in bibl. degli autori — *volgarizz.* tom. III. p. 198. Sed *hetrusca* est, adhuc inedita. *Schow* quidem l. m. p. 36. adnotat, *Bernardinum Baldum*, *Vrbinate*m, circa finem saec. XVI. *flor.*entem, [nat. 1553. den. 1617. v. *Saxii Onom.* III. p. 543. et *Clement.* bibl. cur. histor. et crit. II. p. 372. sqq.] et in *Quinti carmine* vertendo textum ed. *Ald.* summa vbique fide sequutum, lacunam libri X. 340. sqq. ex ingenio suppleuisse. Versus illos, *italice* scriptos, ex proprio auctoris

X 2

6) Cod. hunc *Escor.* praestantissimum esse iudicauit cl. *Tychsen* in litteris ad me datis: ex eo- que *Quint. Smyrn.* pluribus versibus auctum editu- rum se promissit, in genere sex vel septem codi- cum collationibus in restituendo hoc poeta vsus.

kk) Sic citarunt illas editt. *Fabricius* et *Tych- sen*. Sed in catal. biblioth. *Leiden*sis p. 261. ita: *Iidem* (libri *Q. Calabri*) *graece et lat.* per *Iodoc. Velararum*, *Basl.* 1569. sed *latina* Antwerp. 1539. 8.

auctoris apographo, adhuc inedito, in bibl. Albana Romae seruato, descripsit. Denique obseruat, vitam illustis illius hominis diligenter expositam esse in libro: *Vita di Monsignore Bernardino Baldi da Urbino, primo Abate di Guastalla, Parma 1783. 8.* ibique in elencho operum editorum et ineditorum p. 208. de hac Quinti Calabri versione copiose disputari.

Casparis Barthii metaphrasis, qui tom. I. ad Statium p. 584. testatur, se adolescentis aetate Quintum Smyrnaeum correxisse et latino carmine transtulisse, lucem non adspexit. Idem vero, Scaliger, Reinesius, Heinsius frequentem poetae iniecerunt mentionem, et quidam emendationes fecerunt ad loca carminis corrupta. Singulatim edidit *Brodaeus* Turonensis *notas et emendationes in Oppianum, Quintum Smyrnaeum et Coluthum*. Basil. 1552. 8. quas deinde recepit *Claud. Daurqueius*, cuius *Adnotamenta in Q. Calabri, seu Cointi Smyrnaei paralipomena*; item in *Tryphiodorum et Coluthum* prodierunt Francof. 1614. 8. Dausquei tamen, in Rhodomannum iniusti, adnotatt. valde spernit *Paw* in praef. ad suam edit.

37. *Fragmenta* expositionis Athanasii in *Canticum Canticorum*, (ex Commentariis variorum in *Canticum*, quae graece edidit *Meursius* Lugd. Bat. 1617. 4.) p. 1265.
38. * *Fragmenta* Athanasii ex Catenis in *Matthaeum*, Marcum, Lucam, I. ad Corinth. et ad Hebr. editis ex MSS. pag. 1266. seqq. et ex Euthymii Panoplia p. 1274. seqq. [v. ad nr. 95.]
39. * Brevis expositio Symboli; e codice Vaticano et regio p. 1278. seq. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* CCL. nr. 21. et 22. v. *Lambec.* et *Kollar.* tom. V. pag. 320. sq. — in cod. *Laur. Medic.* XII. nr. 4. plut. IV. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 534.) add. infr. ad nr. 88. *Harl.*
40. * *Fragmentum aduersus Apollinarium* e codice Vaticano. p. 1279. Febr. In bibl. publ. *Paris.* cod. MCCC. (Athan.) dialogus aduersus Apollinarium; — In cod. *Vindobon.* XLVI. est, obseruante *Kollario* ad *Lambecii* comment. III. p. 173. sq. *dialogus Athanasii cum Apollinario.* In cod. LVII. nr. 16. de incarnatione contra Apollinarium oratio, v. nr. 27. adde ad nr. 25. *Harl.*
41. *Fragmenta* Athanasii e Theodorito, Gelasio, Synodo VI. Damasceno et Catena MS. in Lucam, collecta a Felckmanno pag. 1282 — 1289 [v. infra, nr. 91.]
42. * *De nouem Herodis morbis*, *) *de falsis Prophetis*, de sensu dicti Matth. V. 28. *qui respicit mulierem*, fragmenta expositionis Athanasii Alex. in *Matthaeum* e codice Barocciano p. 1289. seq. cum fragmento expositionis in *Psal.* CXLVIII. p. 1291. sq. et alio ex Cod. Vaticano DCCXC. nr. 12. ἐκ τῆ κατὰ αἰρέσεων. p. 1292.
43. * *Alia fragmenta* quaedam, in quibus graecum *Epistolae ad Euphychium*, (latine tantum inter Felckmanniana editum p. 1287.) et *Epistolae dogmaticae ad Antiochenos* ex Concilio Lateranensi, alia item ex Facundo, Concilio Hispalensi, pag. 1293 — 1295. *Fabr.* *Athanasii* et multorum alior. fragm. et testimonia de duabus in Christo naturis, in cod. *Vindobon.* teste *Lambec.* III. p. 396. sq. vbi v. *Kollar.* et infra, nr. 58. notam. Multa alia fragm. partim indicauimus; partim colligi possunt ex variis codd. ex gr. in cod. *Bodl.* CCXCI. — inter codd. *Langbaen.* pag. 276. cat. codd. Angl. II. etc. *Harl.*

VI. TOMO TERTIO.

Dubia: *)

44. *De incarnatione* περὶ σαρκώσεως τῆ Θεῆ λόγῳ, (ex Cyrillo Alex. ad Augustas, T. V. Opp. parte 2. pag. 47.) pag. 1. seq. Incipit: ὁμολογῶμεν τὸν υἱὸν τῆ Θεῆ, τὸν πρὸ αἰώνων

*) *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. *Athan.* *de morte Herodis*, teste *Reisero* in cat. pag. 40. vid. infra, nr. 94. *Harl.*

*) Quae dubia aut supposititia sint Athanasiana, diligenter copioseque inquisiuit *Oudin.* l. c. Vol. VIII.

pag. 328. sqq. quod breuitatis studio semel adnotabo. add. *Stolle* l. c. et *Wachii* bibl. patr. pag. 222. sq. vbi iam citatur *Georg. Henr. Gorzii* schedasma historico — criticum de dubiis Athanasii scriptis, quae in noua operum eius editione leguntur. Lipsiae 1639. 4. *Harl.*

Bb

- νων κ. τ. λ. L. T. II. pag. 30. Vertit *Io. Lampadius. Fabr. Vindobon.* in cod. LVII. nr. 2. oratio de incarnatione verbi, eiusque corporali ad nos aduentu: inc. αὐτάρκως ἐν τοῖς πρὸ τέτων ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες — Ib. nr. 102. et in cod. XC. nr. 18. confessio de incarnat. dei verbi: inc. ὁμολογῶμεν etc. *Lamb. III.* p. 214. et 248. ac VII. p. 361. — In cod. *Bauar.* CXII. alius Ath. sermo de incarnatione et S. Trinitate: inc. οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφάς. v. catal. codd. gr. pag. 44. ex illo sermone locum adtulit *Damascenus.* v. infra, in vol. VIII. pag. 796. ed. vet. — In cod. *Medic.* XII. nr. 14. plut. 6. fragm. ex orat. περὶ τῆς ἐνσαρκῆς ἐπιφανείας τῷ Θεῷ λόγῳ (*Bandin.* cat. I. p. 120. in cod. LXXVIII. *Vindob.* nr. 45. inscribitur idem sermo περὶ τῆς ἐνσαρκῆς οἰκονομίας τῷ Θεῷ λόγῳ, v. *Lambec.* III. p. 394. sq. et conf. ad nr. 43.) — Excerpta in cod. *Mosquensi* XIII. teste *Matthaei* in notitia codd. *Mosq.*) Adde ib. apud *Bandin.* pag. 310. med. locum *Athanasii*, ex *Anastasio Sinaitae* homilia prolatum. Ex *Athanasio*. orat. περὶ σαρκώσεως τῷ Θεῷ λόγῳ citantur loca in *Cyrilli Alex.* oratione, obseruante *Fabric.* in B. Gr. V. 27. vol. VIII. pag. 567. XV. vet. ed. *Harl.*
45. *Testimonia ex S. Scriptura* de communione naturali essentiae Patris, Filii et Spiritus S. pag. 3 — 28. L. I. p. 209. *Fabr.* conf. *Lambec.* comm. III. p. 221. nr. 21. In cod. reg. *Taurin.* LXXXIII. capitula L. de consubstantialitate Patris et Filii et Sp. S. vt verbis vtar confectoris catal. codd. gr. *Taur.* pag. 179. — In cod. *Bauar.* XCIII. v. catal. p. 37. *Harl.*
46. *Epistola Catholica* ad episcopos Aegypti, Syriae, Ciliciae, Phoeniciae et Arabiae. p. 29. sq. L. I. p. 570. in qua hoc esse σύμβολον fidei suae confitetur: ὁμῳόσιος ἡ τριάς, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Μαρίας γεγόμενος ἄνθρωπος. Ὁ δὲ μὴ συντιθέμενος, ἀνάθεμα ἔστω. En paucis verbis, quae fufius explicantur in symbolo *Quicumque*, quod vulgari adpellatione *Athanasianum* vocamus! *Fabr.* In mem. cod. *Bauar.* — in cod. *Vindobon.* LVII. nr. 4. (*Lambec.* III. p. 215) *Harl.*
47. *Refutatio hypocrifcos* in *Epistola Meletii et Eusebii Samofatenfis* ad Iouianum, imp. (scripta A. C. 363. et a *Socrate* III. 25. Hist. relata) p. 31. seq. L. I. p. 572. *Fabr.* In memor. cod. *Bauar.* et mem. cod. *Vindob.* LVII. nr. 13. et emendatiore epigraphe, nr. 230. (*Lambec.* III. p. 217. ibique *Kollar.* et pag. 230. nr. 42.) *Harl.*
48. *De incarnatione verbi* *Epistola*, cuius auctor Nestorianam haeresin, *Pauli Samofateni* vestigiis insistentem, videtur perstringere. p. 33. seq. L. II. p. 591. Incipit: Ἐλύπει μὲν τὴν ἀγίαν Σύνοδον Παῦλος τῷ Σαρματιῶς ἡ καινοτομία. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* LVII. nr. 22. vbi teste *Lambec.* III. pag. 221. initium est: ἐκλύπει μὲν τὴν ἀγίαν Σύνοδον etc. — In cod. *Parif.* CDLXXV. (in quo multa *Athanasii* scripta, in his tria de incarnatione continentur,) nr. 3. de incarnatione verbi *epistola*, quae, (vti confector catal. codd. regg. vol. II. p. 67. notat) alium ab *Athanasio* auctorem habere creditur, add. ad nr. 19. not. *Harl.*
49. *De aeterna Filii et Spiritus S. cum Deo existentia* contra Sabellianizantes, (πρὸς τὰς Σαβελιζοντας) pag. 37 — 48. L. I. p. 650. Hunc librum ex homilia 27. *Basilii* contra

tra

- tra Sabellianos, Arium et Anomoeos magnam partem descriptam esse, notat Montfauconus. *Fabr.* In cod. *Parif.* CCCCLXXV. nr. 10. — in cod. *Vindob.* LVII. nr. 39. (*Lambec.* III. p. 229.) *Harl.*
50. [P] *Quod unus sit Christus*, Homilia in Natalem Christi. p. 49 — 53. l. I. p. 664. Etiam in hac videtur pugnari aduersus Nestorianos, et aliis etiam argumentis abiudicauerat eam Athanasio. *Petavius* IV. 1. §. 7. de Trinitate. *Fabr.* In cod. *Vindob.* mem. nr. 40. et in cod. LXXVIII nr. 53. *Lambec.* III. p. 229. et p. 394. 53. *Harl.*
51. *De Sabbato, Dominica die, circumcisione et baptismo*. p. 55. l. I. p. 964. Athanasio fortasse haud indignum opusculum. Adde quae latine leguntur l. II. p. 640. *Fabr.* In codd. *Parif.* CDLXXIV. et CDLXXV. et *Vindobon.* LVII. nr. 35. (*Lambec.* III. p. 225.) *Harl.*
52. *Homilia de semine*, Matth. XII. 1. seq. quae incipit: ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου συνήχθημεν p. 60. l. I. p. 1060.
53. In illud Matth. XXI. 2. *professi in pagum* etc. p. 73. l. I. p. 983. [v. *Lambec.* de c. *Vindobon.* III. p. 223. nr. 26.]
54. *Homilia* in Matth. XXVII. 33. seq. *de passione et cruce Domini* p. 80. l. I. p. 992. [Vertit Erasmus. *Fabr.* Fragment. orat. in cod. *Vindobon.* LVII. nr. 18. vbi v. Kollarium vol. III. p. 219 sq. post *Oudin.* l. c. p. 387. contra *Cauei* iudicium disputantem; integra est orat. in eodem cod. nr. 28. *Harl.*
55. *Liber de virginitate et ἀσκήσει*. p. 110. l. I. p. 1043. Sub Athanasii nomine aliquid ex hoc libro citatur in Epistola Hadriani, papae, ad Carolum M. T. VII. Concil. p. 916. Vertit Erasmus. Athanasio abiudicant praeter Erasimum, *Abbr.* Scultetum aliosque *Chamierus* T. II. panstratiae XIX. c. 4. §. 3. *Fabr.* *Vindob.* in cod. caesareo LVII. nr. 20. (*Lambec.* III. p. 221.), sine nomine auctoris, in cod. *Coisl.* CXXIV. fol. 175. de quo v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 200. et pag. 565. de cod. CCCLXVIII. Athanasio auctore nominato. — In cod. regio *Taurinensi* CC. (catal. pag. 299. *Harl.*
56. *Synopsis S. Scripturae* p. 126. l. II. p. 55. Eximium hoc opus latine vertit *Wolfgangus Musculus*: Athanasio abiudicare non audet *Godfr. Hermantius* in vita Athanasii T. I. p. 509. seq. 722. seq. nec *Tillemontius*, artic. 37. not. 45. nec ipse dubito, auctorem illius esse Athanasium; sed alium annisque centum nostro iuniorem, illum nimirum Alexandrinum episcopum, medio saeculo quinto clarum, in cuius gratiam *Euthalius*, Sulcensis episcopus, Acta Apostolorum et Epistolas recensuit. Sane argumenta *Euthalii* a Io. Henr. Boeclero *) partim, deinde integriora a *Zaccagnio* **) vulgata, hinc inde cum synopsis Athanasiana verbotenus conspirant. Ceterum argumenta, quibus vetustiori et magno Athanasio haec Scripturae S. synopsis, licet alioqui praecelara

Bb 2

et

*) In editione graeca Noui Test. Argentorat. 1445. 12.

**) In noua collectione veterum monumentorum Rom. 1698. 4.

et lectu inprimis digna, abiudicatur, vide apud *Montfauconum* in praefat. et animadversione XV. ad vitam et scripta Athanasii T. II. collectionis veterum Patrum, ubi inter alia ostendit, per *πικρία τῶν θείων γραφῶν*, quae ad imp., Constantium, misisse se testatur Athanasius in Apologia ad eum scripta, nihil intelligere aliud, ac libros [P] ipsas sacrae Scripturae. Prior prologus Ecclesiastico Siracidis in plerisque edit. praemissus, depromptus est ex hac Synopsi Athanasiana. *Fabr. Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. Medic. I. p. 87. ea, quae continentur in cod. III. nr. 2. plut. 6. et in quibus differitur de praecipuis graecis V. T. versionibus, desumpta videntur ex Athanasii synopsi S. S. discrepare tamen dicuntur multis in locis, praecipue in fine, ab eius edit. Paris. tom. II. p. 203. — In eod. cod. nr. 13. dissertatio de libri Psalmorum diuisione, contracta videtur Bandin. ex vberiore Athanasii synopsi S. S. Operum tom. II. p. 150. — nr. 17. est Athan. ep. ad Marcellinum, (v. nr. 33.) — *Vindobonae* in cod. Caelareo III. sunt fragmenta tria, quorum duo nondum edita putantur, de quibus late disputant *Lambec.* III. p. 32. sqq. atque *Kollar.* qui in nota prima contra Fabricium statuit, Athanas. Alexandrinum episcopum, auctorem esse synopsios S. S. id vero opusc. posterioribus saeculis a variis possessoribus fuisse passim interpolatum auctumque, atque in aliam fere formam mutatum; in altera autem nota incertus est, num posteriora duo apospasmata ex Athan. synopsi excerpta sint, nec ne? — In cod. XIX. (in quo est Psalterium in XX. sectiones s. *καθίσματα*, *sessiones*, diuisum,) sunt plures partes ex Athanasii epist. ad Marcellinum, ex eiusdem argumento in Psalmos et synopsi S. S. depromptae, atque *Lambec.* insignem locum graecum, antea nondum editum, cum vers. lat. et notis breuibus tom. III. p. 86. sqq. *lat.* euulgauit. *Kollar.* vero in nota obseruat, idem supplementum postea ex cod. Paris. regio a Cotelerio in notis ad patres I. saec. tom. I. p. 452. ed. Clerici, et a Benedictinis in edit. Athanasii Paris. ex eodem codice, collato cum exemplari Anglicano graece fuisse editum; sed neutrum illorum meminisse Lambecii et cod. Vindobon. (v. *Lamb.* comm. III. p. 82. et 85. sqq.) — In cod. LX. sub Athanasii nomine, synopsis in V. T. siue epitome historiae sacrae V. T. (vsque ad interitum Absalonis,) quod vero opusc. huius cod. *Lambec.* III. p. 268. supposititium habet et omnino diuersum esse, scribit, ab altera illa *synopsi* S. S. in ed. Paris. prior. tom. II. p. 55 — 157. et *Kollar.* id confirmat. In catena in Psalterium, in cod. XIV. est, adnotante *Kollario* ad *Lambec.* III. p. 65. exordium desumptum ex *Athan. synopsi*. — In cod. XXXVI. n. 3. est anonymi cuiusdam auctoris narratio fabulosa de morte Abrahami, et de corporali eiusdem translatione in coelum per Michaelen, archangelum, cuius mentio fit in Athanasii synopsi inter scripta V. T. apocrypha spuriaque; quem Athan. locum vulgauit *Fabric.* codicis pseudepigraphi V. T. p. 402. v. *Lambec.* VIII. p. 794. sq. ibique *Kollar.* et hunc quoque de auctore illius fabulae ad *Lambecii* comm. V. p. 631. A. ubi eadem fabula in cod. CCCXXXVII. exstat, et eiusdem Athan. synopsis citatur. — Ad illam synopsis pertinuit quoque fragm. historicum de *S. Luciani*, presbyteri Antiocheni, translatione graeca V. T. in cod. Vindob. CLXIV. nr. 2. (*Lambec.* IV. p. 364.) A *Kollario* in supplem. ad *Lambec.* comment. recensetur cod. XII. in cuius primo loco esse dicitur *Ath. synopsis* S. S. initium autem et titulum hunc prae se fert: *Ἀθανασίου — πρὸς Ἀντιόχειν* etc. — de plurimis et necessariis quaestionibus, de quibus

in divinis scripturis controuertitur. Interrogatio, etc. Pertinere igitur ad nr. 63. potius videtur. Harl.

S u p p o s i t a.

57. *Disputatio contra Arium in Concilio Nicaeno.* p. 206. L. I. p. 111. Ita vulgo inscribitur, licet potius contineat *διαλέξιν* iunioris cuiusdam, in diuersorio habitam. Vertit Omnibonus Leonicensus. *Fabr.* In cod. *Escorial.* v. *Plin.* Itinerat. p. 160. — in cod. *Taurin.* reg. LXXXIV. (catal. codd. gr. p. 179.) — *Vindob.* in eod. LVII. nr. 3. (*Lambec.* III. p. 214. et de fragmento quodam, lib. IV. p. 403.) *Harl.*
58. *Contra omnes haereses*, Arianos, Tropicos siue Pneumatomachos, Paulum Samosat., Manichaeos, Marcionem, Valentinum, Basilidem, Hieracum, Nouatunr, Phryges siue Montanistas, et Apollinaristas. p. 230. L. I. p. 1077. *Fabr.* In cod. *Monach. Bauar.* LXXIII. sunt sermones XX. S. Athanasii contra Macedonianos aliosque haereticos, (cat. p. 24.) sed hi sermones esse videntur ii, qui infra, nr. 75. memorantur. — *Oxon.* in colleg. corporis Christi, nr. 1510. (catal. codd. Angl. et Hib. tom. I. part. II. p. 51) *Ath.* contra haereticos, cum nota praefixa: „Non ab ipso Athanasio scriptus, sed a Vigilio, martyre, vt probat Cassander.“ — In cod. *Vindobon.* LXXVII. nr. 58. (*Lambec.* III. p. 396. sq.) est inter patrum testimonia de quibus in Christo naturis fragm. *Athanasii*, cum inscriptione: *τὸ μακάριον Ἀθανασίου ἐν τῇ κατὰ αἰρέσεων λόγῳ.* et Kollarus in nota, hoc fragm. ait, non legitur in spuria illa aduersus haereses oratione, quae a Montfauc. edita habetur Opp. *Athanasii* II. p. 230. quod, quum *Athanasii* stilum et doctrinam redoleat, manifesto argumento est, aliam olim contra haereses D. *Athanasii* orationem fuisse vulgo notam; spuriam vero istam ab insacundo quopiam Graeculo, qui romanae sedis voluerit adulari, esse compositam. — Idem fragm. diuersum est ab illo, quod a Montfauc. editum legitur tom. I. part. II. p. 1292. Hactenus Kollarus. add. *Oudin.* I. c. 349. sqq. *Harl.*
59. *In historiam Melchisedech* 239. L. II. p. 7. vertit *Io. Lampadius.* Merito tamquam indignum *Athanasio* reicit *Leydeckerus* de Rep. Hebraeorum T. I. p. 63. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* CCXLII. nr. 4. vbi quoque *Lambec.* comm. V. p. 232. sq. ex eo, quod auctor in fine narrationis concilii Nicaeni oecumenici primi ita fecisset mentionem, quasi id iam longe ante aetatem suam fuerit celebratum, colligit, alium *Athanasium*, iuniorum, architectum historiologiae imaginis Berytensis; etiam parentem huius scripti de Melchisedech fuisse. Idem sentit *Lambec.* tom. VIII. p. 766. sq. de alia anonymi cuiusdam narrat. de *Melchisedech* et *Loto* in cod. caesareo XXXIV. nr. 11. vbi tamen Kollarus cum editoribus Benedictinis id opusculum fuisse commentum nugacissimi cuiusdam graeculi, nomine *Athanasii* abusi, censet. Adde *Fabricium* nostrum in codice apocrypho V. T. p. 311. et 333. *Harl.*
60. *Ad imperatorem Iouinianum.* p. 241. L. II. p. 34. Vertit *Io. Lampadius.* Male priores editt. vendidit pro responsione ad Epistolam Iouiniani, de qua supra num. 19. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* LVII. nr. 99. *Athanasii* ep. ad Iouian. v. supra ad nr. 18. *Harl.*

61. *Definitiones*. p. 242. L. II. p. 42. Ex his definitionibus quaedam leguntur inter S. Maximi opera, quae vero de Etymologia traduntur, iisdem verbis exstant in Anastasii Sinaitae Hodego p. 62. atque ita quidem, ut inde petita appareat; pleniora enim ibi leguntur.
62. * *Διδασκαλία* s. *Doctrina ad Antiochum Ducein πρὸς Ἀντιόχον Δύκαν* siue *ἀρχοντα* p. 252. a Montfaucono primum edita graece ex cod. Colbert. MMMMCCXLIX. addita latina versione et breuibus notis. Ex hoc libro desumsi fragmenta graeca Hermiae Pastoris, quae dedi supra cap. I.
63. * *Ad eundem Antiochum, de poenis inferni*, opusculum itidem primum a Montfaucono editum p. 264. graece et latine. *Fabr. Romae* in cod. Ottobon. est *Athan. ad Antiochum epistola*, teste *Montfaucon*. Bibl. bibl. MSS. I. p. 188. *D. Harl.*
64. *Quaestiones ad Antiochum*, siue responsiones ad quaestiones CXXXVI. quarum vltima non contemnendis aduersus Iudaeos argumentis disputat. p. 268. L. II. p. 331. Ex his, quadraginta *) vertit latine et cum annotationibus suis edidit *Io. Reuchlinus* Hagenoae 1519. 4. Rom. 1523. alias interpretati sunt *Valentinus Anselander* et *Ioannes Lampadius*. *Fabr. Mosquae* in cod. XXVII. bibl. Synod. LIIII. cum parte LV. respons. quaestiones et respons. v. *Matthaei* in notitia codd. p. 49. iterum ibid. excerpta ex illis. *Parisi.* in bibl. publ. in XI. codd. infunt *quaestiones*, sec. catal. codd. vol. II. — In cod. *Coislin.* CIX. v. *Montfaucon*. bibl. Coisl. p. 184. — Priores CXXXI. quaestiones, duataxat reperiuntur in cod. reg. *Taurinensi* XXXVIII. sec. catal. codd. gr. p. 144. — *Florent.* in bibl. Medic. in cod. XXII. nr. 24. *Ath.* quaestio ex epist. ad Antioch. cum responsione: in cod. XXIX. nr. 2. et in cod. XIII. nr. 24. CXXXVII. quaest. (vid. *Banain.* cat. codd. gr. I. p. 47. et 54. ac II. p. 521.) — *Venetis* in cod. *Nauicchio* (nunc D. Marci.) LXXV. nr. 75. quaestiones 136. et cod. CXCXVII. (v. cat. codd. gr. *Nanian.* p. 156. et 499. nr. 9.) In cod. bibl. fr. Praedicator. *Claramont.* in Aruernia, quaestiones quaedam, auctore *Montfaucon*. Bibl. bibl. MSS. II. p. 1354. — *Oxon.* in bibl. *Bodlei.* nr. 76. quaest. et respons. *de fide*. — nr. 110. solutio variarum quaestion. et expositio illius *ἀνθρωπος ἀνέβαινεν ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ εἰς ἱερουζᾶ* etc. — nr. 129. quaestiones et responsiones ad Antiochum. — nr. 2906. de rebus variis in S. S. controuersis. gr. — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. explicatio dubiarum in S. litteris quaestionum ad Antiochum: in indice Hoefschelius (teste *Reisero* in catal. p. 27.) hanc adposuit censuram: „*Ψευδὲς πηγὰς εἶναι* esse vel inde constat, quod Chrysostomus, Scala Ioannis, Maximus, Nicephorus et alii in illo citantur.“ — *Ibid.* apud *Reiserum* p. 39. *Athanasii* quaestionum in S. S. dubiarum solutiones et quaestiones ac responsiones, tum *de fide* Cyrilli, Damasceni, *Athanasii*, Nili, Maximi. Addam ex eadem pag. *Athanasii* aliorumque multorum *expositi-*

*) v. supra in catal. edition. *Quadraginta* tamen et *unam quaest.* inesse in versione *Reuchlini* et edit. *Hagen.* animaduertit *Lambacher* in bibl. antiqua Vindobon. ciuica p. 81. qui etiam

memorat cod. eiusdem bibl. chart. gr. in 8. saec. XIV. in quo autem sunt tantum quinquaginta quaestiones. *Harl.*

positiones, *ad imaginem et similitudinem suam*, etc. — *Vindobonae* in cod. caesareo LVIII. (*Lambec. comm. III. p. 252. sqq.* ostendit quoque, illud opus perperam tribui Athanasio Alexandr.) — in cod. CLXIII. nr. 8. et cod. CLXV. nr. 2. quatuor quaestiones sacrae. vide *Lambec. IV. p. 367. et 371.* qui utroque loco, praesertim posteriore, copiosus est de auctore illarum quaestionum; Athanasio, ut pluribus locis perseverat, iuniore, circ. A. C. 765. et adnotat praeterea, quartam s. ultimam in cod. CLXV. quaestionem esse inter quaestiones ad Antiochum centesimam duodecimam, atque ab ed. Paris. (priori) incredibiliter discrepare, tum in eodem illo cod. mentionem fieri anni post Christum nat. *septingentesimi*, tamquam iam praeteriti. — In cod. CCX. nr. 6. sex quaestiones in cod. CCXXXVIII. nr. 14. in quo Athanasius discrete dicitur *Ψιλλος*, exiguus, parvus, — in cod. CCXLI. quaestio XIX. in Ioannis, patriarchae Antiocheni, eclog. ascetic. (*Lambec. V. p. 47. 208. 223. not.*) — in cod. CCLXXXII. nr. 3. quaestiones de fide ad Antiochum: quas in hoc cod. auctiores et emendatiores esse, quam in ed. Paris. docet *Lambec. V. p. 471. sq.* et vide eundem ib. p. 547. de cod. CCLXXXVIII. nr. 7. ubi exstant Ath. iunior. quaest. de fide. — In cod. XXXIII. nr. 13. quaestiones et responsiones quinque de adulterio et scortatione. — in cod. LV. nr. 2. quaestiones et responsiones quaedam sacrae ad Antiochum, (*Lambec. VIII. p. 756. et 1025.*) — in cod. CXXVII. nr. 14. permultae quaestiones et responsiones, teste *Kollario* in Supplem. ad Lambecii comment. p. 743. — Quaest. et responsion. in cod. *Vffenbachiano* VIII. nr. 26. v. *I. H. Maii* bibl. Vffenbach. MSS. I. p. 433. — Alias v. ad nr. 65. et 67. — De auctore illarum quaestionum copiose disserit *Oudin* de scriptor. eccl. I. p. 355. sqq. §. 17. et *Lambecii* sententiam oppugnat. Vtriusque iudicium et argumenta curatius discussit *Kollarus* in longa nota ad *Lambec. III. p. 254. sq.* Animadvertit autem inter alia, in cod. CCXXXVIII. quaestiones sex adscribi quidem *Athanasio exiguo*, s. *iuniori*; inter eas tamen non exstare quaestionem 44. aetatis scriptoris in cod. CLXV. indicem; hinc quaestiones illas adtribuendas esse Athanasio iuniori, ac illi fortasse, qui, opinante *Caueo* tom. I. p. 460. circa a. Ch. 490. Petro Mongo in sede Alexandrina successit. Tandem concludit pluribusque explicat coniecturam suam, Athanasium, episc. Alexandr., in persimili opusculo adversus grassantem Arian haeresin pugnasse, ut doctrinae veritati ac sanctitati prospiceret; id opuscul. ab alio Athanasio, fortasse *Exiguo*, quaestionibus aliis, tempori perinde atque civitatis christianae necessitati opportunis, fuisse auctum; id deinceps ab aliis quoque recentioribus, ut Athanasii auctoritate suis prodesse temporibus, esse factum: hinc ortam esse illam exemplarium miram varietatem et copiam, et opusculum ipsum in orientali ecclesia diu Athanasio adtributum, etc. Quae quidem sententia maxime probabilis esse videtur, vipote quum constet, idem aliis aliorum auctorum scriptis, ab aliis deinceps varia ratione locupletatis atque interpolatis, nomine tamen principis eiusque notissimi auctoris vnice praefixo, iam antiquioribus temporibus accidisse. Hoc etiam loco memorabo *dialogum*, quo *Christianus et Iudaeus colloquentes inducuntur*, uti citatur in cod. Paris. bibl. publ. MMDCCCLXXXIII. aut in cod. MMMXL. *disputatio adversus Iudaeos*: — aut in cod. MDCXXXI. *dialogus cum Iudaeis*. — in cod. *Taurinensi* reg. CC. nr. 33. (vbi fere in cod. *Veneto* D. Marci DXXI. catal. p. 280.) citatur *Athan.*, archiep. Alexandrini, *disputatio*

tationum Zachaeo, legis doctore apud Iudaeos, et nr. 34. disput. Iudaeorum cum Athanasio et Cyrillo de cruce: nisi ea scripta partes esse operis cuiusdam maioris malis statuere v. ad nr. 91. aut. potius cum Kollario ad Lambec. V. p. 288. commentum habere graeculi cuiusdam, ad mentem Athanasii et Cyrilli Iudaeos confutare conantis: ibi quidem in cod. CCXXXVIII. nr. 5. exstat Ἀντιόχεις Ἐβραίων etc. Iudaeorum disp. cum S. Athanasio et Cyrillo de adoratione s. crucis et sacr. imaginum. — adde Imbonati biblioth. latino-ebraic. p. 318. Harl.

[P] 65. * Breues responsiones ad *quaestiones XXXVI. in Evangelia*, editae primum e codice regio MMCDXXXI. cum latina Montfauconi versione p. 306. subiuncto p. 310. fragmento ex quaest. XLII. ad Antiochum, et Orat. III. contra Arianos. *Fabr.* In cod. quodam *Augustano Vindel.* est, teste *Reisero* cat. p. 39. *Athanasii* cuiusdam, *Corinthiorum archiepiscopi*, quaestio, cur Christus in cruce, nec alio supplicii genere mortuus, cum solutione. v. ad §. II. init. *Harl.*

66. * *Dicta et interpretationes CXXX. parabolatum Evangelii* p. 311. L. II. p. 394. In prioribus editionibus numerantur capita CXXXIII. quoniam in duo discriptum est caput LXXX. et LXXXIX. et CXIX. pleraque autem harum interpretationum excerpta sunt e scriptoribus, Athanasio iunioribus, ut Theodorito, et quaestionibus ad Antiochum et Chrysostomo. Confer, (vt loca, a Montfaucono adnotata, omittam,) quaestionem CVII. (in prioribus edit. CIX.) cum Chrysostomi Homil. X. in 2. ad Timoth.

67. *Quaestiones aliae XX. cum suis responsionibus* p. 335. L. II. p. 436. vertit *Io. Lampadius. Fabr.* Vide ad nr. 64. et 65. In cod. *Vindobon.* CLXIV. nr. 9. sunt aliae, ac ibid. nr. 8. occurrunt, et supra iam sunt significatae, variae interrogationes et responsiones sacrae. (*Lambec. IV. p. 367.*) — In cod. *Coislin.* CXCI. *Athan.* quaestio, *quomodo cognoscat homo, quod baptizatus sit et Spir. S. acceperit*, cum aliis eiusdem quaestionibus. (*Montfaucon bibl. Coislin. p. 246.*) — Quaestionum *Athanasii* et responsionum *Cyrilli Hierosol.* versio *armenica* est in cod. *Parif. Colbertino*, teste *Montfaucon. bibl. bibliothec. MSS. pag. 1020. nr. LV.* — Quaedam in cod. *Mosquensi* XXXII. 3. v. *Matthaei* notit. cit. p. 52. *Harl.*

68. *Historia imaginis Berytensis* p. 344. L. T. II. p. 627. post A. C. 765. quo contigisse traditur, scripta a iuniore quodam Athanasio, in Syria episcopo, vt notat *Baronius* ad Martyrolog. Rom. IX. Nouembr. et annal. eccles. tom. IX. ad a. 787. Legitur a graecis Dominica orthodoxiae siue restitutionis imaginum I. Quadages. Ceterum graeci codicis MS., ab vulgatis diuersi, initium, et antiquam anonymi interpretis versionem, antea ineditam, e MSS. bibl. Caesareae profert *Lambecius* lib. I. p. 126. 128. *) Aliam *Anastasi*

*) S. edit. *Kollarii* pag. 224 sqq. vbi *Lambec.* plures codd. caesareos in quibus illa superest historia, vario diuersoque modo enarrata, recenset et comparat. Pag. 232 sqq. exstat latina eaque antiquissima narratio, siue nomine interpre-

tis et sine vilo prooemio. Praeterea in cod. CXVI. nr. 2. vbi *Lambec.* pag. 154 sqq. vol. IV. repetit suam de auctore, Athanasio iuniore, opinionem, sed conferenda est longa *Kollarii* animaduersio, in qua is primum de loco et tempore, quo

fit Bibliothecarii versionem dedit *Baronius* ad A. C. 787. nr. XXIII. seq. et *Binius* tom. III. Concilior. edit. a. 1618. in Actis concilii secundi Nicaeni, A. C. 787. habiti; graece et latine editis, Actione IV. pag. 548. atque inde in recensis tom. VII. Concil. edit. Labbeanae. Alia legitur in prioribus Bini editionibus. Montfauconus in sua, quam recensemus, Athanasii editione duo diuersa graeca exemplaria, quae e Palatinis codicibus ediderat Nannius utraque donauit latina versione, et cum codicibus Colbertinis contulit, atque praeter latinam relationem e Concilio Nicaeno secundo, subiunxit p. 354. veterem latinam versionem eiusdem narrationis ex MS. codices S. Germani a Pratis nr. CVIII. Confer etiam de hoc scripto, magni Athanasii nomen et aetatem absurde mentiente, *Io. Reiskium* de imaginibus CHRISTI p. 137. 145. seq. et *Io. Wulseri* thesaurum iudaicum p. 137.

69. * *Ex libro contra Latinos, quod Spiritus S. ex Patre solo procedat* *) p. 355. a Montfaucono primum editum fragmentum e codice regio MMCCLXXI. [P] et latina versione donatum. Forte est iunioris patriarchae Constantinopolitani, Athanasii, Latinorum non obscuro aduersarii sub extremum saeculi XIII.

70. *Syntagma Doctrinae* ad monachos omnesque Christianos tam clericos quam laicos p. 360. l. II. p. 699. Hoc primus e codice H. Vossii graece edidit et versione ac notis illustravit *Andreas Arnoldus*, Christophori F. additis Valentiniani et Marciani, imp., Epistolis duabus ad Leonem M. et Theodori Abucarae tractatu de vniione et incarnatione, Paris. 1685. 8. [v. supra in notit. editt.] Nonnulla huius syntagmatis loca illustrat *Cotelierius* tom. III. monumentor. pag. 554. 662. et 665. et alteri potius, quam Magno Athanasio vindicandum esse existimat, quae Montfauconi quoque et ipsius H. Vossii et plerorumque eruditorum est sententia, licet quarto seculo scriptum esse non dubitet *Papebrochius* tom. VII. Act. Sanctor. Maii. p. 546. sqq. *Fabr.* Inter codd. *Vossian.* sec. catal. codd. Angl. etc. II. nr. 2135. aut. sec. cat. bibl. Leiden. p. 393. nr. 46. — *Excerpta de ieiunio* in cod. XXXIII. nr. 9. *Vindobon.* teste *Kollar.* in nota ad Lambecii comment.

quo miraculum, de quo controuersia orta est, contigisse memoratur, tum de auctore, per quem litteris est mandatum; denique de huius auctoritate miraculique fide, late disputat, et dissensum a *Baronio*, *Pagio*, *Cauco* et *Combesio* declarat, quae omnia repetere aut excutere haud vacat. Add. *Lambec.* et *Kollar.* ad vol. III. p. 253 sqq. tum ad idem vol. pag. 235. de cod. CXLIV. nr. 28. pag. 443. de cod. CLXXXVII. nr. 10: — (ad vol. V. p. 233 sqq. —) ad vol. VIII. pag. 690 sqq. de cod. XXXI. nr. 12. et pag. 739. de cod. XXXII. nr. 11. in quibus omnibus codd. eadem legitur historiola. — Ea existat quoque in VII. codd. bibl. *Paris.* publ. (v. catal. tom. II.) — *Venetiis*

in cod. bibl. monasterii S. *Michael.* (v. *Mittarell.* bibl. MSS. illius monast. pag. 78.) — sec. *Montfaucon.* bibl. biblioth. MSS. p. 42. nr. 1293. bibl. *Vatic.* p. 1019. nr. 29. versio *armenica*, in bibl. *Colbert.* *Paris.* — pag. 1358. C. in bibl. montis. S. *Michael.* — *Venetiis* in cod. gr. *Naniano*, LXIII. nr. 10. et cod. CLIV. nr. 51. alius sermo. Vide catal. gr. codd. pag. 102. et p. 350. et conf. *Oudin.* l. c. pag. 369 sqq. *Harl.*

v) *Ath.* de processione Spir. S. in cod. eccles. cathedr. *Sarum* nr. 945. cat. codd. Angl. II. p. 23. *Harl.*

comment. vol. VIII. etc. 755. — In cod. mendoso *Naniano* gr. LXIII. nr. 46. ex quo graece edidit confector catal. codd. gr. *Nanian*. pag. 107 — 114. Id opusculum ibi constat binis partibus, prima *de fide*, altera *de moribus*. „Illa, ait auct. catalogi, nunc primum exit in lucem; haec sub Athanasii nomine edita ab Arnoldo, et exstat tomo II. Opp. Athanasii pag. 304. ed. Patauinae a. 1777. vbi inscribitur *syntagma doctrinae*. Tanta tamen est inter eam edit. et hunc cod. diuersitas; vt secundam quoque opusculi partem rursus edendam arbitrer.“ Ex *sermone de fide Montfaut.* in bibl. *Coislin.* pag. 112. e cod. *Coislin.* edidit fragmentum. conf. ad nr. 91. — Conf. *Iac. Basnagii* epist. de syntagmate fidei, quod Athanasio tribuitur; quae accessit ad Chrysostomi epistolam ad Caesarium, monachum, Traiecti ad Rhen. 1687. *Oudin.* l. c. pag. 374. sqq. vbi de controuersia Arnoldi cum Basnagio etiam agit et contra Arnold. disputat, ac *I. G. Walch.* bibl. patr. pag. 222. sqq. et 370. sqq. *Harl.*

71. * *Institutio monastica, siue eorum, qui in quiete vitam agere cupiunt.* p. 364. primum edita a Montfaucono e codice regio MMIMXXXVII. et latine reddita.

72. * *Epistolae duae ad Castorem, Aptensem in Gallia Narbonensi episcopum, de canonicis coenobiorum constitutionibus.* pag. 366. ex duodecim libris *Io. Cassiani* de hoc argumento graece versis excerptae et Magno Athanasio perperam tributae ^{w)}. Has quoque e codicibus, Roma transmissis, Montfauconus primus graece edidit et latine vertit. Legit opus Cassiani graece *Io. Climacus* gradu IV. et epitomen istam, quod eruditum editorem fugit, *Photius* cod. CXCVII. exstatque eadem graece *MSta* in bibl. *Vindobonensi*.

73. *Homiliae, quae Athanasii nomine circumferuntur:*

1) * *in natiuitatem praecursoris, in Elisabeth et in Deiparam* ^{x)}. Primum edita a Montfaucono p. 387. e codice Colbertino, et latine versa. Incipit: *Χώραν μὲν ἀποχερωθεῖσαν.*

2) *in annunciationem sanctiss. Deiparae.* p. 393. L. I. pag. 1028. Incipit: *τὸς θεὸς ἐπεκλήρυνας.* Praemisit illi Montfauconus eruditam Baronii epistolam ad Tho. Stapletonum, qua homiliam hanc post Monothelitas exortos scriptam probat. *Fabr.* In cod. *Vindobon.* LVII. nr. 27. *Lambec.* (III. p. 223.) add. ad nr. 73, 14. *Harl.*

3) *in censum siue descriptionem S. Mariae et in Iosephum.* p. 404. L. II. pag. 645. Vertit Lucas Holstenius. Incipit: *ὡς περ οἱ τῆς χριστίτης γῆν.* *Fabr.* In quatuor codd. *Parif.*

^{w)} Sub nomine Abbatis *Cassiani* exstat in cod. IX. nr. 14. plut. XIV. in bibl. *Laurent. Florent.* teste *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 504. nec non in cod. quodam *Vindobon.* auctore *Lambecio* IV. pag. 374 sqq. vbi copiosus est de hoc scripto et de *Cassiano*, et in cod. CCCXV. nr. 3. v. *Lambec.* V. p. 581 sqq. ibique uot. *Kollarii.* *Harl.*

^{x)} In *praecurs. natalem,* in cod. *Parif.* DCCLXXI. nr. 48. (in quo plures sunt Athan. homiliae,) et in cod. MDLVI. nr. 11. — *Taurini* in cod. reg. CCCXX. (cat. 400.) — *in deiparam* in cod. *Coislin.* CCLXXIV. v. *Montfaut.* bibl. *Coisl.* p. 388. et infra ad nr. 73, 14. *Harl.*

Paris. biblioth. publ. — *Flarnt.* in bibl. Laurent. cōd. IV. nr. 25. plut. IV. (*Bandin.* I. pag. 521.) — *Oxen.* in bibl. *Bodlei.* cod. Barocc. nr. 192. et nr. 234. ac nr. 2500, 14. — *Taurini* in bibl. reg. codd. LXXX et CLXVI. (cat. pag. 174 et 252.) conf. infra, vol. IX. pag. 104. init. inter elogia et vitas sanctorum. *Harl.*

- 4) * in natiuitatem *CHRISTI*, edita primum a Montfaucono e MS. Barocciano, [nr. 234. cat. codd. Angl. tom. I.] cuius apographum accepit a Io. Millio pag. 410. Incipit: *μυσησιον ξενον βλεπω.* Excerpta in eadem leguntur ex homilia Chrysostomi de natiuitate, T. V. Sauil. Etiam alias duas homilias eiusdem argumenti codex Baroccianus Athanasio tribuit, quae in Chrysostomianis leguntur. *Fabr.* In bibl. publ. *Parif.* codd. CDLXXV. et MCCCCXCI. *Harl.*
- 5) in occursum siue praesentationem *D. N. IESU CHRISTI*. p. 416. Ediderat primus *Combeffius* ex codd. regio et Mazarin. tom. I. auctarii noui Patrum p. 497. *Parif.* 1648. fol. Post Nestorii et Eutychis haeresin scripta, quorum nominetenus etiam meminit. Incipit: *τὰ τῆς παρέσης ἱερᾶς πανηγύρεως.* *Fabr.* In cod. *Bodlei.* nr. 174. — in cod. *Cowlin.* CCLXXIV. — in duobus codd. *Parif.* bibl. publ. — in cod. *Mosquensi*, *eis τὴν αὐτὴν ἑσπέρην* initium, *οὐκ οἶδα, ποία χησιμομαι γλώττη.* v. *Matthaei* notit. codd. *Mosquens.* p. 8. nisi legendum est *eis τὴν αὐτὴν* etc. tunc alia, ac exstat, est orat. *in adsumtionem Iesu Christi.* v. nr. 14. conf. infra in vol. IX. pag. 87. inter vitas et elogia sanctorum. *Harl.*
- 6) in coetum a natiuitate. Ioh. IX. p. 427. L. II. p. 679. incipit: *πολυπλάσιον ἐστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις.* Vertit Holstenius. *Fabr.* In cod. *Laurent. Medic.* v. *Bandin.* catal. codd. gr. II. pag. 285. nr. 31. — in cod. *Wheleri* sec. catal. codd. Angl. etc. II. pag. 357. nr. 9097. *Harl.*
- 7) in Matth. XXI. 2. *Ite in castellum, quod contra vos est,* pag. 435. L. II. pag. 654. incipit: *πάλιν ἡμᾶς εὐεργετῶν ὁ Κύριος.* Vertit Holstenius. *Fabr.* In duobus codd. *Parif.* bibl. publ. — in cod. LVII. nr. 26. (in quo praeterea aliae sunt Athanasii homiliae,) *Vindobon.* v. *Lambet.* III. pag. 223. — In cod. V. bibl. synod. *Mosquens.* orat. *ἐκ τῆ κατὰ λευκᾶν εὐαγγέλιον εἰς τὸ, πρεσβύτε εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην* etc. init. ἢ τὰ ἐπίγεια φρονήσαντες. v. *Matthaei* notit. codd. f. msst. gr. bibliothecarum *Mosquens.* etc. pag. 6. *Harl.*
- 8) in Luc. XIX. 36. *Eunte autem illo substernebant vestimenta.* p. 439. L. II. p. 661. incipit: *εἰς τὰ καθέκασα τῶν ἐξ ἀρχῆς.* Eundem huius et superioris homiliae auctorem ab Athanasio diuersum esse, Montfauconus non dubitat. Vertit Holstenius.
- 9) in sanctam quintam feriam et proditorem Iudae. pag. 444. L. II. p. 669. Incipit: *τῶ σωτῆρος τὰ πάθη πένθος μὲν Ἰουδαίων.* Vertit Holstenius.
- 10) in Passionem Domini in Parafceue, p. 447. L. II. pag. 506. Incipit: *μέγα μὲν θρανὸς δημιεργημα.* Primus graece cum versione sua vulgauerat *Petrus Pantinus Tiletanus,*

nus, cum aliis Methodii, Amphiloerii et Io. Chrysostomi homiliis Antwerp. 1598. 8. In codicibus annorum plusquam octingentorum legi, sed stilum ab Athanasio plane absumilem esse, obseruat Montfauconus. *Fabr.* Fragm. in cod. *Vindob.* LVII. de quo v. *Lambec.* et *Kollar.* III. pag. 219. sqq. in cod. *CLI.* nr. 21. v. *Lambec.* IV. p. 296. et conf. *Oudin.* I. pag. 387. — In tribus codd. *Parif.* bibl. publ. — inter cod. *Barocc.* *Oxoniae* nr. 234 et 241. — in cod. *Mosquensi.* v. *Matthaei* l. c. pag. 7. — Add. infra, vol. IX. pag. 91. in elogiis et vitis sanctor. — Haec et aliae quatuor Athan. homiliae receptae sunt a *Io. Patufa* in *Encyclopaed. philolog.* vol. II. pag. 129. sqq. *Harl.*

11) in *SS. Patres et Prophetas et in S. Ecclesiam, atque in Psal. XXXV.* pag. 450. L. II. p. 692. Incipit: ἡ προηγῆσα πρὸς εἰς τὴν ὁδὸν τῆς θεογνωσίας. Vertit *Holstenius.* *Fabr.* *Venetis* in cod. *S. Michael.* teste *Mittarellio* catal. codd. p. 78. *Harl.*

12) in *sanctum Pascha.* pag. 455. primus cum versione sua ex cod. regio edidit *Combesius* in auctario nouo tom. I. pag. 531. Incipit: εἰ ταῖς τῶν ἀγγέλων ἐνῆν πρὸς τὸ παρὲν χεῖρα δαὶ γλώτταις. *Fabr.* In codd. II. *Paris.* bibl. publ. — fragment. in bibl. *Leidensi* inter codd. *Vossian.* p. 369. catal. nr. 26. fin. — in cod. reg. *Taurinensi* CXV. v. catal. codd. gr. pag. 218. — in cod. *Mosquensi* V. v. *Matthaei* l. c. pag. 7. — Orat. Athan. in *nouam dominicam:* inc. χεῖρὸς ἐγχεθεὶς ἐκ νεκρῶν. in cod. *Mosquens.* l. c. ea etiam est in II. codd. *Paris.* *Harl.*

13) [P] in *sanctum Pascha homilia altera* et in recens illuminatos siue baptizatos, sabbato in *Albis.* p. 458. L. II. p. 673. Vertit post *Holstenium* *Combesius* et in iam dicto auctario nouo p. 539. ex MSS. reg. et *Seguieriano* recensuit. Incipit: χεῖρὸς ἐγχεθεὶς ἐκ νεκρῶν. *Fabr.* In quibusdam codd. tribuitur illa *Basilio Seleuciensi.* v. ad num. seq. et infra vol. VIII. pag. 136. nr. 5. ed. vet. *Harl.*

14) in *adsumptionem Domini nostri IESU CHRISTI.* pag. 462. L. II. p. 1. Vertit post *Io. Lampadium* *Combesius* in auctario nouo pag. 551. incipit: ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη. Hanc cum duobus praecedentibus *Basilio Seleuciensi* viri docti tribuunt. At *Garnerius* tom. II. ad *Marium Mercatorem* p. 324. ait, caractere *Neflorii* se prodere, florido ac interdum paene poetico, metaphoris efferente sese, et apostrophis quasi animato, scripturae testimoniis iisque litterali sensu acceptis, nisi quando ad haeresin detorquentur, subinde distincto. *Fabr.* In duobus codd. *Paris.* bibl. publ. — in cod. *Taurinensi* reg. CXV. v. catal. codd. gr. pag. 218. — in cod. *Mosquensi.* v. *Matthaei* l. c. pag. 8. add. infra, vol. IX. pag. 95. XI. — In *Homilia in adsumptionem Mariae,* in cod. *Vindobon.* CVII. nr. 16. citantur *Athanasii* aliorumque testimonia de illa adsumptione, teste *Lambec.* IV. pag. 338. sqq. qui de illa opinione copiosissime agit aut potius dissertat. suam, olim diario sacri itineris *Cellensis,* *Vindob.* 1666. 4. insertam, recognouit et mutatam exhibuit in vol. VIII. pag. 282 — 410. et pag. 333 sqq. locum *Athanasii,* aut, iudicibus *Bellarmino* ac *Baronio,* *Cyrelli Alex.* ex orat. de *deipara* excitat, add. ad nr. 73. 2. *Harl.*

15) * En-

- 15) * Encomium in S. Andream, apostolum, p. 466. Primus e codice Toinardi edidit Montfauconus. Incipit: ἐρῶν τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀγέλην. *Fabr.* In *Thomas Galleti* Religioso, cui adnectuntur Sanctorum aliquot varia opuscula nondum edita Lugduni, 1615. 8. exstat *Athanasii*, episc. Alex., encomium in b. Andream, apostolum, *Carolo Fabiano* interprete. v. *Fabric.* infra, vol. XIII, pag. 813 sqq. *Harl.*
- 16) * Sermo de officiis Christiani hominis ex cod. Colbert. MMMMMCIV. primum ab eodem Montfaucono vulgatus et latine versus p. 469. Incipit: τρεῖς ἀπατεῖ ὁ Θεὸς παρὰ χειρὶανῶ. *Fabr.* In cod. *Bodlei.* 147. et cod. *Gale*, nr. 5949, (cat. codd. Angl.) inscribitur hom. de salute. An pertinet ad nr. 77? *Harl.*
74. *Dialogi quinque de SS. Trinitate.* p. 472. L. II. pag. 158. Athanasio ab aliis, ab aliis rectius S. Maximo tributi, et cum Theodori Bezae versione primum editi apud H. Steph. graece et latine a. 1570. 8. *) deinde a Felckmanno et aliis inter Athanasii, hinc a Combesio inter S. Maximi scripta: denique parum verisimili Garnerii suspitione in Theodoriti Operum auctario, siue tomo quinto vulgati. *Fabr.* Conf. *Oudin.* pag. 350 sqq. *Ittig.* de bibliothec. patrum pag. 716. et *Fabric.* infr. vol. XIII. pag. 616. qui in nota, ex Manuele Caleca, ait, tamen conicias σημειώσεις in illos dialogos composuisse S. Maximum, non ipsum esse illorum auctorem. v. *Combesii* auctar. nouiss. tom. II. p. 222. sed et 63. 212. 247. — Excerptum, siue dialogus *Athanasii* cum Apollinario, ex dialogo IV. de trinitate, tom. II. Opp. Ath. pag. 525 sqq. legitur in cod. *Vindobon.* XLV. adnotante *Kollario* ad Lambecii comment. III. p. 178 sqq. — Dialogi V. de Trinit. sed *Maximo Monacho* adscripti, exstant in cod. *Vindobon.* CXCIV. v. *Lambec.* IV. pag. 466 sqq. qui ex *Labbei* dissert. de scriptor. eccles. tom. II. pag. 85. obseruat, eosdem dialogos in codd. romano et veneto adtribui *Maximo*. — In eadem bibl. caesarea in cod. CCXLVIII. nr. 18. 19. 20. et 21. sunt quinque libri, quos recenset *Lambec.* V. pag. 295. quaedam partes a reliquis diuulsae, aut cum peculiari inscriptione interdum occurrunt, nec singulis nomen Athanasii aut alius additur. v. de cod. reg. *Taur.* CC. nr. 49 — 52. auctorem catal. codd. gr. *Taurin.* pag. 301. *Harl.*
75. *Sermones siue opuscula uaria viginti contra diuersas haereses.* p. 541. L. II. pag. 260. Ex his duo priora, quibus dialogus duplex cum Macedoniano continetur, videntur eundem auctorem habere cum praecedentibus quinque dialogis. Tertium Epistola est ad Eustathium, quam sequuntur caetera septendecim, tributa Theodorito a Io. Dallao in disp. de fidei ex scripturis demonstratione p. 48. et 146. ex Photii cod. XLVI. sed ex Marii Mercatoris testimonio ad Euthereum Tyannensem, Nestorii sectatorem, refert Io. Garnerius, in auctario Theodoriti. p. 254. et ad Marium Mercatorem tom. II. pag. 277. uti priora duo Theodoriti esse non dubitat. Montfaucono adhuc videtur esse ambigendum. [v. *Oudin.* loc. cit. et ad nr. 58.] Vertit latine *Abrahamus Scultetus*.

76. * [P] *Syntagma varii argumenti ad quendam Politicum*, p. 583. editum primum a Montfaucono ex Vaticano codice DCCCL. quem exscripsit D. Ioannes Guillot. Latinam versionem Montfauconus addidit. Incipit: ἐπειδὴ σοι τῷ περιδεξίῳ καὶ μεγαλεπιβόλῳ τῆς φύσεως.
77. * Λόγος διακριτικὸς in Dei mandata, pro iis, qui seculo renunciaverunt et salutem volunt consequi. p. 51. itidem primum editus, e codice Vaticano DCLVIII. Incipit: ἀγαπῆτοί φροντίζομεν. [in cod. Mosquensi V. teste Matthaei l. c. inscribitur περὶ σωτηρίας ψυχῆς]
78. * Διδασκαλία ad monachos, lenis et spiritualis, p. 595. primum edita e codice Vaticano MCXLVIII. Incipit: τὸν πιστεύοντα τῷ Κυρίῳ καὶ προσιόντα ἑαυτῷ.
79. * Ἐξηγητικὸν de templo Athenarum, scriptum futile, prolatum similiter e codice Vaticano MCXCVIII. p. 598. Incipit, ut quæst. CXXXVI. ad Antiochum: τὸς τὰς θεῶν γραφαῖς μὴ ἐπισαμένους. [in cod. Bodlei. nr. 251.]
80. * *De corpore et anima* apospasination, quam pulcrā Athanasii tractationem vocat codice Sfortiano vsus, Gerardus Vossius ad Gregor. Thaumaturg. pag. 120. Hoc itidem ex cod. Vaticano DCC. primus graece edidit, atque, ut cetera, quae iam a num. 76. retuli, latine reddidit Montfauconus.
81. *De unitate Deitatis Trinitatis, ad Theophilum* libri VIII. pag. 604. L. II. p. 550. Graece non exstant, videnturque latine scripti et a Vigilio Tapsensi ²⁾, ut Petrus Franciscus Chiffletius sibi persuasit, vel, ut Montfauconus, ab Idacio Claro, fortassis sub Athanasii nomine editi, unde tamquam Athanasii citantur ab Ratramno III. 6. contra Graecos, Hincmaro, Aenea Parisiensi, Theodulfo Aurelianensi, aliisque. Ordo librorum in editt. et MSS. varius est. Atque, qui liber VIII. est in editione Montfauconi, in prioribus occupat libri decimi locum; undecim enim libros illa numerant, quum Montfauconus octo illis libris velut peculiaris opuscula subiiciat pag. 624. *de fide unitatis et Trinitatis*, quod in aliis editionibus est libri undecimi initium; deinde *de Ariana et catholica confessione*, quod est in aliis editt. liber octauus: tum pag. 628. *de fide sua*, quod aliae editiones inscribunt librum IX. Quae in editione Lipsiensi tom. II. pag. 588. a verbis: *His, qui Filium DEI creatum esse profitentur*, vsque ad finem libri XI. pag. 602. leguntur, a Montfaucono exhibita fuerunt supra nr. 32. Febr. Confer *Oudin.* l. c. pag. 367. *Oxoniae* in collegio Iesu, nr. 2033. catal. octo illi libri cum aliis Athanasianis. — *Confessio fidei* in cod. reg. *Taurin.* LXXXIV. v. catal. etc. pag. 179. — Latine editi sunt: *D. Athanasii libri contra idololatriam gentium, et de fide S. Trinitatis.* Cum praefatione *D. Martini Lutheri* et *D. Ioan. Pomerani*, cuius opera hi Athanasii libri restituti et additi sunt. Wittembergae 1532. 8. Io. Bugenhagius Pomeranus in praef. scribit, se nuper legisse undecim libros Athanasii, de unitate deitatis trinitatis in quodam libro con-

tra

2) v. infra ad nr. 88. de edit. *Blanchini.* *Harl.*

tra varias haerese, in scripto *Antidotum*; in illo etiam esse Athanasii libros, sed corruptissimos; se igitur edidisse illos integriores. Insunt vero huic editioni, Athanasii contra gentiles liber, per Ambrosium Monachum e graeco in lat. conuersus; de vnitate deitatis trinitatis libri, ad Theophilum; ad Epictetum, episc. Corinth. epist. et ad episc. Africae et disput. p. 182. *Harl.*

82. *Vigilii Tapsensis* sub Athanasii nomine scripta latine *disputatio cum Ario, coram Probo iudice* p. 614. L. II. p. 603. ^{aa)} Eam ex pleniore [P] Chiffletii editione quoque subiunxit Montfauconus pag. 642. quae inscribitur *altercatio S. Athanasii episcopi contra Arium, Sabellium vel Photium, haereticos*. Vigilius Chiffletii vidit lucem Diuione 1664. 4. haec vero disputatio Athanasii sub Vigilii nomine exstat etiam in Georgii Cassandri Operibus p. 460. additas habens varias lectiones ex veteri codice Petri Pithoei.

83. *Epistolae* Athanasii nomine *ad romanos Pontifices* et pontificum ad Athanasium, nempe *ad Liberium*, graece et latine. p. 668. L. I. p. 243. Ceterae latine, *ad Marcum, papam*. p. 665. L. II. p. 628. *ad Iulium, papam* p. 669. 673. *ad Felicem* p. 675. Confer his *Epistolis* additas censuras et animaduersiones *Blondelli* in eius pseudo-Isidoro pag. 436 sqq. *Fabr.* Epistola *Liberii* ad Athanasium et Athanasii ad *Liberium*, in *Vindob.* cod. LVII. nr. 23 et 24. vid. *Lambec.* III. p. 22. — eadem epistolae in cod. *Laurent.* Medic. XII. nr. 15 et 16. plut. VI. — *Confessio fidei catholicae* ad Iulium, papam rom., in cod. XII. nr. 1. plut. 4. et in cod. *Vindobon.* CCL. nr. 18. (*Lambec.* V. pag. 320. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 120 et 533.) *Fides catholica* in bibl. *Bodlei.* inter codd. *Laudi*, nr. 1125. — v. ad nr. 88. — Athanasii et Liberii epistolae, (vna cum multis aliis Athanasii scriptis,) in cod. CCCCLXXV. bibl. publ. *Paris.* et in cod. *Taurinensi* LXXXIV. (v. cat. codd. gr. *Taur.* pag. 179.) — In conciliorum edit. reg. tom. III. Labbei tom. II. *Harduin.* tom. I. v. *Fabric.* B. gr. vol. IX. p. 377. *Harl.*

84. *Vita et gesta S. Syncreticae* graece et lat. pag. 681. Hanc latine ex versione Daudis Colvilli ediderat *Bollandus* ad quintum Ianuarii, tom. I. p. 242. Graece cum versione sua *Cotelerius* tom. I. monumentor. ecclesiae graecae pag. 201. cuius adde notas p. 754. In aliis codicibus et apud *Nicephorum Callistum* VIII. 40. Athanasio, in aliis Polycarpo Ascetae, in aliis denique Arsenio Pegadensi tribuitur: ita enim se habet clausula huius

^{aa)} In cod. *Vaticano*, Athan. disputat. contra Arium de filio dei coram Probo iudice, a Vigilio edita, (*Montfauc.* bibl. bibliothec. MSS. I. p. 128. cod. CCLXII.) In *Britannia*, secundum cat. codd. Angl. et Hib. inter codd. *Vossian.* nr. 2640. (v. etiam catal. bibl. *Leidenf.* p. 583. nr. 72.) sententia iudicis Probi inter Athanasium, Sabellium et Photium, atque Athanasii altercatio cum Ario etc. — Inter codd. eccl. apud *Eboracum* nr. 42. — inter codd. *Bernar-*

di nr. 3590. — inter codd. *Theyeri*, nr. 6460. (catal. II. p. 4. 89. et 199.) Athan. disput. cum Probo contra Arium, Sabellium, Photinum etc. — *Cantabrig.* in bibl. *Pembroch.* nr. 2149. eadem disp. (cat. I. p. 161.) adde supra in generali codd. notitia. In fine edit. Bugenhag. Pomer. ante memor. disputatio inter Athanasium et Arium s. Arianum quemdam coram Probo iudice. *Harl.*

- ius vitae certe antiquae et in vitis Patrum et a Io. Climaco, aliisque laudatae in editione Montfauconi ex schedis Combesianis: ἔως ὅδε πεπλήρωται οἱ ἐκ τῆς ἀγίας παρὰ τῆ μακαρίας Ἀρσενίας τῆ Πηγαίδων ἐξελευθότες λόγοι, καθὼς καὶ εἰς μὲν πέντα ἅπαντες. *Fabr.* Exstat quoque in cod. *Scorialensi*. conf. *Oudin.* l. c. pag. 373. qui eam vitam Polycarpo *Ascetae* tribuere malit. — Hic memorari potest narratio Graeculi cuiusdam, *Athanasii* nomen ementiti, *martyrium Menae, Hermogenis et Eupraphii*, in cod. *Coisl.* CCCLXVIII. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 565. et *Fabr.* B. Gr. IX. pag. 124. init. nomine neque Athanasii, neque vllius alius addito, in cod. *Vindob.* XXVII. v. *Lambec.* VIII. pag. 660. ibique Kollar. *Harl.*
85. *Exhortatio ad monachos*, latine pag. 709. L. II. p. 619. Incipit: *et si quid gloriarī in CHRISTO licet*, atque ab Holstenio etiam vulgata est in adpendice ad codicem Regularum Paris. a. 1663. 4. et latine ab Athanasio scriptam persuasit sibi *Papebrochius* in Actis Sancto. Maii tom. VII. pag. 546. *Fabr.* *Oxeniae* in bibl. collegii Iesu nr. 2032. — in cod. *Bodlei.* nr. 2211. — exhortatio ad Clericos, inter codd. *Car. Theyr.* nr. 6664. (cat. codd. Angliae et Hib.) *Harl.*
86. *Exhortatio ad Sponsam Christi*, itidem latine, pag. 711. et in eadem codicis Regularum adpendice Holsteniana, atque in Actis Concilii Aquisgranensis a. C. 816. tom. VII. *Corcil.*
87. *Epistola ad episcopum et clerum Persarum*, qua ei mittit Epistolam Dionysii Alex. ad Paulum Samosatenum, quae et ipsa adiicitur p. 716. latine ex veteri versione. Hanc Athanasio tributam epistolam Roma ad Montfauconum misit Claudius Stephanotius. *Fabr.* *Montfaucon* in bibl. *Coisl.* pag. 269 sqq. e cod. *Coisl.* CCXI. prius illam epistolam publicauit graecam cum versione latina, et animaduertit, veterem lat. interpretationem in fine quaedam habere, quae in textu graeco non obseruentur, et graecam epistolam, licet Athanasium in titulo ementiatur, tamen esse antiquam. *Harl.*
88. *Symboli Athanasiani formulae* quatuor *graecae* non parum inter se discrepantes pag. 728. sqq. una ex Felckmanni editione ad fidem [P] Palatinorum codicum L. II. pag. 31. altera primum vulgata a *Gilb. Genebrardo* libro III. de SS. Trinitate, Paris. a. 1569. 1585. 8. tertia, quam post Nic. Brylingium et Mich. Neandrum H. Stephanus in rudimentis fidei christianae in lucem edidit a. 1565. 12. a qua parum abit, quam ex codice Laz. Baifii dedit idem Genebrardus, et quam in Conciliorum editione tom. II. Labbeus exhibet. [conf. infra vol. XI. p. 374 sqq.] Quarta denique paullo vberior, ex Patricii Iunii apographo vulgata ab *Vsserio* in diss. de romanae ecclesiae Symbolo, Lond. 1647. 4. et Oxon. 1664. 4. pag. 26 sqq. Easdem formulas videre licet in *Wolfgangi Gundlingii* notis ad Eustratii Iohannidis Zialowski, Rutheni, delineationem ecclesiae graecae pag. 69 sqq. ⁶⁶⁾ Latinae formulae antiquae eiusdem symboli, quae in MSS. codd. nihil

66) Sex symboli formulas, variis in locis invicem dissidentes, recitat *Gundling*, quas paucis indicat censor illius delineationis, (Norimberg. 1681. 8.) in Lips. actis erudit. a. 1682. p. 6. sqq.

Latina quoque formula rursus in graecam linguam est translata, cuius initium differt a primaria graeca edit, v. *Alter* l. postea mem. *Harl.*

nihil ferme differunt, varias lectiones codicis Colbertini addidit Montfauconus, atque duas veteres versiones gallicas ex MSS. adiunxit, quarum altera inscribitur: *Canticum Bonifatii*. *Ce chant fut St. Anastaise, qui apostoliques de Rome*. Ceterum *Commentarius* in Athanasii Symbolum, quem p. 735. Montfauconus protulit e codice bibl. S. Germani a Pratis nr. CXCIX, quingentorum circiter annorum, quaedam similia habet quidem, diuersus tamen est a commentario *Richardi Pampolskani*, eremitaе Anglofaxonis, circa a. C. 1420, cuius commentarius exstat in tomo XXVI. Bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 624. Veterem *anglicam* metaphrasin rhythmicam vulgavit *Georgius Hickesius* in thesauro linguarum septentrionalium, tom. I. pag. 233. *Anglofaxonica* versio exstat in *Guil. Wottoni* conspectu brevi operis Hickesiani pag. 77. De antiquis *germanicis* Otfriedi et aliorum versionibus vide *Lambecium* II. pag. 460. [549. ed. Kollar.] 760, 763. et *Tenzelii* praef. *Hebraice* versum a Iulio Marcello Romano MS. in bibl. Vaticana memorat *Imbonatus* in bibl. latino hebraica pag. 149. Sed omitto recentiores versiones, vt *arabicam*, a *Nisselio* editam Lugd. Bat. 1656. 4. vna cum Cantico Canticor. De auctore huius Symboli multa et diuersa ac pugnancia inter se tradiderunt viri eruditi, ex quibus hoc saltem videtur esse certum, non fuisse compositum ab Athanasio, sed diu post saeculo quinto latine primitus scriptum et deinde a variis graece translatum, qui vel cum Graecis negarent, Spiritum S. a filio procedere, vt a quibus formula graeca prima et quarta profluxit, vel id cum ecclesia occidentali profiterentur, vt in secunda et tertia formula sit. Vtrum vero auctor sit *Vigilius Tapsensis*, vt videtur [P] esse verissimum et persuasum est *Paschasio Quersnello* diss. XIV. ad Leonem M. p. 733. et 913. et *Antonia Pagi* ad A. C. CCCXL. num. 8. an *Vincentius Lirinensis*, vt contendit *Iosephus Antelmius* in disquisitione de Symbolo Athanasiano, Paris. 1693. 8. non est plane exploratum, nedum vt constet de auctore, quem alii minus verisimiliter volunt, *Hilario Pictau* vel *Eusebio Vercellensi*, vel *Athanasio*, Nemetum episcopo, circa A. C. DCXL. cui symbolum tribuit *Sandius* adpendice ad nucleum hist. eccles. pag. 35. "A vel *Anastasio* vel *Bonifacio* denique. Conferre interim licebit Nic. Serarii et Henrici Nicolai diatribas, praecipue vero *Wilhelmi Ernesti*, *Tenzelii* iudicia eruditorum de symbolo Athanasiano studiose collecta et inter se collata, Gothae 1687. 12. *Tillemontium* tom. VIII. memor. hist. eccles. pag. 667. et *Montfauconi* diatriben in symbolum *quicumque*, formulis quatuor graecis praemissam. Antiquissimum testimonium symboli, Athanasio tributi, est synodi Augustodunensis a. c. 663. *Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel clericus Symbolum, quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt, et fidem sancti Athanasii, praesulis, irreprehensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnatur*. Alia est Symboli expositio, quae vere Athanasii est, Facundo laudata, de qua dixi supra nr. 2. *Fabr.*

Primum *codd. mssos*, in quibus symbolum illud, aut glossam, aut expositionem illius occurrere deprehendimus, paucis enumerabimus. — Secundum igitur *Montfaucon.* in bibl. bibliothecar. MSS. exstat in bibl. *Cassinesi*, glossa in symbolum *Athan.* (I. pag. 225. nr. 263.)

cc) Add. idem *Sandius* in nucleo etc. p. 256. et p. 80. *Harl.*

263.) — *Musiolani* in bibl. Ambros. et in cod. III, bibl. Abbat. S. Theodoric. prope *Ramos*. *Athan.* symbolum. I. pag. 530. E. II. p. 1230.) — Idem cum glossa, in bibl. *Basilensi*, (pag. 607. B.) — Expositio super symb. de fide catholica, *Parisi.* in bibl. reg. (II. p. 1038. nr. 121.) — In *Britannia* sec. catal. codd. Angl. et Hiberniae *Oxonie* in colleg. *Basilensi*, nr. 210. *Ath.* symbolum cum commentario. — in coll. *Mertonensi* nr. 675. et in bibl. *Bodlei.* inter codd. *Gust. Laudi* nr. 994. symbolum cum glossa. — in coll. S. *Ioannis bapt.* nr. 1874. comment. in symbolum Athanasii et apostolorum. — in colleg. *Mariae Magdal.* nr. 2193. comment. *anglice* scriptus in symbolum Athan. — in bibl. S. Petri ap. *Eboracum*, nr. 41. et in bibl. *D' Ewer*, in comitatu Suffolciae, nr. 9889. *symbolum Athan.* (tom. II. pag. 4. et p. 386.) — In bibl. Th. Bentelei. inter codd. *Laudi*, nr. 1125. et in bibl. *Norfolk.* nr. 3258. rom. (II. p. 82.) *Ath. fides catholica.* — inter codd. *Bodlei.* nr. 2330. et inter codd. *Franc. Iunii* nr. 5137. *Cantabrig.* inter codd. *Pembroch.* nr. 2140. et in bibl. publ. nr. 2216. expositio fidei catholicae, i. e. symbolum Athan. — *Cantabrig.* in collegio S. Benedicti nr. 1294. de triplici symbolo fidei, apostol. Nicaen. et Athan. vel, (vti adnotatur p. 132. cat. I. 2.) alias inscribitur, de articulis fidei et sacramentis ecclesiae. — Inter codd. *Bodlei.* nr. 2325. versio *anglica.* — inter codd. *Huntington.* nr. 5795. expositio symbolum Athanasianum, *arabice.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. cod. XII. nr. 3. plüt. xi. (*Bandin.* I. pag. 509.) — *Taurini* inter codd. latinos bibl. reg. in cod. XVII. fides catholica ab Athanasio exposita, f. symbolum, eidem patri perpetam adscriptum, cum glossa — et in cod. LXIV. idem cum glossa interlineari et adnotat. in margine, v. catal. codd. latin. pag. 4. et 22. in posteriore cod. hoc symbolum, (vti adnotat confector catalogi,) adscribitur *Anastasio Alexandrino* hisce verbis: „Hic ratio fidei catholicae traditur et in veteribus codicibus, a beato *Anastasio Alexandrino* conscripta, et puto, quod idcirco tam plano et breui sermone tradita fuit, vt omnibus Catholicis et minus eruditis tutamen defensionis praestaret aduersus illam potestatem.“ — *Neapoli* in bibl. regia, cod. LV. — *Venetis* in cod. DLXXV. bibl. D. Marci, Athan. symbolum. (catal. pag. 301.) — *Vindobonae* in bibl. Caesarea, in cod. CCLXIX. nr. 2. Symbolum fidei. v. *Lambec.* V. pag. 446. ibique *Kollar.* qui ex testimonio synodi Augustodun., a Fabricio quoque laudato, colligit, ab Athanasio fuisse compositum quoddam symbolum; sed deinceps ab aliis auctum, mutatum atque interpolatum, indeque posse tantam intelligi varietatem. — Apud *Labbeum* (collect. concilior.) duo feruntur concilia romana, in quorum priore a. 341. Athanasius traditur composuisse symbolum, vti scripsit *Fabric.* B. Gr. XI. pag. 574 sqq. qui in nota, symbolum, ait, ab Athanasio scriptum ad Iulium, papam, adfirmat *Manuel Caleca* de principiis fidei catholicae pag. 284. tom. II. auctarii Combefisiani. conf. ad nr. 81. et 83. — In expositione confessionis fidei Latinorum, graece scripta missaque a Gregorio IX., rom. pontifice, ad Germanum, patriarcham Constantinopolitan. dicitur Athanasius symbolum scripsisse *latine*, quum in occidentis partibus exsularet. v. *Fabr.* B. Gr. VIII. pag. 741. ed. vet. — Cl. *Alter* subiecit suae Phranzae edit. p. 149 sqq. *Athanasii symbolum* ex latina lingua quondam versum, ex cod. Vindob. theol. CCXLV. et in praef. pag. 12 sqq. xberius de eo egit. Incipit *ἔστι δ' ἡν βέληται σωθῆναι*. Contra graecum primarium symb. (inc. *τῶ θεῷ ὁντι σωθῆναι*; et est in cod. caesar. CXC. Tum adiecit *symbolum SS. apostolorum* ex cod. caesar. theol. CXC. ap. Nessel. — *symbolum Nicaenum* ex eod. cod. et *symbolum CPolitanum* ex cod. eodem. Adde eundem V. D. vber Georgianische Litteratur, Vindob.

1798. 8. pag. 111 sqq. ubi adnotat, symbolum Athan. in lingua Slauica liturgica reperiri etiam in Psalterio et Breuiario Glagolitico. — *Dan. Waterland* in historia critica symboli Athanasii, (sermone anglicano scripta,) Cantabr. 1724. auctorem esse conicit *Hilarium*, episcop. Arelatensem; contra *Ludou. Anton. Muratorius* in anecdot. tom. II. pag. 228 sqq. attribuit illud symbolum *Venantio Fortunato*: *Sam. Barnag.* annal. politico-eccles. tom. II. pag. 807. et *Ger. Io. Voss.* (qui scripsit diss. tres de tribus symbolis, apostolico, Athanasiano et Constantinopolitano, Amstel. 1642. et 1662. 4. et in Opp. tom. VI.) in diss. II. §. 24. incertum esse, profitentur, verum illius symboli Athanasiani auctorem. Praeter Vossium, Caucum, Tenzel etc. collegerunt quoque plura de illo *Koch* in Obseruatt. miscell. tom. I. pag. 177 sqq. *Stolle* l. c. pag. 247. *Moller* homonymoscop. pag. 422 sqq. *Henr. Nicolai*, Prof. Thorun. diss. de symbolo Athanasiano. Dantisci 1655. 4. — *I. G. Walch* in introduct. in libros eccles. lutheran. symbolica. libr. I. cap. 2. §. 23 sqq. pag. 145. et in hist. eccles. N. T. pag. 1312 sqq. [et *C. Gu. F. Walch.* in Brev. theol. symb. p. 54 sq. ed. secund. qui ipse in Bibl. symbol. vetere p. 156 sq. symbolum accurate describi iussit.]

Enarratio *Pseudo Athanasiana* in symbolum, ante hac inedita. Et *Vigili Tapstani de Trinitate ad Theophilum* liber VI. nunc primum genuinus atque assumptis carens prolatus ex vetustissimo codice amplissimi capituli Veronensis, opera et studio *Iosephi Blanchini* etc. Acc. symbolum Nicaenum, cum *Symmachi*, papae, vita ex vetustissimis membranis nunc integre in lucem emissa. Veronae ex typogr. Petri Antonii Berni. 1734. 4. *Harl.*

89. * *De S. Trinitate* opusculum p. 739. primum editum ex MS. regio MMCCCLVIII. et latina versione a Montfaucono donatum. Incipit: *μὴν φύσιν δόξατε πατέρες καὶ υἱὸς καὶ ἅγιος πνεύματος τὴν θεότητα.* Videtur compositum saltem post Synodum Chalcidonensem. *Fabr.* In bibl. Norfolkiana, (cat. codd. Angl. etc. II. pag. 79.) nr. 3132.

Athan. de S. Trinitate liber. princ. *Tu unus dominus pater* etc. *Harl.*
90. * *De ratione Paschae* tractatus p. 741. 742. a Muratorio ex bibl. Ambrosiana ad Montfauconum transmissus latine, qui etiam latini potius quam graeci scriptoris, nedum Athanasii, esse suspicatur.

VII. SUPPLEMENTVM

Scriptorum S. Athanasii, graece et latine cum notis primum in lucem editum in noua collectione Patrum Montfauconiana tomo II. Paris. 1766. fol.

Eugenii, diaconi Ancyрани, legatio ad Athanasium pro causa Marcelli Ancyрани et confessio fidei ecclesiae Ancyranae ad eum missa circa A. C. 371. primumque edita ex apographo bibl. Ambrosianae, quod [P] ex codice Scorialensi descriptum fuerat. pag. 1 — 4. confer praemissam doctissimi editoris de causa Marcelli Ancyрани diatribam.

91. Athanasii *περὶ πίστεως λόγος ὁ μέγας* sermo maior siue liber de fide, initio mutilus, p. 5 — 19. ex codice bibl. Mediceae. Fragmenta huius libri ex Theodorito et Gelasio iam dederat Montfauconus. tom. I. pag. 1282. Hunc idem putat esse Athanasii libellum, in quo CHRISTUM hominem Dominicum *κυριανὸν ἀνθρώπον* vocari notauit Rufinus. Apologia pro Origene. Formulam eandem retractauit Augustinus. Confer *Billii*

- notas ad Nazianz. tom. II. pag. 1273 sq. Athanas. tom. I. pag. 97. 98. edit. nouiss. et *Sirmondum* tom. II. Opp. p. 758. *Fabr.* De fragmentis in cod. *Coislin.* et *Naniano* v. supra ad nr. 70. — Forſan opusculi illius pars quoque fuit ſupra ad nr. 64. memorata diſputatio cum Indæo etc. et opusculi quo probatur aduerſus Iudæos, *Chriſtum iam veniſſe*, in bibl. publ. *Paris.* cod. CCCCXXVI. nr. 6. in quo nr. 2. ſunt quoque *Gregorii Nyſſeni*, *Anaſtaſii Sinaitæ*, *Athanaſii* et *Felicis*, *papæ*, loca varia, quibus S. Trinitatis dogma explicatur. *Harl.*
92. *Fragmenta* duo ex codice *Stephani Baluzii* p. 20. 21. vnum de repudiato propter Pauli *Sampſateni* abutum homouſii vocabulo, et alterum de ſoclere *Stephani Antiocheni*, quod iisdem prope verbis narrat *Nicephorus* IX. 23. tangitque *Theodoretus* II. 9. Hiſt. Subiunxit *Montſauconus* ex eodem codice *Baluziano* breue apoſpalmation *Athanaſii* longe iunioris *Hagioritæ*, ſive monachi, ſacri montis *Atho* incolæ.
93. *Epistoſta ad monaſticam vitam agentes*, græce ex codicibus *Mediceo* et regio, quæ latine tantum ex veteri, quæ vberior eſt, interpretatione latina prodierat. tom. I. pag. 967.
94. *Fragmenta* commentariotum ſive ſermonum in *S. Matthæi Euangelium*, plura et meliora ex MSS. et *Catenis*, quam ſupra, nr. 38. prodierant. pag. 24 — 41. Neque dubitat iam amplius *Montſauconus* apoſpalmation, ſupra nr. 42. editum, de nouem *Herodis* morbis, vere eſſe *Athanaſii*.
95. *Fragmenta* commentariotum ſive ſermonum in *Euangelium S. Lucæ*, triplo auctiora ex MSS. codd. et catena edita in lucem. pag. 42 — 48. *Fabr.* Conf. ſupra nr. 38. — In cod. *Vindobon.* XLII. in catena in *Lucam*, (*Lambec.* III. pag. 163 ſqq.) — ib. in cod. LXIV. nr. 3. ſunt duo *Euſebii Pamphili* et *Athanaſii* fragmenta de cognatione virginis deiparæ et *Elifabethæ*, indice *Lambecio* IV. pag. 364. vbi vero *Kollar.* adnotat, *Athanaſianum* fragm. deſumptum eſſe ex *Athan.* commentariis in *Lucam*, operum tom. II. p. 42. a verſu 29. ed. *Montſauc.* *Harl.*
96. *Homilia*, magno *Athanaſio*, vt videtur, perinde, vt duæ, quæ ſequntur ſuppoſitæ, in *Canticum Canticorum*, ex MSS. *Ambroſiano*. pag. 49 — 54. Incipit: *περὶ τοῖς λόγοις.*
97. *Homilia de patientia*, 56 — 63. Incipit: *Ὁ ἡμέτερος διδάσκαλος Παῦλος.* Ex eodem MSS. codice.
98. *Homilia eis τὰ βάλια*, in ramos palmarum. pag. 63 — 65. Incipit: *Φεμὸν, ἀγαπητοί, μυστήριον σήμερον.* Ex MSS. *Ambroſ.* et *Ottobon.*
99. In diſtum 2. Cor. XII. 2. *Novi hominem raptum ad tertium coelum*, et 7. *datus eſt mihi ſtimulus carnis angelus Satanae*. p. 65 — 68. ex MSS. bibl. [P] monaſterii S. *Baſilii* *Romæ*. Non videntur hæc eſſe magni *Athanaſii*.

100. *Argumentum in Psalmos, et commentariorum fragmenta* in priores Psalmos LXXV. eruta ex apographo Ambrosiano, quod ex codice Scorialensi descriptum fuit. pag. 70 — 101. *Fabr. Vindobon.* in cod. caesar. XIX. qui continet Psalterium, in XX sectiones diuisum, cum prooemiis, ex Athanasii epist. ad Marcellinum aut synopsi confutis. Secundae prooemii secundi parti praefixus est titulus *περὶ τῆς ἐκδέσεως τῶν ψαλμῶν*. v. *Lamber. III.* pag. 82. vbi Kollar. adnotat, priori parte conuenire id prooemium cum Athanasii argumento in Psalmos a Montfauc. (h. l. nr. 100.) ex cod. biblioth. Ambrosianae vulgato. conf. ad nr. 35. *Harl.*

101. *Fragmentum contra Macedonianos, et alia contra Nouatianos, atque de amuletis siue περιπτοῖς* aliaque varii argumenti ex codd. MSS. regii et Colbertinis. p. 102 — 106. *Fabr.* Hinc inde in codd. superesse fragmenta, nomine Athanasii, quo iure, qua iniuria, praefixo, iam animaduertimus. Sic opusc. a graeculo quodam suppositum Athanasio, paraenesis ascetica, in cod. *Vindobon.* CLXXIX. teste *Lambecio* IV. pag. 419. — in anonymi cuiusdam locis communibus asceticis, e variis scriptoribus eccles. collectis et in sermones LXIII. diuisis, quorum tamen XXXVII. priores exstant in cod. *Vindob.* CCLI. quem vberius recenset *Lamber.* V. pag. 324. fqq. — In cod. *Veneto* D. Marei DCVIII. exstare, dicitur *S. Athan.* explicatio somniorum iambico metrico, atque ordine alphabetico conscripta (cat. pag. 314.); sed videant acutiores! — Vel *Lexicon* tribuitur Athanasio, in cod. *Parisi.* bibl. publ. MMDCXVII. (cat. codd. regg. II. pag. 529.) Enimvero, (vti iam supra monui,) multis viris celebribus accidit, vt libri, etiam futiles, auctoritate quasi et splendore nominis illorum muniti et commendati, ab aliis euulgarentur. Atqui quando bonus Athanasius, ab aduersariis doctis indoctisque, etiam ab imperatoribus perpetuo agitato, saepe exsul et in variis terris errans, licet ferream habuisset industriam ingenioque abundasset fertilissimo, potuerat omnia ista opera, quae Athanasii nomen prae se ferunt, numero fere infinita, interdum mole graua, conficere! Quidquid est, Montfauconii tamen et Benedictinorum sedulitas in conquirendis Athanasii scriptis, siue genuinis, siue adulterinis, eorumue fragmentis reliquit aliis spicilegium. *Montfaucon.* quidem nr. 101. fragmenta e libris Athanasii contra Nouatianos, (qui etiam *καθαρσοὶ* dicebantur,) publicarat; sed *Io. Christoph. Wolf* in anecdotis graecis, tom. IV. pag. 52 fqq. ex catena msta in acta apostolorum et septem epp. catholicas, quam seruat biblioth. collegii noui Oxoniens. cod. LVIII. (de quo diligenter disputat in praefat. ad tomum tertium,) duo Athanasii loca, quae in illa catena ad actus apostol. illustrandos adferuntur, primus in lucem protulit: et priorem quidem ad cap. VIII. v. 24. ex sermone *tertio* contra Nouatianos: ex quo demonstrat Wolfius, non *duo*, quos suspicabatur Montfaucon, sed *tres* minimum libros aduersus illos Nouatianos ab Athanasio fuisse scriptos. Posterior locus ad cap. XVI. 3. ex sermone II. fuit excerptus.

Alia euulgauit *Scipio Maffei* part. III. Osservazioni letterarie, iterumque cum aliis disquisitionibus in: Storia teologica delle dottrine e delle opinioni — del libero arbitrio etc. Veronae 1742. fol. vbi in altera parte nr. XI. pag. 254 fqq. est: frammento insigne

di storia ecclesiastica del quarto secolo, s. vita Athanasii et historia Arianismi et haere-
 feos Meletianae illustratur in notis quae explicatur: de quo posteriore libro plura vide
 in *Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern* etc. tom. VII. pag. 152 sqq.
 Haec omnia quae Benedictini Paris. et post haec ipse Montfaucon. Maffei ac Wolfius
 collegerant, aliaque recepit *Nicol. Anton. Giusliniani*, episcopus Patavinus, in nouam
 editionem:

Athanasii opera omnia, quae exstant, vel sub eius nomine circumferuntur. —

Opera et studio monachorum ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri. Nouissi-
 mis nunc curis emendatiora et quarto volumine aucta. gr. ac lat. Patavii 1777. fol.
 Tria volumina priora reddunt editionem Benedictinorum; quantum vero ea, quae post
 illam Montfaucon et in collectione noua et in bibl. Coislin. vna cum pluribus locis,
 ex epp. festal. a Cosima in topographia christiana seruatis, et ex praef. Montfaucon. ad
 Cosmam (in collect. noua) cap. VI. de Athan. epp. fest. pasch. nec non omnia, quae
 Wolf ac Maffei emiserunt in lucem; tum sequitur Athanasii interpretatio Psalmorum,
 ex Montfauconi collectione, et alia, siue de titulis Psalmorum, ab *Nic. Antonello*
 edita, postea V. L. cod. Vatic. aucta. In praef. ad IV. vol. duo Athanasii fragmenta
 noua in lucem prolata sunt. At plura addere atque praeflare debuerat editor. Conf.
 ephemer. litterar. Gotting. a. 1778. part. 114. pag. 921 sqq. *Athanasii fragmenta sunt*
quoque in Gallandii biblioth. graeco-lat. veterum patrum etc. V. p. 161. *Harl.*

VIII. Scripta S. Athanasii deperdita, vel inedita.

Contra haereses. Vide tom. I. edit. nouiss. pag. 1292. *contra Valentinianos* id. pag. 1274.
contra Macedonianos, Montfauconi supplement. pag. 102. *contra Nouatianos*, id.
 pag. 103.

Ad monachos, Arianorum dogmatum confutatio. tom. I. pag. 342. 956.

Contra Versacium et Valentem liber. tom. I. p. 1287. ex Hieronymo.

Contra Arianos, super dicto, nunc anima mea turbata est. tom. I. pag. 1286.

Disputatio cum Ario in Synodo Nicaena. tom. III. pag. 205. ^{ad})

Ad Iovinianum. tom. I. pag. 778.

Liber de titulis siue inscriptionibus Psalmorum. tom. I. pag. 981. 1287. ^{ad})

Commentariorum in Psalmos bona pars.

^{ad}) In cod. *Vindobon.* CLXXIV. exstat fragm.
 disputat. S. Athanasii cum Ario in concilio Ni-
 caeno habitae a verbis Arii *ἐγὼ γὰρ πάντα τὰ ἐν-
 δύματα τῆς πλάνης ἀποδύσαμενος* etc. usque ad finem
 verborum Athanasii et simul totius disputationis

καθὼς ἐφ' ἡ ἀλήθειαν, teste *Lambecio* IV. pag.
 404. *Harl.*

^{ee}) Lucem vidisse illum librum opera Anto-
 nelli et in noua editione Patavina, paullo ante
 significauimus. *Harl.*

In Ecclesiasten et Cantica Canticorum. Phot. cod. CXXXIX. ff)

In Cantica Moſis et Mariae, ſororis, MS. in bibl. Ambroſ. vide tom. I. pag. 1006 et 1008.

In Matthaeum. tom. I. pag. 1266 ſq. 1289. et ſupplement. p. 24.

In Lucam. Vide ſupplement. pag. 42.

In Ioannem. Meminit Thomas Aquinas, notante Caueo.

Sermones Conſolatorii ad virgines. tom. III. pag. 110. ex Theodoriti II. 4. Hiſt.

Synodicon. tom. I. pag. 716. ex Socratis lib. I. c. 13. hiſt. Nomina epiſcoporum, qui concilio Nicaeno interfuere, in Synodico illo lecta olim a Socrate, leguntur etiam hodie in Athanaſii epiſtola ad Aegyptios et Africanos, inſerta Apologiae contra Arianos, quae ſecunda vulgo dicitur.

Epiſtolae variae, de quibus Photius cod. XXXII. teſtatur, illis additam fuiſſe Apologiam pro fuga, quae exſtat. Exſtant et aliae Athanaſii epiſtolae, ſed plures interceiderunt, vt ad *Eupſychium*, de qua tom. I. pag. 1287. [P] 1293. ad *Rufinianum*, Act. I. Synodi II. Nicaenae et *epiſtolae feſtales*, quarum ad quadraginta octo olim numeratae fuerunt. Vide Montſauconi prolegomena ad Coſmaram Indopleuſten cap. VI. et tom. I. Athanaſ. pag. 968. Et *epiſtolas canonicas*, vt de qua tom. III. pag. 125. ex Baſilione ad Can. XXVII. Carthag.

Homiliae variae etc. Fabr.

Iis, quos et in hac paragrapho paſſim, et in Introduct. I. c. laudauit viros doctos, qui de Athanaſio aut eius ſcriptis egerunt, hic quosdam alios, qui Athanaſiana aut explicuerunt, aut tranſtulerunt in alias linguas, commemorare inuat.

Arnoldus Gruenſ adſtruxit Athanaſii relationem de Arii morte ab Obſeruatoris Halenſis cauillationibus. Vitemb. 1722. 4.

De la Croze in theſauro epiſtol. tom. III. pag. 3. ex Athanaſii ſilentio colligit, Ioann. 1. Ioan. V. 7. eſſe ſpurium: pag. 177 ſq. docet, formulam, *vnam naturam verbi incarnatam*, perperam et mala fide a Cyrillo, qui eam ex lacunis Apollinarii hauſiſſet, S. Athanaſio adtribui; idque agnoſcere et fruſtra excuſare *Le Quien* in prolegomenis editionis ſuae operum Damasceni fol. XLIII. col. 3. §. 17. — pag. 129. ex fine epiſt. ad Epictetum obſeruat formulas et perpetuum morem Neſtorianorum ad naturas Ieſu Chriſti, contra Apollinarii diſcipulos, diſtinguendas.

Arianos impudentiſſime finxiſſe, ab Athanaſio *Arsenium*, lectorem quondam Athanaſii, dein epiſcopum ciuitatis Hypſelitarum, eſſe trucidatum, docet M. *Pylus* in obſeruat. de erudit. de quorum morte falſus rumor, in Miſcellaneis Lipſienſ. tom. IV. pag. 99 ſq.

ff) Fragmenta occurrunt in ed. fragmentorum ex commentariis in *canticum canticorum*, ſub nomine Eusebii editorum. v. infra lib. V. cap. 4. pag. 95. nr. 12. vol. VI. vet. edit. *απὸ τῶν ἀγγραμῶν* in cod. *Matritenſi*. vide ſupra, ſect. III. init. notitiae codd. *Hark.*

sq. — in tom. IX. p. 117. ab *Adelfo* demonstratur, ab Athanasio propter ignorantiam linguæ hebraicæ bonam causam male esse defensam, contra Arianos.

Historia christianorum dogmatum ab ætate *Athanasii* vsque ad *Gregorium M.* (germanice scripta,) auctore *Io. Christ. Frid. Wundemann* etc. pars I. Lips. 1798. 8. II. qq. de quo libro vide *Gableri* neues theolog. Journal, a. 1799. vol. III. part. I. pag. 42 sqq.

Antonii vita, ab Athanasio scripta, et in anglicum sermonem translata, est in *Stephens's Ascetics*, Londini 1697. 8. et rec. in *Whiston's Collection of ancient Monuments relating to the Trinity and Incarnation* etc. ibid. 1713. 8. p. 143 — 196. — In eadem collectione pag. 20 sqq. legitur versio anglica opusc. de incarnatione et aliorum.

Athanasii oratt. quatuor contra Arianos et orationem contra gentiles e lingua graeca transtulit in anglicam, et praefixit obss. contra *Whistonum Samuel Parker*. Oxon. 1713. 8. II. voll.

A brief Account of some Expressions in *S. Athanasius* his Creed by *Gabriel Tower-son*. Oxon. 1663. 4.

The Acts of Great *Athanasius* with Notes, by way of illustration, on his Creed, and Observ. on the learned vindication of the Trinity and Incarnation by *D. William Sherlock*. 1690. 4. — rec. in (*John Biddle's*) Faith of one God. Londin. 1691. 4. — De his aliisque, quae ad historiam *Athanasii* spectant, libris et in Britannia editis v. *Brüggemann View* etc. pag. 398 sqq. add. eumd. in Supplem. to the View p. 75.

In *Paitonii* bibliotheca degli Autori antichi — volgarizzati, vol. I. pag. 132 sqq. vberius indicantur et recensentur libri sequentes:

Vita di *S. Sincretica*, scritta da *S. Atanasio* — tradotta dall' Original Greco in Latino dal *Davide Colville* Scozzese, ed in Lingua Franzese da *Arnaldo Dandoli* e ultimamente nell' Idioma Toscano da un Sacerdote Lucchese etc. in Lucca 1720. 8.

Trattato di *S. Atanasio* della semplice e pura Chiesa d'Iddio etc. tradotto in lingua Toscana per *Graziano Perugino*. In Venezia. 1545. 8.

Notabile historia del miracoloso sangue uscito di una santa Imagine di Nostro Signore Giesu Christo, martirizzata da Giudei, scritta da *S. Atanasio* e tradotta dal Signor *Gio. Giacomo Pisani*. Con una breue narrazione dell' istesso, come una ampolla di detto sangue fosse portata da Costantinopoli in Venetia, ove si conserva, et si mostra nella Nobilissima Chiesa di *S. Marco*. In Venetia. 1593. 4.

Notabile hist. — Christo, fatta per man di *Nicodemo*, martirizzata da Giudei nella Citta di Baruti. Scritta — di *S. Marco* il Giovedì Santo et la Vigilia dell' Ascensione. In Venezia. 1602. 4.

Parafrasi sopra il Simbolo di *S. Atanasio* di *Cornelio Aiello*. Napoli 1629 et in nota subiuncta *Paiton*. de aliis Symboli et *Athanasii* in Psalmos edd. pauca tradit. *Harl.*

IX. S. EPHRAIM, Nisibenus, Syrus, Iacobi Nisibeni discipulus, diaconus, atque, si auctori Praedestinati haeref. 57. et Menologio Graecor. 28. Iam. fides, etiam presbyter Edefsenus, A. C. 375. denatus, vir ardore pietatis et sacra eloquentia insignis, de quo Acta Sanctor. tom. I. Febr. pag. 49. sqq. S. Chrysostomus sermone de falsis prophetis tom. VI. pag. 401. ²⁸) Palladius Lausiaca p. 113. Sozomenus III. 16. et quae ex Greg. Nysseno ²⁹), Amphilochio atque aliis praefixa operibus Ephraemi sunt ab Gerardo Vossio [et Assmanno]: Metaphraistes item atque Anonymus in Ephraimi vita, quae graecae editioni Oxoniensi Ephraemi subiiciuntur.

[P] Σύρων καὶ παιδὲς Φασιν ὑπὲρ τὰς χιλιάδας λόγων αὐτὸν ἀναγράφει. Phot. cod. CXCVI. *Multa syro sermone composuit, inquit Hieronymus c. CXV. catalogi, [vbi v. interpp. p. 204. sq. ed. Fabr.] et ad tantam venit claritudinem, ut post lectionem scripturarum publice in quibusdam ecclesiis eius scripta recitarentur.* Andreas Massius praef. ad Mosen Barcepham de para-

gg) Elogium, quod Chrysostomus, siue Io. Ne-
steutes, Ephraimō tribuit, quia insigne est, adseri-
bendum putavi: Ἦν Εὐδαίος ἡ εὐδαία τῆς Ἐκκλησίας,
καὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰδοχος· πᾶ Ἰγνατίος τὸ
τῷ Θεῷ εὐκτατός· πᾶ ὁ Διονύσιος τὸ πεταγὸν τῷ ἁγί-
ῳ· πᾶ ἱππολύτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνεκτατός· πᾶ
Βασίλειος ὁ μέγας καὶ μικρὰ δὲ τῶν Ἀποστόλων ἰσοδύ-
σεις· πᾶ Ἀθανάσιος ὁ ἅγιος καὶ πλεονέκτης τῶν ἀρε-
τῶν· πᾶ Γρηγόριος ὁ δευτέρος Θεολόγος καὶ ἀήττητος
εὐραϊστής, καὶ ὁ τέτατος συνανυμνος· πᾶ Ἐφραίμ ὁ πω-
λὸς, ἡ παραμυθία τῶν ἀδυμάντων, ἡ παιδαγωγία τῶν
νέων, ἡ χαρὰ καὶ τῶν μετανοούντων, ἡ κατὰ κίρτι-
σιν βοήθεια, τὸ δοχῶν τὰ πνεύματος· *vbi Ephraim*
ille magnus obtorpescientium excitator, afflicto-
rum consolator, iuuenum in disciplina instructor
atque excitator, dux poenitentium, framen ac
spiculum adversus haereticos, et Spiritus S. ha-
bitaculum?

hh) Greg. Nysseni ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πατέρα
Ἐφραίμ. tom. II. Oppi pag. 1027. Amphiloχίου
comparatio inter Basilium M. et Ephraimum.
Confer, quos laudat W. E. Tenzelius diss. de
Ephraim Syro. Arnstad. 1685. et in diss. selectis
exercit. VII. part. I. pag. 273 sqq. recusa. Tille-
montius tomo VIII. Memor. hist. eccles. Mich.
Hoyerus, monachus Augustinianus, lib. de vita S.
Ephraemi, Duac. 1640. 12. Io. Morinus de sacris
ecclesiae ordinationibus pag. 490. etc. Etiam
ab Eusebio Pamphili memoratum Ephraimum
scripsit Photius cod. CXCVI. sed Eusebium pro

Sozomeno nominasse coniicit Cotelierius ad tom.
III. monument. eccles. graec. pag. 536. licet Eu-
sebius etiam meminisse Ephraemi potuerit, &
audimus subscriptionem graecam antiqui MS.
Constantinopolitani apud Vossium pag. 813. quo
S. Ephraemi dicitur ἡγήσας ἐν ταῖς ἡμέραις τῷ με-
γάλῳ Κωνσταντίνῳ καὶ πρώτῳ βασιλεὺς, ἡμῶν καὶ
μέχρι τῆς βασιλείας τῷ Οὐάλεντις, ὅφ' ἔ καὶ ἐτελευ-
σῃ. Fabr. Attamen Fabric. infra, libr. V. c. 38.
de scriptoribus in Photii bibl. censurae subiectis,
de cod. CXCVI. „Eusebius, inquit, de Ephrai-
mo, utpote longe iunior, meminisse non po-
tuit: itaque Photius memoriae lapsu illi tribuit,
quod de multitudine scriptorum Ephraimi lege-
rat in Sozomeni III. 16.“ Tenzel vero in Exer-
cit. sel. I. p. 274. non refragabor, ait, *Andreas*
Riueto lib. III. critici sacri cap. 21, existimanti,
Ephremum Constantino M. imperatore natum esse,
quum videam, *Bolidandun* nr. 14. idem ex Meno-
logio graeco et breuiori Ephraemi biographo no-
tasse, eiusque natales ad exordia imperii Con-
stantini retulisse. — Praeterea pluribus demon-
strat Assmann. in Proleg. ad Opp. Ephraemi I.
§. V. p. VII. vitam Basilii M. et Ephraemi, Syri s. vt
Vossius partem illius n. c. XIII. inscripsit compara-
tionem ac similitudinem quamdam S. S. patrum Ba-
silii et Ephraim, Syri, perperam tribui Amphilo-
chio; contra a vetustissimo quidem auctore con-
scriptum, a recentioribus autem mire interpola-
tam esse: in qua sententia antea iam alii sunt
versati. Ilarl.

paradiso, qui Ephraimum non semel laudat: *Mihi doctor meus syrius saepe solabat dicere, nullius alterius scriptoris plura praestantioraque de rebus sacris volumina apud Syros ferri, quam Ephraemi, ut mihi cum Augustino nostro conferendus videretur ἐν τῇ γὰρ πολυγραφίᾳ.* Vniuersos s. scripturae libros ἀκριβῶς ἐρμηνεύσαι πρὸς λέξιν illorumque abditos sensus lumine spiritus illustrasse, testatur Nyssen in eius vita p. 1033. (tom. II. Paris. 1615.) Ex his commentarios in *Genesin* et *Exodum* cum LII. homiliis syriaco sermone nactus est D. Robertus Huntingtonus, ut ex eius epistolis pag. 8. et 10. adparet. Hebediesu in catalogo librorum chaldaeorum nr. 60. Ephraem magnus, inquit, qui propheta Syrorum (et οὐκ ἐμμενὸς διὰ σκαλός,) cognominatus est, edidit commentarios in libros *Geneseos*, *Exodi*, *Sacerdotum*, sive *Leuitici*, *Iosuae*, filii *Nan*, *Iudicum*, *Samuelis*, libros *regum*, *Davidis*, *Isaiae*, *Duodecim* et *Ieremiae*, *Ezechielis* et beati *Danielis*. Exstant etiam eius libri et epistolae de fide ecclesiae atque eiusdem orationes metricae, (τρεῖς κοίνας μετὰ ᾠδῶν ἐπὶ ᾧ, [h. e. versuum, linearum]) memorat Sozomenus III. 16. adde de hymnis eius Theodoretum IV. 29. Hist. Morum de sacris ecclesiae ordinationibus p. 419. 490.) adhortationes, cantica, officia defunctorum omnia, adpositiones alphabeti, ^{kk}) disputationes cum Iudaeis, nec non adversus Manichaeum, Bardaisanem, Marcionem et Ophitas, demum dissolutio impietatis Iuliani. Servantur nonnulla Ephraemi lingua syriaca etiam in bibliothecis Angliae, et iam pridem Iacobus Golius ex oriente scripta Ephraemi non pauca in Belgium secum attulit, et Vsserius Ephraemum de sapientiae amore et alia eius syriacae scripta Lugdunum Batavorum transmisit, e quibus nonnulla punctis animasse vocalibus et latine vertisse se testatur Lud. de Dieu praef. ad Comment. in Acta Apostolorum. Confer W. E. Tenzelli diss. select. pag. 298. lq. Institutio Ephraemi ad monachos exstat syriace MS. in bibl. Caesarea, ut notavit Lambecius tom. I. pag. 171. ^{ll}) Habui et ipse vnam alteramque Homiliam Ephraemi syriaca lingua, descriptam ex codice bibl. Bodleianae, quam mecum et haud paucas graecas communicavit doctissimus vir, qui Oxoniae e MSS. codd. descripsit Io. Adolphus [P.] Hofmannus, Ploenensis. Illas ego, syriacae et latine ut ederentur ^{mm}), misi Lipsiam ad D. Godfridum Olearium, neque ingratum spero fore viris eruditis videre, quatenus syriacae versio sacrorum librorum, praecipue N. T. distet ab illa ⁿⁿ), qua S. Ephraimus vsus est. *Precationes binas Ephraemi habes in Severi Alex.*

ii) Quae syriaca lingua scripta in Assemani edit. viderint lucem, postea indicabimus. *Harl.*

kk) Punctorum vocalium inuentionem, litteris syriacis adponi solitam, Ephraemo Syri tribuunt. Vide Abr. Echellensis notas ad Ebed Iesu Catalogum. Negat tamen illum inuentorem Io. Morinus lib. II. Exerc. Bibl. XVIII. c. IX. pag. 547. sqq.

ll) In Lambecii comment. ed. Kollar. sunt vol. I. p. 503. nr. XXVIII. et pag. 412. nr. CLXXX. indice Kollario in not. 1 et 2. Ephr. Syri institutio ad monachos, et hymni aliquot in B. virg. Ma-

riam etc. lingua syriaca. Ibidem pag. 771. nr. XXXVII. et XXXVIII. plura esse opuscula Ephraemi gr. ex Neapolitana biblioth. in Caesarem Vindobon. translata, ex catalogo italico significat. *Harl.*

mm) Illae tamen ab Oleario non sunt editae. *Harl.*

nn) Andreas Mullerus pag. 27. sqq. de versionibus syriacis sacror. libror. recte non audet affirmare, versionem syriacam N. T. quam hodie habemus, illam ipsam esse, in quam Ephraimus Syrus et Iacobus Nisibensis olim commentati

sunt.

Alex. siue Antiocheni potius libello de ritibus baptismi et sacrae synaxis, quem syriace et latine edidit *Guido Fabricius Boderianus* Antwerp. 1572. 4. pag. 127. sqq. Bardesani haeresin ab Ephraimo, Syro, confutatam testatur *Theodoritus* 1. de haereticis fabulis. *Fabr.*

E p i m e t r o n.

De Ephraemo Syro praeter eos, quos Fabricius iam laudauit, et praeter scriptores historiae ecclesiasticae, multi alii vario modo scripserunt aut iudicarunt. En quosdam e multis!

Guil. Cauens in historia litteraria scriptor. eccles. pag. 149. — in antiquitatibus patrum et ecclesiastic. tom. II. pag. 1105. sqq. verl. german.

Gottfr. Voskerodt in comment. de euangelicae veritatis et pietatis doctore antiquo, Ephraemo, Syro, Gothae 1710. 4.

M. Io. Christoph. Coler. in disquis. (parum) critica in selecta historiae litteratae de Ephraemo et Io. Damasceno, Syris, capita. Vitembergae, 1714. 4.

De. Piss nouvelle Biblioth. des Aut. eccles. tom. II. pag. 145 sqq. aut in Bibliothèque nouvelle eccles. auctorum, II. p. 249 sqq.

Sam. Batnaga in Annal. tom. III. p. 50 sq. 71.

Gottlieb Stolle Nachricht von den Kirchenvätern etc. pag. 343 sqq.

Oudin. de scriptor. eccles. tom. I. pag. 494. sqq. qui in quatuor capitibus docte et copiose agit: 1) refert iudicia et narrationes veterum de operibus Ephraemi; tum recenset cap. 2) opera illius edita, yberime vero a Vossio iunctim euulgata; cap. 3) codd. msst. opera varia Ephraemi continentes; cap. 4.) codd. msstos opusculorum singularium.

Gottfr. Arnoldi Denkmahl des alten Christenthums oder des H. Macarii vnd anderer Männer der alten Kirche, (Gregorii Nazianz. Zenonis Veron. Ephraemi, Syri, Nili, Sixti II.) auserlesene Schriften, cum praef. S. I. Baumgart. ed. 4. Lips. 1740. II. voll. 8.

I. G. Walch in H. eccl. N. T. pag. 1328. sqq.

E c 2

I. G.

sunt. *Fabr.* Add. de duplici S. S. versione syriaca, et qua ratione Ephraem antiquissimam in suis commentariis sit sequutus, *Bened.* praef. ad tom. III. circa fin. — De versionibus syriacis atque arabicis v. *Assemann.* in bibl. orientali vol. I. et in ed. Opp. quae syriace sunt edita, (de quibus post haec sermo erit,) in prolegg. ad vol. II. pag. LIV sqq. et praef. ad vol. IV. — Libellum a *Guid. Fabric. Boderiano* editum et a nostro Fabricio in textu melioratum, de ritibus baptismi et sacrae synaxis, perperam

tribui Antiocheno, statuit *Assem.* prol. ad vol. I. Opp. pag. XIV. add. pag. XI. fin. et pag. LXXXVIII. Insuper tribus illis locis agit de versionibus quorundam Ephraemi hymnorum syriacis, a Io. Cardin. Bona et Abrah. Echellenfi factis. adde infra ad §. XI. fin. adnotata. *Harl. Theoph. Lebr. Spohn* Collatio versionis Syr. quam Peshito vocant, cum fragmentis in commentariis Ephraemi Syri obuiis, Spec. I. L. 1745. 4. II. Vit. 1792. Ei. Diss. de ratione textus biblici in Ephraemi Syri commentariis obuio eiusque vsu critico. L. 1786. 4.

I. G. Chansepié in nouv. diction. hist. et crit. h. v. qui in notis A. et B. de quaestione controuersa, agit, num Ephraemus natus fuerit patre christiano, an idolorum cultore, et an a Basilio doctus fuerit linguam graecam: atque in not. D. de Ephraemi scriptis num genuina sint, nec ne eorumque editionibus, etc.

Inprimis *Ios. Sim. Affemannus* de vita scriptisque Ephraemi optime meruit. Is autem primum in Bibliotheca orientali Clementino Vatic. tom. I. Romae, 1719. fol. pag. 25 sqq. edidit vitam Ephraemi syriacam et breuiorem et longiorem, in qua haud pauca enarrantur de eo fabulosa, latine vertit et notis illustrauit, atque commentar. de vita illius, scriptis eorumque editionibus subiunxit: tum in prolegomenis ad vol. I. Opp. Ephraemi de vita, scriptis, codd. atque editionibus illius egit copiose, multaque collegit, ut postea paullo distinctius ostendamus. Excerpta luculenta ex bibl. orientali Vaticana de vita Ephraemi dedit cl. *Aug. Frid. Pfeiffer*, collega mihi amicissimus, in: *Ios. Sim. Affemanns orientalische Bibliothek oder Nachrichten von syrischen Schriftstellern, in einen Auszug gebracht, Erlang. 1776. 8. pag. 11 — 33.*

Theoph. Spizelius in vetere academia Iesu Christi, Augustae Vindel. 1671. 4. pag. 95. exhibuit eius imaginem, aeri incisam, et locis ex Gregorio Nysseno, Sozomeno ipsiusque opusculis Ephraemi excerptis eius pietatem demonstrare voluit. Pari modo illustrauit vitam Ignatii, Polycarpi, et reliquorum scriptorum ecclesiast. quorum vitas operaque in superiore volumine sumus persequuti.

P. Dominici Schranm analysis Opp. SS. patrum etc. tom. XII. continens opera, supplementa ad opera S. Ephraem, Syri — cum duplici indice, Augustae Vindel. 1789. Mai. 8.

Gnaab (in praesenti Profess. Tubingensis,) primas vitae Ephraem. pragmaticae lineas duxit in *Pauli*, Profess. Ienens. Memorabilien etc. vol. II. Lips. 1792. nr. V. — *Zornii* diss. de nostro exstat in Miscell. Groning. fasc. II.

Io. Petrus Kohlius, in academia Petropolitana historiae ecclesiasticae et litterarum humanior. olim Professor, edidit Introductionem in historiam et rem litterar. Slauiorum, in primis sacram. Altonau. 1729. 8. et libr. II. non solum cap. 1. 2. pag. 218 sqq. de opusc. Ephraem. versione slaunica, ejusque variis egit editionibus, praecipue Moscouienti, quae auspiciis Petri, imper. Ruthenorum, 1701. prodit; sed etiam duos Ephraemi sermones de sacra coena, qui nec in versione Vossiana exstant, nec in graeca edit. Oxoniensi, ex slaonica lingua vertit et primus produxit in lucem. In adnotationibus autem ad illos quoniam Kohlius demonstratum iuit, Ephraemum doctrinae Lutheranae esse testem ac vindicem, et saeculum Ephraemianum plane alienum fuisse ab errore *transsubstantiationis*, quam vocant, Pontificiorum, grauem nec indoctum nactus est aduersarium, *Petrum Benedictum* e soc. Iesu, (qui quidem in adprobatione nominatur auctor.) Is vero scripsit *Antirrheticum*; seu confutationem adnotationum Io. Kohlii ad geminos S. Ephraemi de sacra coena sermones, Romae

ap.

ap. Io. Mariam Saluiam, 1740. Mai. 8. et veritatem doctrinae, quam romanae ecclesiae ad-
 feculae profitentur, tuiturus, omnibus eruditionis viribus solitorumque armorum artibus adhi-
 bitis, debellare Kohlhum, et probare adnititur, primum, verba Ephraemi illum minus recte
 intellexisse; deinde sermones, a Kohlho promulgatos, non esse Ephraemi, et priorem quidem
 sermonem statuit esse magnam partem ex capite XIV. libri quarti de orthodoxa fide S. Ioannis
 Damasceni descriptum, et quae illis adfumenta sint adiecta, ea ex Chrysostomo, Esaia, Ma-
 cario, et ex ipso Ephraemo compilata suspicatur: alterum autem sermonem, censet, haud
 alium esse ab illo, qui vitarum patrum libro V. insertus libell. 18. de praecid. ab Abbate
 Daniele ad S. Arsenium referatur. Argumenta tamen, a Benedicto prolata, minus graui-
 esse, iudicat *I. G. Walch* in bibl. patrifi. pag. 407. Plura autem monet contra Benedictum au-
 ctor censurae in supplem. ad noua acta erudit. tom. V. sect. III. pag. 102 sqq. Lipsi. 1745. —
 Recusum tamen est illud *Antirrhethicon* in vol. I. Opp. Ephraemi, ed. Assemani, post pro-
 legomena; et adiunctum est de eodem eucharistiae sacramento *Antirrhethicon* alterum aduersus
Le Brunum, (qui Ephraemum fecisse arguitur Photinianum,) et *Eusebium Renaudotum*, (quem
 le Brunus exscripsisse adculatur;) in quo contra utriusque hypothese adseritur S. Ephraemi eius-
 que discipulorum de forma huius sacramenti vera et certa doctrina, et Syrorum anaphorae cum
 eodem S. doctore, et communi Theologorum definitione conciliantur. Renaudot. autem P. Ni-
 cole et Ant. Arnaud libro: la perpétuité de la foi de l'église catholique touchant l'Eucharistie,
 tom. III. Paris. 1664. 12. adiecit quartam partem a. 1711. et quintam partem, continuationem
 operis, 1713. add. *Assen.* prol. ad vol. III. gr. p. LV sqq.

Nath. Lardner in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. IX. Lond. 1753.
 8. cap. CII. de Ephraemo disseruit.

Illi et antiquiores et recentiores scriptores quoniam vitam, et placita Ephraemi co-
 piosius exposuerunt: equidem ab instituti ratione, veras falsasque narrationes aut diuersa de eo
 iudicia repetendo, aberrare et tempore atque patientia lectorum abuti recte videretur. Quare
 pauca tantum memorare licebit. De patria eius, Nisibi, clarissima Mesopotamiae vrbe, plu-
 rimi consentiunt. Qui Edessam locum illius natalem fuisse scribunt, illi eo decepti fuisse vi-
 dentur, quod Ephraemus plurimam vitae partem ibi transegit, ibidemque munere diaconi
 functus est. Eum vero presbyterum fuisse Edessenum, viure negant plurimi; et ex turbidis
Pseudo-Amphilochii fontibus in recentiores auctores error ille manauit. Saltem Ephraemus
 ab antiquis scriptoribus graecis et latinis semper diaconus, nunquam presbyter adpellatur.
 Plura in hanc sententiam et de controuersia illa, num a Basilio consecratus, aut, uti di-
 cere solent, fuerit ordinatus, per miraculum quoddam, quod fabulam sapit, precibus illius
 peritiam linguae graecae quoque, item num aliarum linguarum facultatem consequutus sit,
 disputant *Tillemont* Mem. tom. VIII. p. 744. etc. *Walch* hist. eccl. pag. 1328 sqq. *Assen.*
 in B. orient. vatic. I. p. 44. (qui pag. 55. euincere adlaborat, Ephraemum praeter linguam
 patriam, i. e. syriacam, etiam calluisse linguam graecam, aegyptiace loquentum esse et non ni-
 hil scripsisse, nec linguae hebraicae fuisse rudem, aliis vel negantibus vel angustis limitibus
 circumscriptis illarum scientiam,) et in prolegg. ad vol. I. Opp. §. V. pag. VIII. sq. at-

que in prolegg. ad vol. III. p. XLIV. sqq. ad quae infra de vol. III. initio scripsi, ac *Tenzel* l. c. p. 274. sq. Maior tamen dissensus est ob nimiam, praecipue tabularum ecclesiasticarum, discrepantiam, quo anno et quo die Ephraemus diem obierit supremum. Eum sub Valente, imperatore, decessisse, tradit *Hieronymus* de viris illustr. p. 204. et in nota r. *Fabricius*, „A. G. ait, 375. vel 378. solitur eius memoria a Graecis 28. Ianuar. a Latinis 1. Febr. v. acta Sanctor. ad illum diem pag. 49. sq.“ Ad ann. 378 referunt mortem Ephraemi, post Bollandum atque Labbeum, *Bebelius* et *Heunischius* in aetatibus patrum pag. 198 sq. quibus subscribit *Tenzel* l. c. pag. 276. In Menologio Graecorum, ab *Arcadio Romae*, et a *Pinello Venetiis* edito, aetas Ephraemi ad Theodosii M. tempora producit. Atque *Pagius* in crit. Baroni ad a. Chr. 378. nr. III. p. 447. tom. V. contendit quoque, Ephraemum temporibus Theodosii M. floruisse. Verum enim vero illam sententiam grauib. impugnat argumentis *Assemanus* et in bibl. orient. I. pag. 54. et vero in prolegom. ad vol. I. Opp. §. IX. pag. IX sq. Priore loco, docet, Ephraemum ultra mensem Iunium anni 378. nequaquam produxisse vitam; maxime quum sub Valente, qui die IX mensis Augusti eiusdem anni interijt, paullo post Ephraemi obitum catholici ab Arianis ex Edessae ecclesiis fuissent eiekti, Theodosius autem regnare coepisset mense Ian. a. 379. quatuor integris post Valentis interitum mensibus. Differre tamen scriptores syros, ibidem ostendit; nam secundum illos Ephraemus obiit die IX, aut secundum Dionysium, Iacobitarum patriarcham, d. XIX. Iun. ~~aut Graecorum 378.~~ „qui Graecorum annus, ait, respondet vulgari Christi epochae 373 ex mente vero Dionysii et scriptoris chronici Edesseni, incidit in annum Christi 375. nam isti volunt, Christum natum a. Graecorum 309.“ Ad locum vero chronici Edesseni, in eod. vol. pag. 397. vbi mens. Iunio, die nona a. (Graecorum) 684. ex hac vita migrasse Ephraemus dicitur, adnotat, Ephraemi mortem ultra annum Chr. 373. protrahendam non esse nec vilo modo posse differri ad a. 378. vel 380. quod praeter Syrorum auctoritatem coniicit ex tempore motae a Valente, imper., aduersus catholicos Edessenos persecutionis (de qua pag. 398. varia obseruat,) a. vel 371. vel 372. vel demum 373. Atque in proleg. ad Opp. Ephr. I. pag. IX. sect. IX. in qua de menologio Graecorum et tempore, quo e vita excefferit Ephraemus, curiosius fusiuseque differt, cum Syris mortem illius ponit in anno Chr. 373. Sed de vita, fatisque et disciplina Ephraemi et scriptores tam veteres quam recentiores, quos recensuit *Assemanus* in bibl. orient. Vat. I. et in vol. I. Opp. Ephraemi, vbi plurimorum narrationes iudiciaque de illo recudi fecit, ipseque *Assemanus*, copiosius egerunt. Vt in laudando, ita in vituperando illo modum nonnulli excefferunt; v. *Walch* l. c. pag. 1333 sqq. qui sobrie moderateque de eo iudicat; idem ibid. post alios V. D. pag. 1335. in primis *Asseman.* praefat. ad vol. I. pag. III sq. iniquum iudicium, quod tulit *Rinetus* in crit. sacr. lib. III. cap. 21. pag. 334 sq. de Ephraemi, latine editis, vt fidem et auctoritatem illorum labefactaret, caute circumscripserunt, et grauit. refutarunt.

Quum *Assemani* studium operamque in scriptis Ephraemi recensendis edendoque aliquoties laudauerimus, et deinceps saepius memorare debeamus: de duplici eius labore, antequam ad *Fabricium* redeamus, quaedam praemonenda sunt. Quare primum, quid in *Bibliothecae orientalis vatic.* vol. I. ad illustrandam Ephraemi historiam litterariam praestiterit, paucis expediamus. Primum acta Ephraemi ex duobus codd. syriacis excerpta pag. 25 sqq.

dedit syriace cum versione sua latina et adnotationibus. Tum a pag. 55. ipse Assemanus de illius scriptis plura tradit: a pag. 63. vberius recenset opera Ephraemi, quae *syriace* exstant, 1) commentarios in S. S. 2) a p. 80. cap. II — VII. hymnos XV. de natiuitate domini nostri Iesu Christi. 3) hymnos de paradiso, de ecclesia, de virginitate etc., de fide, aduersus haereses; 4) a pag. 132. de defunctis odas, cantus et carmina; 5) p. 138 sq. hymnos paræneticos XV. 6) p. 139 sqq. sermones XXXI de diuersis heptasyllabos; 7) §. XII. pag. 149 sqq. opera Ephraemi, quae *arabice* exstant, et p. 156. indicat opera tum inedita Ephraemi, quae *graeca* supersunt in mss. codd. Vatican.; posthaec dedit syllabum operum omnium S. Ephraemi, quae antea recensuerat ex codd. mss. Vaticanis syriacis, arabicis et graecis: denique plenum concinnauit indicem opp. Ephraemi, a Gerardo Vossio editorum, cum indicio graecorum codd. Vaticanorum, in quibus singula supersint illa opuscula, adspersis hinc inde observationibus. Deinde, suadente et praefante Angelo Maria Quirino, patre purpurato, Ios. Sim. Assemanus eiusque socii multo pleniorum summo studio parauerunt editionem, inscriptam:

retrice bina exempla, parum inuicem differentia, vulgauerit, vt adnotaturus sum lib. IV. ad codicis CXVI. nr. 9. — sermo in ed. Voss. I. p. 245. *Threni s. lamentationes de diuina retributione* in codd. aliis aliam habet inscriptionem. v. *Assennian.* prolog. ad vol. III. pag. LIII sq. Graece est in MS. *Vindob.* Lambec. III. p. 277. nr. 4. inscriptus *περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ὑπομνησικὸν τῇ ἑαυτῇ ψυχῇ.* Init. *τὴν ἁφάτον Φιλανθρωπίαν τῆς τῷ Θεῷ ἀγαθότητος.* vbi Kollar. adnotat, altero etiam exemplo haberi eum lib. VIII. cod. XXXI. nr. 23. descriptum autem videri ex Ephraemi opere quodam aut homilia, nec ipsum inuenisse, eum separatim esse editum ab Assennanno.

Pag. 150. *περὶ μοναχῶν de monachis.* Inc. *τί γὰρ ὁ προφήτης τρυγὸν χηρεῦσαν ἀπέκασε; χῆρὸν σε, ὦ μοναχέ;* Monachō paupertas et omnium rerum humanarum contentus commendatur: vnde etiam ingenium moresque Ephraemi possunt cognosci. Voss. II. p. 468.

Pag. 151. *περὶ τῆς δευτέρας παρησίᾳς τῷ Κυρίῳ, καὶ περὶ μετανοίας de secundo aduentu domini, et de poenitentia.* Init. *Ἀδελφοί, μετανοήσωμεν.* Voss. II. pag. 493.

Pag. 160. *περὶ μετανοίας de poenitentia.* Inc. *καρπὸς πολυφόρος ἐστὶν ἡ μετανοία.* Voss. III. p. 561 — 584.

Pag. 205. *Νουθεσία τοῖς ἀδελφοῖς adhortatio ad fratres.* Inc. *Ἀδελφοί, εὐλογίαις ἐθιθῶμεν, ἵνα εὐλογίας κληρονομήσωμεν.* Voss. II. p. 487. Graece in cod. *Vindob.* LXI. Lambec. III. loco cit.

Pag. 215. *περὶ ἀποταγῆς de abrenunciatione.* Init. *ἐρώτησις παρακαλῶμεν μαθεῖν τὴν δύναμιν τῆς ἀποταγῆς. Ἀπόκρισις ἡ ἀποταγή, ἣν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτισματι ποιεῖμεθα.* Voss. I. p. 187.

Pag. 219. *περὶ πανοπλίας πρὸς τοὺς μοναχούς de paupertate ad monachos.* Init. *τοιαύτην πανοπλίαν ὀφείλει.* Voss. II. p. 479.

Pag. 234. *παράνεσις περὶ ἡσυχίας adhortatio de silentio et quiete.* Init. *Ἀδελφοί, κτήσαθε τὴν ἡσυχίαν ὥσπερ τεῖχος ὀχυρὸν.* Sic incipit cod. gr. *Vatic.* CDXLII. sed cod. *Barberin.* XXXI. sic habet: *κτῆσαι δὲ τὴν ἡσυχίαν.* Vertit *Ambros.* *Camaldul.* in sermone, cuius initium: *Talem armaturam.*

Pag. 236. *περὶ ἐγκρατείας καὶ τῷ μὴ ζηλῆν ἀμαρτωλοὺς τὸν καιρὸν περὶ φασίζόμενους καὶ εἰς τὸν Νῶε de continentia ac de non accumulandis peccatoribus, qui se temporis praetextu excusant; et de Noe.* Voss. III. p. 623. conf. de hoc et seq. opusc. supra ad serm. in ed. *Oxon.* p. 399. memor. et *Assenn.* proleg. ad vol. secundum pag. LII sq.

Pag. 237. *εἰς τὸν Λῶτ καὶ περὶ ἀσφαλείας de Loth et de securitate.* Inc. *ἐπειδὴ οἱ Φιλήδονοι.* Voss. III. p. 629.

Pag. 240. *Λόγος εἰς τὸν ἅγιον Ἠλίαν τὸν προφήτην sermo in sanctum Eliam, prophetam.* Inc. *Ἡσυχίαν δότε μοι, κλίνατε τὰς ἀκοάς ex cod. Cardinalis Passionei.* Ap. Voss. t. III. p. 661. *Orationis*

tionis in Bonam, prophetam, et de poenitentia Minuitatem (Voss. III. p. 650.) textum graecum habuerat Vossius, quod ex variis lectionibus graecis, orae adpositis, cognosci potest: Assermanus vero graecum exemplar non potuit nancisci. Syriace autem exstat idem sermo proditque vna cum latina versione tom. II. Syriaco-lat. pag. 350. quo quidem, iudice Assemanno, Vossii bona fides confirmatur.

Pag. 244. *περὶ τῆ πάθης τῆ σωτηρίας· de passione saluatoris.* Inc. Φοβῆμα τὸ λαλῆσαι, καὶ τῇ γλώσσῃ ἀφασαῖ. Voss. III. p. 692. Quae in edit. Vossiana sequuntur, p. 697. Threni virginis, Mariae, p. 705. de laudibus Mariae etc. de iis v. Assem. prol. ad vol. II. p. LII. sq. quaedam defendentem a censura Tillemontii tom. VIII. p. 757. et ad vol. III. p. LIV. de epithetis, quibus Ephraemus ornauit Mariam et quae congescit Vossius, praecipue Mariam ab Ephraemo eoque antiquioribus vocatam esse *deiparam*, pag. LV. animaduertit, orationem de agone spirituali, cuius initium est, *in iustis huius saeculi*, (Voss. II. p. 483.) et de *universali resurrectione et extremo iudicio*, inc. *Gloria omnipotentis deo, qui os nostrum etc.* (Voss. III. p. 617.) iam in lucem produisse in ed. Colonienſi per Arnold. Quentelium, a. 1603. tom. III. pag. 617. et tom. I. pag. 483. postea ex antiqua anonymi latina versione et ex codd. biblioth. Vaticanae et Casanatensis euulgatas esse a *Laurent Alexandro Zacagnio* in monumentis eccles. veteris, 1698. pag. 114. et 106. Exstant quoque illi sermones in codd. biblioth. Angliae; denique lat. editi sunt ab Assemanno p. 553 sqq. ex codd. Vatic.

Pag. 248. *Ἐγκώμιον εἰς μάρτυρας· eucommium in martyres*, ex cod. Barberino nr. XXXI. Inc. Ἀσύνετος, ἀμαθὴς καὶ εὐτελής βέλεται τῇ προθέσει εἶσαι καλὴν εἰκόνα. Voss. III. p. 744. Quod eucommium in SS. *quadraginta Sebastenos martyres*, Voss. III. p. 727. latinae versum dederat, id supra ad pag. 411. ed. Oxon. graece lucem adspexisse, adnotatum est. Fabric. vero quia in indice opusc., a Vossio editorum, ad Lambec. IV. pag. 74. (cod. CXVI. nr. 24. p. 171 sq. ed. Kollar.) ad Surium et acta Sanctor. IX. Martii, et Combesisii bibl. concionator. tom. VIII. prouocat; refutat Assermanus in prol. ad tom. II. pag. LH. docendo, utrumque et Lambec. et Combesisium non laudare eum, qui incip. *εἰκόνα μαρτυρικὴν διαγράφει βέλομαι*, sed alterum sermonem in *omnes Christi martyres, qui per totum terrarum orbem passi sunt*, cuius init. *Φαῖδρα καὶ ἐπέρατος ὑπάρχει διαπαντὸς ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις* hunc lat. exstare in ed. Vossiana Colon. tom. III. p. 470 et Romana tom. III. p. 240. in graeca Oxon. p. 411. et Assemann. gr. ac lat. tom. II. p. 306. priorem autem in SS. *illos martyres Sebastenos* a Vossio primum latine editam esse tom. III. p. 230. et ab ipso Assemanno gr. ac lat. tom. II. p. 341. e cod. Vatic. DCLXXIX. Tum communistrat, Ephraemum esse huius sermonis auctorem.

Pag. 254. *περὶ Ἰουλιάνου τῆ ἀσκητῆ· de Iuliano, asceta.* Inc. οὗτος ὁ ἄριστος τῶν ἀσκητῶν οἰκῆτης ἐστὶ ὑπάρχων. Voss. III. p. 761. Confer de hoc Iuliano Acta Sctor. IX. Iul. tom. II. p. 175 sqq. Meminit huius vitae, ab Ephraemo scriptae, Sozomenus. Praeter ea adnotat Assemann. in prolegg. ad vol. II. pag. LII. exstare illum sermonem graece in cod. Outhobon. I. pag. 381. et Medic. Laurent. LXVII et LXVIII. arabice tom. I. bibl. orient. pag. 154. add. Assem. prol. ad vol. III. cap. VII. p. LII.

Vol. VIII.

Hh

Pag.

Pag. 260. εἰς τὰς ἐν Χριστῷ κοιμημένους· in eos, qui in Christo obdormierunt. Init. τί τὸτο σήμαρον, ἀγαπητοί, σπαδάως ὁμῶς τε καὶ ἀξίως συνήχθημεν. Voss. III. p. 775. et hic sermo ultimum locum occupat in Vossiana editione.

Pag. 273. περὶ τῆς δευτέρας παρυσίας καὶ κρίσεως· de secundo aduentu et iudicio. Init. Ἀκούσατε, ἀδελφοί ἀγαπητοί, ὅσοι τὸ ἅγιον βάπτισμα ἐλάβετε.

Pag. 278. In sermonem, quem dixit dominus, ὅτι ἐν τῷ κόσμῳ τέτω θλίψιν ἔχετε· καὶ περὶ τῆς θλίψεως εἶναι τὸν ἄνθρωπον· quod in hoc mundo pressuram habebitis, et de perfectione hominis. Inc. Ὁ δεσπότης καὶ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός, θέλων σωθῆναι. Ex cod. gr. Vatic. Clementino LXII.

Pag. 308. λόγος εἰς μάταιον βίαν καὶ περὶ μετανοίας· oratio in vanam vitam et de poenitentia. Init. ὅσοι τὰ τῆ βίης μάταια καὶ ἀπολλύμενα. Ex cod. gr. Vatic. DLXXXI, et Alexandr. XLVIII. Praeter ea Assemanus in margine adnotat; hanc orationem inter opp. Io. Chrysostomi tamquam non genuinam tom. XIII. praetermitti. conf. Fabr. infra de Chrysostomo lib. V. cap. 15. vol. VII. p. 599. vet. edit.

Pag. 314. περὶ τῆ ἐν ὁμοιότητι καὶ ἀγάπῃ συνδιαγεν μετ' ἀλλήλων οἱ ἀδελφοί· de consuetudine fratrum in unitate in concordia et dilectione: inc. οἱ ἀδελφοί ὀφείλουσιν ἐν ἀγάπῃ πολλῇ ex cod. gr. Clement. Vatic. LXII.

Pag. 317. εἰς τὰς ἀποτασσόμενας· ad renunciantes. Init. ὡς ὁ Θεὸς νόμος. Ex eod. cod. gr. Clem. Vatic. LXII.

Pag. 324. Διδασκαλία πρὸς μονάχους· Institutio ad monachos. Init. ὁ τῶν ἀπάντων δεσπότης ὁ Φιλάνθρωπος Θεός. Ex cod. gr. Veneto D. Marci.

Pag. 356. περὶ τῆς αἰῶς ἐν τῷ νῷ ἔχειν τὴν ἡμέραν τῆς ἐξόδου τῆ βίης· de habenda semper in mente die exitus vitae. Init. ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί μου, ποῖον φόβον. Ex cod. Palat. LXVIII.

Pag. 358. Tria fragm. sermonis de contemptu vanitatum et duo fragm. de resurrectionis die, gr. et lat. ex codd. Vatic. et Alexandr.

Pag. 362. περὶ τῆς ἐνεργείας τῆ μισοκαίλης δαίμονος· de operatione peruersi daemonis. Inc. πατέρες καὶ ἀδελφοί, αἰνέσατε· πολλοῖς γὰρ ὁ ἐχθρός· e cod. Vindobon. Nessel. cod. CLXXVIII.

Pag. 365. Λόγος ψυχωφελής· sermo, animae utilis. Init. μὴ δαπανήσῃς ἔλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου· e cod. Vindob. De hoc et reliquis sermonibus, e codd. Vindobon. descriptis, vid. Asseman. prolegg. ad vol. I. pag. 158 — 160, atque ad vol. III. pag. 43. coll. Kollarii, nota ad Lambec. comment. tom. III. p. 274.

Pag. 369. περὶ μετανοίας καὶ κατανύξεως· de poenitentia et compunctione. Inc. Ἀδελφοί μου ἀγαπητοί, ἕως κερὸν ἔχομεν. ex cod. Vindobon.

Pag.

Pag. 371. *περὶ μετανοίας καὶ κρίσεως· καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ· de poenitentia et iudicio et in secundum aduentum domini nostri Iesu Christi.* Inc. Ἀγαπητοί· νυκτὸς καὶ ἡμέρας πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀποβλέποντες ὦραν. ex cod. Vindob. In fine cetera, Assen. ait, desiderantur, quae suppleri possunt ex tom. II, pag. 253. circa fin.

Pag. 376. *περὶ μετανοίας καὶ κρίσεως, καὶ περὶ χωρισμῶ ψυχῆς καὶ σώματος· de poenitentia et iudicio, et separatione animae et corporis.* Init. Ἀγαπητοί, τί ὄφελος εὕρομεν ἐν τῷ ματαίῳ βίῳ τῷ τῷ; ex cod. Vindobon.

Pag. 381. *τὸ πῶς ἐπιστρέφει τις εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ὅτι ἔχρη παίζειν χριστιανόν, καθ' ὥς καὶ οἱ καίνετες τῶν αἰγίων πατέρων λέγουσιν. Ὅτι καὶ ὁ βαδίζων καὶ κιθαρίζων μετὰ τῶν εἰδωλολάτρων ἔχει τὴν μερίδα· καθ' ὡς λέγει καὶ ὁ θεὸς ἐν πόσει. Quomodo conuertatur quis retrorsum; et quod iudicis rebus abstinentum sit christiano, quemadmodum et capone SS. patrum praecipunt: et quod, qui ambulat et citharizat, cum idololatriis partem habet, sicut ait diuinus apostolus.* Inc. Ἰδετε, ἀδελφοί μὴ ἀγαπητοί, πῶς στρέφεται τις εἰς τὰ ὀπίσω. ex cod. Venet. D. Marci. In marg. Assen. habetur, ait, hic sermo supra p. 131. ab iis verbis lin. XVIII. *Cernitis, quomodo conuertitur.* Initium pag. 127. *Φρονῶν τὰ τῶν ἰσχυρῶν.* Titulus ibid. de iis, qui dicunt, resurrectionem non esse: et paulo post: confer cum sermone, cuius initium, *ὅτι μὲν ἔδει παίζειν χριστιανόν,* supra p. 51. Tum in marg. p. 382. init. hic, inquit, in cod. Ven. multa desunt: quae sequuntur, edita sunt e cod. Vatic.

Pag. 385. *Ὁμιλία εἰς τὴν πόρνην· homilia in meretricem.* Inc. Ἀπλὸς ἡμῶν ὁ καὶ σώματος. ex cod. gr. Vindobon. CCXLVIII, nr. 10, v. Lambec. V. p. 302 sq. coll. tom. IV. pag. 162. ibique Kollario,

Pag. 396. *περὶ ἐργασίας ἀγαθῶν ἔργων, καὶ περὶ τῆς θεῆς ἀνοχῆς· de exactione bonorum et de dei patientia.* Init. Ἦδη κακὰς ἐπάγει ἡμῶς. ex cod. Vindob. CXLIV. nr. 5. Lambec. IV. p. 216.

Pag. 397. *περὶ κατ' ὁριώσεως ἀρετῆς· de directione virtutis.* Inc. πάντες οἱ τρόποι καὶ τὰ μέλη. ex cod. Vindob. LXVII.

Pag. 398. *ἐκ τῆς διδασκαλίας τῆς — Ἐφραίμ, καὶ περὶ μετανοίας καὶ τῆς μελέτης κρίσεως, καὶ ἀποχῆς γυναικῶν καὶ τρυφερῶ βίῳ· ex institutione — Ephraim, ac de poenitentia iudicioque futuro et de vitandis mulieribus ac vitas deliciis.* Init. Ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ θεὸς ἡμῶν λέγει. ex cod. Vindob.

Pag. 401. *περὶ κρίσεως· de iudicio.* inc. *Ἀκούσατε ἀγαπητοί μὲ ἀδελφοί, εἰ μετὰ παρακλήσεως.* ex cod. Ambrosiano X. conf. cum sermone, cuius initium: *illustris est vita iustorum,* in hoc tomo III. pag. 95. lin. 13.

Pag. 403. *ἐπτὰ εἰσιν αἱ ἐργασίαι τῶ μονάχου· septem sunt occupationes monachi.* Init. *πρώτη ἡσυχία ἀπερίσπαστον διαγωγὴν ἔχουσα.* ex cod. Vatic. CCCLXXV.

Pag. 407. πρὸς Ἰωάννην μονάζοντα, τὸ ἀπέχεσθαι τῆς Νεστορίου μανίας καὶ δυσφημίας. *ad Ioannem, monachum, ut abstineat a Nestorii insania et blasphemia.* Ex cod. Medic. Laurent. LXIII. Sed *Assenianu.* in proleg. ad vol. III. pag. LII. sq. vberius ostendit, hunc sermonem esse non posse foetum Ephraemi, quia Nestorii haeresis, in titulo memorata, a. Chr. 429. longe post Ephraemi obitum exstiteret, Ephraemo, secundum Syros, a. 373. aut secundum Graecorum rationes a. 378. defuncto; tum quia ex ipso sermonis contextu fiat manifestum, auctorem illius post Chalcedonense concilium scripsisse. Quare Assen. sermonem illum aut *Isaaco Magno*, qui presbyter Antiochenus dicitur, et Nestorianos praecipue atque Eutychianos perpetuo exagitavit, aut potius *Ephraemo* alteri Syro, qui patriarcha *Antiochenus* fuit ab a. Chr. 526. tribuendum esse censet.

Pag. 418. περὶ τὰς καταζητῶντας τὴν οὐσίαν τὴν φύσιν. *de his, qui filii dei naturam scrutantur.* Init. Βασιλεὺς ἐράνιος, δεσπότης ἀθάνατος. Ex cod. Barber. XXXI. Apud Voss. tom. III. p. 678.

Pag. 425. περὶ ἀρετῶν καὶ παθῶν ψυχικῶν. ὁ λόγος ἔτος ὠφέλιμος λίαν καὶ πάσης σοφίας μετῆς. *De virtutibus et passionibus (animi et corporis). Hic sermo valde utilis est atque omnis sapientiae plenus.* Ex fine huius inscriptionis clare patet, inscriptiones ab aliis hominibus, s. interpretibus siue librariis, esse praefixas. Init. Ἰστέον, ὅτι διπλῆς ὢν ὁ ἄνθρωπος. Ex cod. Palatin.

Pag. 436. Λόγος εἰς κοιμηθέντα ἀδελφὸν καὶ ἑτέρων κοιμημένων. *Sermo in fratrem defunctum et in alios defunctos.* Inc. τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Ex cod. Barberino CCXLV. et Assen. conferre iubet sermonem, cuius initium, τί τῆτο σήμερον, tom. III. p. 362. litt. C. ex quo loco mendae, quibus hic sermo scatet, possint emendari.

Pag. 439. Ἐλεγχος ἑαυτῶ, καὶ ἐξομολόγησις. *reprensio sui ipsius atque confessio.* Inc. Συνέλθτε μοι πάντες ἀδελφοί. Ex cod. Sangerman. I. Coislina. CCCLXXXI. conf. serm. cuius init. ἐν πολλοῖς ὑμῖν, tom. I. pag. 119. a pag. 129.

Pag. 455. περὶ προσευχῆς. *de oratione.* Init. Μέγα γὰρ ὄπλον εὐχή.

Pag. 459. πρὸς ψυχὴν ῥαθυμῶσαν. *ad animum negligentem.* Inc. ψυχῆ, μὴ καταίπτε.

Pag. 461. περὶ τῆς ἀγῶνος πνευματικῆς. *de luctamine spirituali.* Inc. Ἐοικε γὰρ ὁ μόναχος χωρὶς τῆς ἐσπαρμένης. Conf. serm. tom. I. gr. lat. p. 66.

Pag. 462. Ἐγκώμιον εἰς Πέτρον καὶ Παῦλον καὶ Ἀνδρέαν, Θωμᾶν τε καὶ Λευκᾶν καὶ Ἰωάννην, καὶ εἰς τὴν ἀνέγνωσιν Θωμᾶ τῆς κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίας. *Encomium in Petrum et Paulum et Andream, Thomam, et Lucam et Ioannem, et in lationem euangelii secundum Ioannem.* Init. χαίρετε χριστῶ βασιλεῖς ἄγιοι ἀπόστολοι. Ex cod. Sangerm. CCXCVI.

Pag. 471. Εἰς τὴν ἀγίαν παρασκευὴν καὶ εἰς τὸν ληστὴν καὶ εἰς τὸν σταυρόν. *in sanctam parascuen, et in crucem et latronem.* Inc. πρῶν Ρεβέκκας ἐπιδαλάμιον ἔπον. Ex cod.

cod. Alexandr. Vatic. XXIII. et Basiliano LII. Additæ sunt a p. 476. ex cod. Vatic. DCLXII. Ephraemi interrogationes et responsiones quaedam, et a pag. 478. fragm. quaedam ex cod. Vat. DCLXIII. et Vallicell.

Pag. 480. consilia vitæ et pietatis ex cod. Vatic. CCCLXXV. init. *ἔμποροι ἴσμεν πνευματικοί.*

Pag. 481. *περὶ τῆ μη μεθύσκεσθαι οἶνω, ἥγαν μη συνδιατρίβειν γυναῖξιν* de ebri-
tate vini fugienda, ac de vitando consortio mulierum. Init. *περισσὸν μοι δοκῶ τημῶναι.*

Pag. 482 — 492. *Preces*, ex variis codd. Vatic. In ed. Voss. I. p. 252. ora-
tioni ad deum, quæ incipit: *deus iuste et laudabilis*, additæ sunt aliae preces ex variis
Ephraemi homiliis editis excerptæ.

Pag. 492. *Εὐχαὶ συλλεχθεῖσαι ἀπὸ τῶν θείας γραφῆς τὰ πλεῖστα δὲ ἀπὸ τῆ
αἰγίου Ἐφραίμ, τοῖς βελομένοις πολεμῆσαι τὴν ἑαυτῶν πρὸς τὰ πάθη, καὶ τὰς ἡδονὰς
ἐγκειμένην προαίρεσιν* *Preces, e sacris scripturis collectæ; quarum pleraque sunt S.
Ephraim. Pro his, qui volunt suam ipsorum proclivem ad passiones voluptatesque voluntatem
cohibere.* Sunt nonæ preces sine planctu ad vespertas feriarum secundæ et reliquarum
ac dominicæ, ex cod. Vatic. MCXC. — subiuncta est p. 523. precatio in Horologio Græ-
corum in mesonychio, typis excusæ et in cod. Vatic. DCCLXXV. De illis *precationibus*
quædam obseruat *Assen.* in prol. ad vol. II. pag. LVII. et ad vol. III. pag. LIII. Aliæ igi-
tur preces, Ephraemo tributæ, sunt ad deum, aliae ad b. Mariam, aliae ad sanctos.
Conf. *Assen.* prol. ad vol. I. pag. CXXXVI. Tum quædam ex illis græcæ exstant, quæ-
dam latine tantum: earum vero, quæ in græcis codd. leguntur, aliae sunt insertæ sermoni-
bus Ephraemiânis; aliae separatim habentur; præcipue in collectione precum, quas *Theca-
ras* quidam, monachus, (de quo in cod. Coislin. CCCXII. fol. 310. in biblioth. Montfau-
conianâ p. 426. quædam traduntur,) congeffit. Suppresso *Thecaræ* nomine exstant,
quæ ab *Assen.* loco cit. p. 492. e cod. Vatic. editæ sunt. Instar Thecarianarum precum,
separatim in codd. Vaticanis exhibentur aliae Ephraemianæ preces e codd. Vatic. antea
p. 482. sqq. publicatæ. Huc etiam pertinent *Threni* s. *lamentationes Mariæ* in Voss. edit.
p. 245. tom. I. et p. 697. tom. III. de quibus vide Voss. tom. III. p. 200. et *Assen.* l. c. et su-
pra ad pag. 148. ed. *Assen.* notata.

Pag. 524. *Εὐχαὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.* *Preces ad sanctiss. deiparam,* ex
cod. Vatic. MCXC.

Pag. 553. Quæ latine tantum exstant Ephraemi opera. *Sermo de resurrectione et
iudicio et de regno coelorum et munditia animæ.* Inc. *Gloria omnipotenti deo.* coll. cum cod.
Vatic. lat. MMMMMLI. et cod. Casanatensi. Voss. III. p. 617. *Zacagn.* in *Collectan.* p. 106.
ed. Colon. 1603. tom. III. p. 617. add. *Assen.* prol. ad vol. III. p. LV.

Pag. 557. *De agone seu luctaminibus.* Init. *in luctaminibus* — *huius sæculi.* et cum
iisdem codd. collat. Voss. II. p. 483. *Zacagnius* l. c. pag. 114. supra ad pag. 244. ed. *Assen.*
adscripta.

Pag. 561. *Sermo in Iouam, prophetam, et de poenitentia Ninivitarum cum variis lectt.* Inc. *Ionas hebraeus ex mari reuersus.* Conferre iubet Assen. cum sermone in tom. II. syriaco-lat. pag. 350. Voss. II. pag. 650.

Pag. 569. *Canticum spiritale in laudem et amorem doctrinae et sapientiae ad iuuentutem christianam,* cum varr. lectt. Init. *Largire, o deus! doctrinam.* Voss. II. p. 267. Hymni quidam, syriaca lingua in cod. XXVIII. Vindob. v. Lambec. I. p. 303.

Pag. 571. *Sententiae ex Ephraemi Syri operibus eiusque vita selectae, et in collationibus SS. antiquorum patrum graecorum repertae.* Cum notis margin. Voss. III. init. Sunt in antiquo gr. msto Vatic. nr. DCCC. etc. Conf. *apophthegmata Ephraemi*, quae gr. ac lat. dedit Cotelerius tom. I. monument. eccles. graecae p. 431 sqq.

Pag. 574. *Threni, id est lamentationes virginis, matris Mariae, super passione domini.* Inc. *stans iuxta crucem pura et immaculata virgo.* Voss. III. p. 697. Supra ad pag. 294. edit. iam egimus de illis.

Pag. 575. *Sermo de Mariae laudibus.* Init. *Inuiolata, integra, planeque pura et casta virgo.* Voss. III. p. 705. conf. *Assen.* prol. ad vol. II. p. LVH. et ad vol. III. p. LIV.

Pag. 577. *Ad dei genitricem oratio.* Inc. *Immaculata et intemerata, incorrupta et prorsus pudica.* Voss. III. p. 708.

Pag. 578. *Pia et humilis ad deum oratio.* Inc. *Hei mihi, hei mihi, Domine, tanta sunt vitia atque peccata mea.* Ex cod. Vatic. antiquo DXVII. Voss. III. p. 621.

Pag. 579. *De dei genitrici.* Init. *Obsecro igitur vos, fratres carissimi.* Ex cod. Palatino DLVI.

Pag. 581. *Disser. S. Ephraem.* ex codd. Palat. Inter praeclaras vereque pias sententias laud defunx fabulae aut narratiunculae ad laudem et seueritatem vitae monasticae commendandam fictae: et credulus Ephraemus fidem iis adhibuisse videtur. Vltima tamen admonitio Ephraemo tributa, *de oratione vel sermonibus otiosis*, cuius initium: *licet in multis rebus, fratres carissimi* etc. est vicesima nona inter homilias Caesarii, episcopi Arelatensis, tom. III. orthodoxographor. per Grynaeum ed. Basil. 1569. pag. 1918. teste Assemanno et in margine et in prolegom. pag. LV.

Pag. 589. *De poenitentia:* init. *plerosque cernimus in ecclesia constitutos,* ex cod. Vatic. MMMMMCCCCXLII.

Pag. 601. *In natiuitatem domini canticum,* et aliud, p. 602. *de Maria et magis:* latine; partic. hiemalis officii syriaci, excus. Romae 1656. pag. 577. ac pag. 625. latine edidit Io. Baptista Marus, Romae 1645. 4. pag. 7.

Pag. 603. *Oratio* (s. breuis precatio,) *in natiuitatem domini.* Partic. hiemalis officii syriaci cit. p. 604. lat. ed. I. B. Marus cit. p. 16.

Pag.

Pag. 604. *Hymnus. inc. Gloria trinitati.* Sed hic hymnus et antecedeus oration-
cula et oratio sequens p. 604. s. precatio, *fide obtulit Abel*, in Officio quidem et Missali Sy-
rorum exstant; Syris tamen testibus ad Ephraemum neutiquam pertinent, animaduertente
Assermann in prolegg. ad vol. III. pag. LV. qui, „idem, ait, dicendum de illa precatione,
pag. 606. *Tribue mihi domine*, quae a Syris ad Completorium recitatur: etsi enim Ephraemi
nomen praefert, sic tamen ad Ephraemum spectat, sicuti quicumque in Officiis diuinis et
Missalibus Syrorum occurrunt hymni, nominibus Ephraemi aut Iacobi praenotatis, de quibus
tom. I. bibl. orient. pag. 60. — Carmen *de amore doctrinae* in omnibus fere codd. Ephrae-
mo tribuitur; etsi illud nonnulli Nestoriani ad Narsetem, doctorem, referunt. Canticum de-
nique *in natiuitatem Domini deque Maria et magis* ex illo Ephraemiano opere est desumptum,
quod *de natiuitate Domini* inscribitur, quo de opere vide tom. I. bibl. orient. pag. 80. obser-
vata.“ Haec Assermannus.

Pag. 605. *Precatio*, syriace, cum versione lat. et notis criticis. Apud *Fabric. Bode-
rianum* in lib. Rituum baptismi et sacrae synaxis, pag. 127.

Pag. 606. *Alia precatio*, cum not. criticis, syriace ac lat. apud. *Boderian.* pag. 129.

Pag. 608. *Duo sermones*, e flauonico versi et editi a *Io. Petro Kohlio*, Alton. 1729.
pag. 372. Prior, *de sanctissimis et viuificantibus christianis sacramentis*; posterior, *de oblatio-
ne*, scil. *περὸς τοὺς sanctissimi panis*. Tomum claudunt indices et initia sermonum etc. uti in
tomis prioribus.

In tom. IV. Opp. siue tomo I. *Syriacorum* opusculor. quorum textum recensuit
Petr. Benedictus, notis vocalibus instruxit, latine vertit et variorum scholiis locupletauit,
post praefat. continetur *Explanatio in Genesin* pag. 1. — in *Exodum*, pag. 116. — in *Leuiti-
cum*, pag. 236. — in *Numeros*, pag. 250. — in *Deuteronomium*, pag. 269. — in *Iosue*,
pag. 292. — *Iudicum*, pag. 308. — in *Regum primum — quartum* pag. 331 — 567.

Tomus V. Opp. siue tom. II. *syriacorum* continet *Explanationem* in Iobum, quatuor
maiores prophetas, tum Hoseam, Ioelam, Amos, Abdiam, Micheam, Zachariam et
Malachiam, pag. 1 — 315. — in *selecta SS. loca sermones exegeticos* XI. pag. 316. — in *na-
talem domini sermones exegeticos* XIII. pag. 396. — *sermones polemtcos aduersus haereses* LVI.
pag. 437 — fin. *Benedictus* binis tomis praemisit praefationes, in quibus de Ephraemo eius-
que doctrina, interpretatione, placitis, scriptis Syriacis etc. agitur.

Tomus VI. Opp. siue tom. III. *Syriacorum*, a *Stephano Euodio Assermann* post obi-
tum Petri Benedicti editus, comprehendit 1) *Acta*, siue vitam Ephraemi, syriaco-lat. pag. I.
prolegomenorum. 2) *Ephr. sermones polemtcos aduersus scrutatores* LXXXVII. pag. 1. —
3) in idem argumentum *sermones* III. pag. 164. — 4) *aduersus Iudaeos sermonem* I. pag.
209. — 5) *Necrologia seu funebres canones* LXXXV. pag. 225. — 6) *de libero humanae
voluntatis arbitrio, sermones* IV. pag. 259. — 7) *Paraenesis, seu adhortationes ad poeniten-
tiam* LXXVI. pag. 367. — 8) *de Paradiso Eden, serm.* XII. pag. 562. Textus gr. non
inuenitur. Prouocat vero ad illud opus *Georg. Syntell.* in *Chronographia*, ed. Paris. 1652.
pag.

pag. 15. add. *Assen.* bibl. orient. tom. I. p. 84. — 9) *de diversis sermonibus* pag. 599 — fin. In praef. de vita Benedicti et argumentis contentorum late agitur. In Baumgartenii Nachrichten etc. summam singulorum tomorum et praefationum referri, iam supra innotuit. — Commentarios quoque in N. T. scripsisse Ephraemum, patet ex catenis in Matthaeum et Marcum, a Corderio editis, ex fragmentis in cod. Vaticano aliisque obuiis. Atque, quos S. Gregorius Nyssenus indicat et Gregorius Tagritensis, auctor XII. saeculi, se vidisse, testatur, P. Benedictus, iis si potiri licuisset, in praef. ad tom. IV. fatetur, septimum tomum, fortasse etiam octavum, et nonum fuisse addendum. Alia praeterea scripta, modo recte, modo perperam tributa Ephraemo, citari ab antiquis, sed periisse temporis iniuria, ab Assenanno et partim a nobis iam est adnotatum. *Harl.*

Quae latine edidit Vossius, Tungrensis, ad ea mssis graecis codicibus Vaticanis et Sfortiano atque duobus Cryptae ferratae usus est; [P] quorum vnum a Iona quodam, iussu Niconis, scriptum a. Chr. 531. ex subscriptione sibi persuasit in praef. et pag. 812: sed in numero illo errorem esse, notat Bernardus de Montfaucon in Palaeographia Graeca pag. 48. Meminit is p. 78. etiam Colbertini codicis; quemadmodum codicem, qui in bibl. Patrum Oratorii exstat, laudat Richardus Simon tom. II. Epistolarum, gallice editarum, epist. XIV. pag. 82. et notis ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 286. codices regios Labbeus in bibl. noua MSS. [in primis Assen.] nec dubium ex Caesarensis MSS. de quibus Lambecius tom. I. pag. 117 seq. tom. III. pag. 104 seq. et tom. IV. atque V. pluribus locis itemque tom. VIII. plura posse graece proferri, quae Vossius tantum latine extulit, nonnulla etiam, quae ab illo plane sunt praetermissa, ut tom. IV. Lambec. pag. 170. [381. ed. Kollar.] memoratur S. Ephraemi λόγος περὶ τῆς ἐνεργείας τῆς μισοκάλης δαίμονος, Incipit: πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἐνέσσητε, πολλὰν γὰρ ἐχθρὸς ὑποβάλλει τῷ ἀνθρώπῳ, λέγων, ἐκ μὲν νεώτερος εἰς, ἀπὸ λαοῦ τῶν ἐπιθυμιῶν σε. Illud quidem de Spiritu S. volumen, quod graece euoluisse se testatur S. Hieronymus, et animum sublimis ingenii etiam in translatione cognouisse, cap. CXV. de S. E. nusquam hodie exstat, quod sciam, neque illa ^u eis τῶν παραδεισὸν δόγματα, quae citat Synellus pag. 15. et Syra lingua legisse Moses Mardenus [P] videtur. Graecorum quanta foret utilitas, inquit Combefisius in Bibl. Concionatoria, vel pauca illa prodeunt, quae Graecum nactus codicem interpretatione nova post Vossium repraesentauit. Ea mente ac sensu Galliae clerici, ad camitia generalia ex more congregati, IOANNI AUBERTO, Collegii Laudunensis praeposito, pro ipsius, quoungebatur, eiusdem cleri interpretis munere iusserat, ut Ephraemi sanctissimi opera utraque lingua vulgaret. Coepta editio Vitreanis typis, ut ultra sexaginta folia perducta, cum segnius agenti Auberto mors incidit, atque illius irritum conatum fecit. Ad illam editionem perficiendam nomine cleri Gallicani Vaticanos codices expetenti abbati

av) Siue ed. Kollar. pag. 212 sqq. ubi quoque Ambrosii Camaldul. praef. Lambec. recudi fecit pag. 215 sqq. Sed codd. Vindobon. Assenannus iam recensuit, et ex illis scripta Ephraemiana graece edidit, ut passim a nobis antea est observatum. Atque orat. καὶ τῆς ἐνεργείας, graece edi-

ta est ab Assenanno tom. III. operum p. 265. *Harl.*

iw) Sed ab Assen. in tom. VI. siue III. Syriacorum p. 562. esse editam, ex superioribus constat: et conf. Assen. prol. ad vol. I. pag. XI. *Harl.*

abbati cuidam, vsum eorum negatum legas in *Tillemontii* memoriis hist. eccles. tomo VIII. p. 750. Laudandus sane Vossius Tungrensis, quod tot pia praeclari doctoris opuscula vndique collegit et versione atque scholiis eruditis illustravit, etsi graeca simul ab eo edita multi eruditi^{xx)} optarunt. Ceterum notandum, non omnia Vossium e graecis vertisse, aut primum transtulisse; sed vsum esse antiquioribus latinis, quas in bibliothecis reperit, versionibus; confer eius scholia ad sermon. de transfiguratione Domini tom. III. p. 691. seq. tum etiam editis Ambrosii Camaldulensis, (cuius praefationem quoque ad Cosmum Medicem sua ad pontificem, Sixtum V. epistola imitatus est, vt notatum *Lambecio* lib. I. pag. 123. [p. 212. Kollar.] et Petri Francisci Zini, Iuliique Clementis, Quod vero Ambrosii et Zini, quorum versiones interpolavit, ne meminisse quidem dignatus est, haud minus ideo reprehensionem virorum doctorum incurrit, quam quod partes in codicibus, quibus vsum pro lubitu diuulsit ac discerpit.^{yy)} Antiqua versio latina duorum S. Ephraemi sermonum, a *Laurentio Alexandro Zaccagnio*^{zz)} edita e codicibus Vaticano et Casanatensi, illa ipsa est, quam paucis interpolatam Vossius pag. 617. et 483. exhibuerat, vt conferenti adparebit. Atque ante aliquot saecula iam sermones varios S. Ephraemi latine fuisse translatos, constat vel ex *Vincenio Bellouacensi*, qui XV. [XXIV.] 87. speculi hist. refert, se legisse S. Ephraemi opuscula de poenitentia, de luctaminibus saeculi, de compunctione cordis, de beatitudine animae, de resurrectione et de die iudicii. Eadem Io. Trithemius commemorat, additque alia de contritione cordis, de cogitationibus, de praedicatione dura, de celebratione dura et planctu super Edessenam *) urbem. Nam de Spiritu S. volumen, ex Hieronymo repetitum, non a Trithemio inspectum existimo, quia alioqui prima verba libri adiungere, vt in aliis fecit, non intermisisset.

[P] Quae Ambrosius Camaldulensis vertit, haec sunt: 1. De poenitentia. Incipit: Dilectissimi, nihil sanctae caritati praeferamus, multa enim negligendo peccavimus diebus singulis et horis et momentis. 2. de caritate et extremo iudicio. 3. de iudicio et resurrectione. 4. de vita et exercitatione monastica. 5. quod non oporteat ridere, sed flere et lugere. 6. ad animam negligentem. 7. ad monachos de SS. patribus, qui illo tempore requieverunt. 8. de armatura monachi et quod oporteat monachum veluti militem in acie semper assistere. 9. de poenitentia et conversione. 10. de secundo domini aduentu. 11. de timore DEI. 12. de angustia, qua premitur anima, quum ex pugna contra se hostis infirmior sit. 13. de compunctione. 14. de passione Domini Salvatoris. 15. ad eos, qui Filii naturam scrutari volunt. 16. de Anti-

xx) Combesis. Bollandus, Cauens, Oudin. Dupin, v. Assen. praef. ad vol. I. p. I. et prol. p. XVII. sq. Harl.

yy) Lambec. quoque l. c. Vossium plagii quasi incautus; sed ab utroque crimine probe et abvde defendit Vossium Assemannus proleg. ad vol. I. cap. VII. pag. XVIII. sq. et ad vol. II. §. VII. pag. XXIII. sq. Harl.

zz) In Collectaneis monumentorum veterum ecclesiae graecae, Rom. 1698. 4.

a) Neque librum de planctu super Edessenam urbem Trithemius inspexisse; sed ex Gennadio recensuisse, ac pro Nicomedia Edessam substituisse oscitanter, videtur Assemanno in prol. ad vol. I. cap. II. p. XII. vbi plures testes, et plures latinas versiones antiquas recenset, tam scriptas, quam editas, de quibus supra iam egimus. Idem ibid. pag. LXXXI. sqq. vberius recenset sermones Ephraemi, qui latine typis prodierunt, quique exstant manu exarati. Harl.

Antichristo. 17. de virginitate. 18. de laudibus martyrum. 19. Laudatio S. Iosephi, patriarchae. *) *Fabric.* Editiones versionis Ambrosianae nonnullas commemorat *Clement* in *Bibl. histor. et crit.* I. pag. 257. sq. not. plures vero et ego in *Introd. in hist. L. Gr. II. 2.* et p. 261. *Assmannus* in prolegg. ad vol. I. pag. XIII. sq. qui praeter ea de hoc Ambrosio, Constantiae 1490. mortuo, eiusque versione quaedam adnotavit. Secundum illum igitur et l. c. et pag. LXXXIV. vbi pluribus illum describit *), est princeps editio: *Sermones quinque*, (scilicet, qui sunt secundum ordinem, a Fabricio designatum, serm. IX. XI. XIII. XII. I. cum seqq. sectionibus,) sine nota a. et typographo, in 4. exstat in bibl. Vatic. sed vltimum sermonem excipit liber *de infantia saluatoris*, iisdem typis: pagina tamen 99. sed diuersis typis, haec adnotatio habetur: *Impressus per Mag. Bartholomaeum Guldin de Sulz, anno Iubilaei 1475. die vero Mercurii penultima Augusti.*

Sermones Ephraem diaconi, secundum translationem ven. patris Ambrosii Camaldulensis. In fine: *Impressum Florentiae per me Anton. Bartholom. Mischomini. M. CCCC. LXXXI. (1481.) fol. v. Maist. A. T. IV. p. 420. Fossii catal. codd. saec. XV. impressor. in bibl. Magliab. I. pag. 636. Pinelli cat. I. p. 60. Panzer A. T. I. p. 409.*

S. Ephraem, Syri, sermones XIX. latine ex interpretat. Ambrosii Monachi Camaldul. In fine: *Impressum Brixiae per presbyterum Baptistam Farsengo. A. D. MCCCC. LXXX. (1490.) 4. v. Fossium l. c. Mittarell. adpend. ad cat. codd. bibl. Venet. S. Michael. p. 146. Panzer l. c. pag. 251. atque Audiffred. in specim. edit. Italic. saec. XV. pag. 161. qui vero in nota suspicatur, Orlandium (p. 162.) et Maistarium (IV. pag. 518.) dum editionem Operum Ephrem Brixianam a. 1490. referunt, sed adscribunt Jacobo Britanico, verisimiliter errare.*

Sermo S. Ephrem de penitentia ab Ambrosio e greco in latinum translatus. Acc, alii IV. sermones eiusdem S. E. ex eiusdem Ambrosii versione Romae, f. l. et a. caractere minus eleganti Silberii. 4. v. *Audiffredi spec. edd. rom. saec. XV. pag. 362.*

S. Ephrem sex sermones selecti. Norimberg. per Anton. Koburger. 1492. fol. (*Panzer. II. p. 211.*) Ego vero, num illi sint ex versione Ambrosii. an ex antiquissima, a *Vincentio Bello-*

b) Copiosius recensentur ab *Assmanno* prol. ad vol. I. pag. LXXXII. sq. Is vero itidem et paginas, quibus singuli existunt sermones in edit. Ambrosianae versionis, Florent. 1481. 4. ac Patavina, a. 1585. 8. et in Opp. Ephraemi edit. Vossianae, diligenter indicat, et, vbi opus videbatur, alias adspersit observationes. Sic comparando docet latine, in sectionibus primi sermonis Vossianam editionem non nihil discrepare ab Ambrosiana, et quae Ambrosius vno habeat tenore, ea separatim atque in diuersis tomis apud Vossium cum diuersitate quidam lectionis ab initio, et peculiaribus inscriptionibus legi. Sic

quoque sermo nr. 4. in edit. Voss. vti in plerisque mssis in duo sermones est separatus: quorum prior tom. III. pag. 34. inscriptus est *de vita et exercitatione monastica*; posterior autem tom. II. p. 217. *de conuersatione monastica.* Add. *Assm.* prol. ad vol. I. pag. LXII. *Hart.*

c) Idem subiungit indicem XX. Ambrosianorum sermonum, in mssis codd. lat. Vaticanis. Viginti autem et vnus numerantur, quoniam quartus sermo in duo diuisus est: add. ib. pag. LXXXI. De Ambrosio Camaldul. v. *Bayle* Diction. tom. II. voc. *Camaldoli.*

Bellouacensi, a Fabricio paullo ante memorata, definire nequeo. Hanc autem exstare in duabus sequentibus edd. inscriptis:

S. Ephraemi opuscula de compunctione cordis, de iudicio dei et resurrectione, de beatitudine animae, de poenitentia et luctamine spiritali, de die iudicii. 8. absque l. et a. vberius demonstrat *Lambacher*. in bibl. ciuica Vindobon. I. pag. 82. Sex quidem sermones in titulo designantur; sed is de compunctione cordis adiectum habet alterum opusculum, quod alias inscribitur de contritione cordis, cuius, vt separati opusculi, meminerunt *Trithemius* script. eccles. cap. LXXVIII. et alii.

Libri Sancti Eusebii libri de compunctione, (et reliqui, qui in superiore edit. ex antiquissima versione nominantur,) f. l. et a. in fol. charact. gothico. In bibl. Erlang. rarissimam illam edit. comparato alio eiusdem edit. exemplo, diligenter copioseque describit *Pfeifferus* V. C. in *Beyträgen zur Kenntniß alter Büch. v. Handschrift.* part. I. pag. 96 sqq. add. *Hockeri* biblioth. Heilsbronnens. p. 136. Eadem esse videtur editio, cuius exemplar describit *Seemiller* in bibl. *Ingolstadt.* incunabulis typogr. part. II. p. 169. et in catal. bibl. *Huberi* pag. 32. datur *Ioanni Amerbachio*, teste *Panzero* A. T. I. p. 198. nec diuersa forsitan ab ea, quam cel. *Panzer* A. T. IV. pag. 124. ex *Denis* Suppl. p. 558. adfert. — *Serino Ephr. de oratione vel sermonibus otiosis* exstat inter homilias *Caesarii*, ex vers. anonymi antiqui. v. supra ad p. 581. vol. III. *Asseman.*

Tum alias versionis *Ambrosianae* editt. memorant *Asseman.* et *Clement* loco citat. et alii: *Parisiens.* 1505. 4. ap. *Iean Petit*. — ib. 1515. 4. (cat. bibl. *Tellerianae* p. 23.) — *Argentor.* typis *Martin. Schureri*, 1509. 4. — sec. *Fabric. Oudin. Asseman.* sed rectius, credo, per *Matthiam Schurer*, qui praefatus est, teste *Panzero* VI. p. 46. ex *Thott.* cat. VII. p. 124. et *Gras Merkwürdigk.* p. 79. — *Fabr.* addiderat, *Argent.* iterum prodidisse 1585. 8. — *Coloniae Agripp.* typis *Melchior. Nouesiani*, 1547. 8. in qua tamen edit. tum ex *Ambrosii*, tum ex anonymi veteris interpretatione insunt *Ephraemi* opuscula, et *Vossius* in ea orationem de transfiguratione, legit, v. *Tentzel* loco a *Fabr.* citato. — *In sacra eremo S. Mariae de Ruah in agro Patauino*, cura et studio *Fr. Simeonis* ex *Capua Camaldulensis*, 1585. 8. Hanc esse editionem, cuius *Fabric.* cum huius anni et formae nota post mentionem *Argentorat.* a. 1509. factam meminerat, nullo alio indicio addito, *Clement.* pag. 258. suspicatur. *Harl.]*

Ex his *Ephraemi* sermonibus sunt, quos *Gallice* dedit *Petrus Cueurret.* *Parisi.* 1520. sub titulo *la fleur de predication.* Germanice vero *Io. Schwaigerus*, *Mogunt.* 1565. 8. *Fabr.* [*Italice*, interprete *Ludouico de Orcis*, *Brixienſi canonico regulari Lateranenſi*, *Venet.* 1545. 8. notante *Assemano*, prol. I. p. XIII. *Clement* l. c. qui quidem nomen interpretis omisit; sed tamen obseruat, quosdam viros doctos dubitare, an ex versione *Ambrosii*, italica versio sit profecta. Sed ex praef. quam *Paitioni* in bibl. degli autori etc. II. p. 1. recudi fecit, contrarium fit manifestum. Id etiam adnotandum venit, *Clement*, (sed ex *Haym* *Notizia de' Libri rari* p. 297.) hunc adferre titulum libri: *Sermoni di Sant' Eusebio*, nuovamente dal Greco nella volgar lingua tradotti da *Ambrogio Eremita Camaldolese.* In *Venezia* 1545. 8. Contra apud *Paitionium* neque in titulo, qui integer adponitur, et signatus est a. MDXLV. neque in fine, cui subscriptus est a. MDXLIII. sed in dedicatione anonymi excerpta legitur nomen

Ambrosii. Ex diuersitate autem annorum in titulo et in fine notatorum Argellatus opinionis errore duas finxit editiones, a. 1544. et 1545. Eodem Paitonio teste, in tomo II. delle *Vite de' SS. Padri*, Florent. 1731. est *La vita di Abram Romito scritta da S. Efrem*, et Basilii orat. est insertus tom. I. pag. 148. *Succinto discorso di S. Efrem della Virginità*, interpr. *Hilarione* quodam. *Harl.*]

Male sermones XXI. ex Ambrosii versione numerat *Lambecius* tom. I. p. 121. [220. Koll.] eumque sequutus *Warthonus* adpendice ad Cauei hist. literar. pag. 84. edit. Geneuens. Vnde fallitur etiam *Tentzelius* p. 281. diss. select. *Fabr.* Sed *Lambecium*, *Warthonum* et *Tentzelium* *Assemannus* prol. cit. pag. XIV. vindicat a crimine erroris, animaduertendo, codd. quoque misstos in numero sermonum, ab Ambrosio versorum, variare, quum duo Vaticani latini habeant sermones XXIII. Vrbinatenfis vero et Caesareus Vindobon. serm. XXI. denique Vatican. MMMMMLIII. serm. XXIII. in edit. quidem sermones XIX. vbique numerari; discrimen autem esse non in re, sed in numero, quia alicubi sub vno numero plures contineantur sermones, qui alias in plures diuidantur numeros, id, quod *Assemann.* p. LXXII et LXXIV. commonstrat, singulos, qui in libris tam scriptis quam editis exstant, recensendo sermones. — Ex Ambrosii versione receperunt nonnullos sermones *Aloysius Lipomanus* tom. VIII. vitarum Sanctorum, Romae 1560. (qui in aliis vsus est Iulii Clementis et veteris anonymi interpretatione,) et *Laurentius Surius* (ex *Lipomanno*,) de vitis Sanctorum tom. I. III. IV. VI. et VII. Colon. 1570 — 1581. atque *Franciscus Combesius* in bibl. concionatoria, Paris. 1662. qui quidem XVI. serm. latine ita euulgauit in pluribus tomis, vt in aliis modo Ambrosianam versionem, modo Vossianam sequeretur, alicubi vteretur anonymi interpretatione, interdum nouam adornaret: id quod vberius exposuit *Assem.* p. XV. inprimis, singulos persequendo, pag. LXXII. vbi recenset sermones, ex versione antiqui anonymi a *Lipomano* et *Surio* receptos, pag. LXXXVII. LXXXVIII et CII. *Harl.*

Petrus Franciscus Zinus, canonicus Veronensis, Venet. 1574. 8. haec a se Ephraemi opuscula latine versa in lucem edidit, plura etiam pollicitus: 1) *De timore animi.* 2) *Preces.* 3) *De virtutibus et vitiis.* 4) *De gratia DEI.* 5) *De linguae morbo et ceteris vitiis.* 6) *De compunctione.* 7) *De poenitentia et confessione.* 8) *Reprehensio sui ipsius atque confessio.* 9) *De charitate.* Incipit: *Si tibi ea potestas concessa sit, frater charissime, ut omnibus linguis loquaris.* 10) *De vita spiritali ad monachum abbatem capita XCIII.* 11) *De exercitatione.* Incipit: *qui te ad virtutem ac pietatem exerces, attende tibi et caue, ne dies tuos in rebus inanibus consumas.* 12) *Eorum correctio, qui, cum vitiose vivant, honores petunt.* 13) *De virginitate et castitate.* 14) *Alius sermo de castitate.* 15) *Beatitudines LV.* 16) *Beatitudines aliae.* 17) *De recta vitae ratione capita LXXXIX.* Incipiunt: *Si rectam viuendi rationem diligis, humilitatem amplectere.* 18) *De beatitudine et miseria* ^{d)}. Nonnulla Ephraemi

d) Addita est vita Ephraemi, a Gregorio Nysseno gr. scripta, et a Zino versa. Duae autem exstant editiones Zini. Prior prodiiit Venetiis ap. Rampazetum, 1561. 12. Posterior vna cum aeteticis opusculisque Nili, Marci et Isaiae, Ve-

netiis ap. Bologninum Zalterium, 1574. 8. (non, vt *Combesius* tom. I. bibl. concionariae p. 10. scribit, 1575.) Plura vide apud *Assem.* I. p. XIV. et LXXXVI. *Harl.*

mi opuscula ex Zini interpretatione Dillingae etiam prodisse scribit [P.] Simlerus, et ex eo Labbas tom. I. pag. 285. de S. E. nimirum a. 1562. atque adeo ante editionem Venetam (a. 1574.) quam recensui. *Sunt enim mihi ad manus* (accuratissimi Ittigii verba sunt praef. ad librum de bibliothecis patrum p. LXXIII.) *diuina quaedam S. Ephraem opera e graeca lingua in latinam versa, P. ro Francisco Zino interprete, Dillingae 1562. apud Sebaldum Mayer.* At enim Tentzelius p. 281. diff. select. negat, quod Dillingana editio Zino debeatur, *quae enim Dillingae a. 1563. impressa mihiq. ad manus sunt, obstetricante Iacobo Menchusio Belstano lacum publicam adspexerunt, qui in dedicatione refert, duos sibi aditus fuisse antiquos codices latinos MSS. ob varias lect. nonnihil discrepantes. Duabus quoque partibus absolvuntur opuscula Ephraemi ab ipso edita, prior constat libellis quinque de tremendo die iudicii et resurrectione vniuersali, de iucunditate et gaudio supernorum ciuium et regni coelorum, de munditia animae et laudibus CHRISTI, posterior continet monita B. Ephraem de defectu religionis, de poenitentia.* Gallite vertit pleraque *Franciscus Feuardentius, Paris. 1579. 1583. 1590. 1602. 8.*

Gerardi Vossii Tungrensis editio, quam totam recensent Labbeus, Caueus, [Oudin. et Asseman.] primum lucem vidit Romae tribus vol. quorum I. 1589. H. 1593. 5) et III. 1597. fol. prodit. Recusa auctior Colon. 1603. et 1619. (cuius editionis exemplaribus quibusdam praefixus a. 1675.) et Antwerp. 1619. Sermones aliquot ex eiusdem interpretatione prodierant Romae 1532. 4. 6) et Ephraemius de passione CHRISTI et threni sanctiss. Virginis prope crucem stantis ibid. 1585. 12. Parisiensem editionem Operum Ephraemi ex Vossii versione memorat Combefisius in bibl. concionatoria, tom. I. p. 10. memoriae, ni fallor, lapsu pro Antwerpiensi, nisi *Claudii de Chantelou* bibliothecam asceticam, Parisiis a. 1661. 4. sex voluminibus editam intellexit, cuius tomo II. et III. multa Ephraemi latine continentur. [v. Assem. p. C. sq.] Quae in Vossiana editione desiderantur Ephraemi *Cantica in nativitate Domini et Epiphaniam* siue *de Maria et magis*, ex syriaco latine reddita per *Abrahamum Eschellensem*, vulgavit *Io. Baptista Marus* 7) presbyter Romanus J. V. D. et collegiatae ecclesiae S. Angeli in foro piscium canonicus. Rom. 1645. 4. *Fabr.* Praeterea *Bollandini* socii

I i 3

in

a) Enimvero Tenzel et Fabricius errant, confundendo hinc Dillinganas editiones. Prior enim edit. a. 1562. complectitur opuscula, a Zino conuersa; posterior autem a. 1563. obstetricante Iac. Menchusio in lucem emissam continet quosdam Ephraemi serm. anonymo interprete, quos idem Menchusius in praef. recenset, adnotante *Assem.* p. XIV. sq. *Hart.*

f) Emendandae Tentzelii diff. selectae p. 279. ubi legitur editionem anni 1589. recensam auctius a. 1593. [Tertium vol. MDXCVIII. euulgatum esse, scribit *Assemanus* I. p. XVI. ubi et p. LXXXVIII. sqq. copiosius recenset edit. Vossian. *Hart.*]

g) *Asseman.* I. pag. XVII. notam anni 1582. ex errore typographico ortam esse ratus, ostendit, illam *romanam* quinque sermonum Ephraem. edit. prodidisse cum scholiis Voss. ex typographia Vaticana, 1592. 4. et pag. C. dat indicem illorum V. sermonum pleniorum. *Hart.*

h) Idem *Marus* edidit sermones aliquot S. Augustini e bibl. Vaticana et Barberina cum notis Rom. 1644. 4. Eius sermonem in natali S. Iohannis Baptistae. ibid. 1647. 4. Acta SS. martyrum, Paterniuthii Copretis et Alexandri. 1645. 4. Victoris papae III. sermones. 1615. 8. et Petri Damiani opuscula de viris illustribus Casinensibus. 1655. 8.

in Actis Sanctorum, 1. Febr. 16. Martii, 9. et 14. Iunii quaedam Ephraemi opuscula ex Vossii interpretatione, et vitam S. Abramii, eremitae, d. XVI. Mart. etiam graece p. 741. edidit. v. *Assmann*, prol. ad I. vol. p. XV. et C. — Io. *Cardinalis* Bona rerum liturgic. libr. I. cap. IX. p. 86. Paris. 1678. hymnum Ephr. in liturgia, quum incensum offertur, canendum, a syriaco latinum euulganit, cuius initium: *Gloria Trinitati*. Sed hic hymnus, ad normam quidem rhythmici Ephraemici, qui septem constat syllabis, elaboratus, de quo Tillemont, tom. VIII. p. 758, non esse Ephraemi ipsius, ait *Assmann*. in bibl. orientali tom. I. p. 60, et in prolegg. ad tom. I. Opp. Ephr. p. XVI. *Harl.* — De scriptis Ephr. cf. *Gaeb* Züge zu einer pragm. Biogr. Ephraem des Syrers in Paulus Memorab. I. p. 136.

[P] XII. Cum Ephraemo, Syro, de quo haec dixi, non confundendus *Ephraim*, idem Syrus ex Comitè orientis Antiochiae (circa a. Chr. 526, teste Theophane et Euagr. IV. 6.) episcopus a. 545. cuius mentio in vita Simeonis, stylitae, iunioris tom. V. Maii p. 317. 335. quique laudatur Actione X. concilii Chaleedon. *) et ex cuius scriptis excerpta ap. Photium cod. CCXXVIII, et CCXXIX, ubi verba ἐς τῶν ἱερῶν τῆς Ἀντιοχείας ἤγετο, A. Schottus. *) male vertit qui de sacris Antiochiae legibus narrat, sensus enim est, eum sacra tunc Antiochiae moderatum, siue ecclesiae episcopum fuisse, ut notavit Pearsonius part. I. Vindic. Ignatii cap. X. Vixit adhuc a. Chr. 546. quo subscripsit Iustiniani, imp., edicto adversus tria capita sui potius honoris quam veritatis dilector, ut scribit Facundus sub extremum libri IV.

Ephraemus, CPolitani, qui versibus iambicis chronicon scripsit, MS. in bibl. Vaticana, ex quo fabinde quaedam citat Allatius de consensu utriusque ecclesiae pag. 699. 701 sq. 725. 776. et de Psellis p. 42. Scripsit circa saeculi XIV. ut videtur, initia.

Ephraemi, Chersonis episcopi, (al. archi-Episcopi et martyris,) sermonem περί τῶν θαυμάτων τῶ ἁγίου κλήμεντος p. 90. de Simeonum scriptis memorat Allatius. Incipit: ἐξελθόντας Φιλίππου τῶ Ἀποστόλου Γαλιλαίας. Alium sermonem memorat idem p. 93. et 96. περί τῶν θαυμάτων τῶ ἁγίου κλήμεντος. Incipit: θαυμάσιος ὁ Θεὸς ἐν ἁγίοις αὐτῶν εὐκαίρων μετὰ τῶν Προφητῶν. Hunc posteriorem latine dedit Surius 29. Nov. graece et latine Cotelerius tom. I. Patrum Apostolicor. ad calcem Clementinorum pag. 811. edit. Amst. Fabr. Posterior sermo exstat gr. in cod. Augustano Vindel. (v. Reiser. catal. pag. 2. nr. 11.) et in cod. Mosquensi, teste el. Matthaei in notitia codd. gr. bibl. Mosquens. pag. 37. nr. 8. Add. *Assmann*, prol. ad vol. I. Opp. pag. XI. fin. *Harl.*

Ephraim

f) Fabricium erroris arguit *Assmann*. Prolegg. ad vol. I. pag. XI. S. XII. atque animadvertit, Ephraemum, qui laudatur actione X. concilii Chalced. non esse Antiochenum patriarcham, sed Edessenum diaconum; Antiochenum vero laudari in concilio Lateranensi sub S. Martino et in concilio CPolitano III. s. sexto generali adversus Monothelitas, act. X. concil. Labb. tom. VI. p. 307. et 825. — Plura vid. infra vol. IX. inter

scriptores in Photii bibl. censurae subiectos, p. 477 sqq. Sermonem ad Ioannem, monachum, tribuere malit *Assmann* Ephraemo Antiocheno. v. supra inter sermones tom. III. editos pag. 407. adnotata. *Harl.*

h) Decepit Schottus Vsserium, Sirmundum, Blondellum, Ristetum et Albertinum pag. 836. de Eucharistia, quos reprehendit *Colomesius* p. 68. Obseru. sacrar.

Ephraim, monachus et legumarius, in monasterio S. Pauli Latris in Patruo, cuius mentio in nota, codici antiquo graeco Operum Ephraem Syri adiuncta, apud *Montfauconum* p. 78. Palaeographiae graecae.

Ephraim, Mylassae in Caria episcopus, et ab hoc diuersus.

Ephraim Cariae, monachus, vñs e melodis siue hymnographis Graecorum.

CAPVT VII. (olim XI.)

De S. Epiphanio et aliis graecis scriptoribus, qui Haereticorum historiam tradidere.

I. S. Epiphanius, Constantiae Cypri episcopus. II. Alii Epiphania circiter viginti. III. Epiphani Constantiensis operum editiones et codd. MSS. (IV. Scripta genuina edita. V. Perdita. VI. Dubia vel ad iuniorem Epiphanium referenda. VII. Inedita. VIII. Alii graeci de haeresibus scriptores vberiores, Irenaeus, Theodorus, Leontius, Euthymius Zigabenus, Nicetas Choniates. IX. Alii breuiiores, ut Iosephus, Hypomnestici scriptor, Anastasius Sinaita, Sophronius, Timotheus, presbyter, Io. Damascenus, Io. Zonaras, Matthaeus Blastares etc.

(Cum supplementis G. C. Harls.)

I.

S. EPIPHANIVS, Palaestinus Eleutheropolitanus, linguarum ¹⁾, hebraicae, syriacae, aegyptiacae, graecae et ex parte latinae peritus, factus est episcopus Constantiae, (quae antea Salamis,) in insula Cypri ab a. Chr. 367. vbi tanta sanctitatis laude vixit, vt ante a. Chr. 647. Epiphani nomine templum iam a Cypriis consecratum fuisse constet ex Anastasii Sinaitae quaest. XCIV. quod a Sabino, eius discipulo, fuisse et vniuersae euangelicae historiae picturis decoratum narrat *Theodorus Studita* ²⁾ in antirrhethico secundo pag. 130. tom. V. Opp. Sirmondi, et Synodus VII. Act. VI. Multa de eo narrantur miracula s. fabulae. Obiit in itinere ³⁾, proximus vel etiam maior centenarius a. Chr. 403. die 12. Maii. Vita, quae

sub

1) Hieron. contra Rufin. p. 151. b. 158. c. edit. Francof. adde *Peitau.* ad Epiphan. pag. 9.

m) Verba Theodori sunt: Ἐπιφάνιος ἴσμεν ὅτι ἅγιος καὶ μέγας ἐν διδασκαλίᾳ καὶ ἐν ἡγασίᾳ μετὰ πότμον Σαβίνας ὁ ἱεὺς (interpres vertit domesticus quasi legerit οικῆος) αὐτὸς μαθητὴς διωγγομένων ἐν αἰσὶς εὐαγγελικῆς ἰστορίας. Ibidem meminit orationis, quam in laudem Epiphani habuit Leontius, Neapoleos in Cypri episcopus: αὐτὸς γὰρ καὶ Λεόντιος ὁ τῶν λόγων τῶ θείᾳ Ἐπιφάνει ἐκκλησίᾳ ἐν αὐτῇ τῇ Κύπρῳ τῆς ἐκκλησίας Νεαπόλεως ἀρχιεπίσκοπος, περὶ τῶν σεπτῶν ἀνόντων, οἷοις ἢ ἀντιδιδόντες, XIII. 13. Hist.

δ' αὖτε ὁ αὐτὸς λόγος ἀπὸ συναγμένων, μαρτὶν περὶ τῆ θείᾳ Ἐπιφάνει ἐκκλησίᾳ φερόμενος, Synodus VII. siue Nicaena secunda, tom. III. Binii pag. 654. καὶ γὰρ ἰκὼν ἀνιδέμαρτος ἐν τῇ Κύπρῳ ἦτορ οἱ αὐτὸς μαθητὰς ἀνακαίνοντες αὐτὸν τῷ αὐτῷ Πατρὶ. (Ἐπιφάνει) καὶ μετὰ αὐτῶν ἐκονοῦν ἐν λογαρίῳ καὶ αὐτὸς ἀκρὰ ἐν τῇ καὶ ἀνιδέμαρ. Fabr. De cod. S. Evangelii, manu Georgii, sacerdotis Rhodii, in templo Magni Epiphani reposito, v. Montfaucon. Palaeogr. gr. pag. 63. Harl.

2) Socrates VI. 14. Sozom. VIII. 15. Niceph. XIII. 13. Hist.

sub *Ioannis* et *Polybii*, discipulorum *Epiphanii*, nomine fertur ex *Sim. Metaphraste*, (latine apud *Lipontannum* tom. VI. pag. 35. et *Surium* ad 12. Maii) graece et latine tom. II. *Epiphanii* edit. *Petau.* pag. 318. 353 — 383. exiguam [P] fidem meretur et longe iuniorum scriptorem arguit, ut agnoscunt viri docti, et iam pridem *Baronius* ad a. Chr. 372. nr. CX. professus est, auctorem esse mandatum, multa quoque finxisse. Confer *Dan. Papabrochii* responsionem ad exhibitionem errorum *Sebastiani* a S. Paulo, Artic. XII. §. 9. et in *Actis Sanctor.* tom. III. Maii XII. p. 36. seq.* Videndus etiam de *Epiphanio* *Iulius Bartoloccius* tom. I. bibliothecae rabbinicae p. 424. sq. et D. *Spizelius* Academia vet. Iesu Christi p. 105. seq. Ineditum graecum scriptorem vitae *Epiphanii* nostri laudat et ex eo aliquid profert *Cangius* in *duo duo* et alibi. *Fabr.* Vitam, quae sub nomine *Ioannis* et *Polybii* circumfertur, parum fidei mereri, etiam adfirmant *Tillemont* in *Mem. eccles.* tom. X. part. III. pag. 803. ed. Par. 1705. 4. not. 1. (quia p. 484 — 521. persequutus est vitam scriptaque *Epiphanii*; pag. 802 sqq. scripsit Notes sur S. *Epiphane*); *Ordin.* in comment. de scriptor. eccles. tom. I. col. 527 sq. *Caveus* in *hist. liter. scriptor. eccles.* vol. I. (Basil. 1741. fol.) pag. 231 sqq. (cui quidem *Epiphanius* parentibus videtur ortus esse iudaicis, quod auctor vitae memor. tradit; quem tamen ipse *Caveus* incerta, ne dicam magnam partem fabulosa narrare iudicat,) *Iacq. Ge. de Chauffepié* in *Nouveau diction. historiq.* tom. II. voc. *Epiphane*, not. A. qui not. B. de *Epiphanii* scriptis horumque editt., copiose agit, et alii. Multa dici possent de odio eius aduersus *Origenis* dogmata eiusque inde ortis cum *Ioanne* episcopo *Hierosolymitano*, et *Ioanne Chrysostomo*, episcopo *CPolitano*, litibus rixisque immodestis, de eius ingenio acerbo et violento, stilo haud polito placitisque, de eius virtutibus et vitiis; sed breuitatis studio, nolo repetere, quae vberius exposuerunt praeter memoratos viros doctos, *Hieronymus* de viris illustr. cap. XCIV. ibique adnotatores pag. 203. sq. in I. A. *Fabricii* bibl. ecclesiastica. — *L. Ell. du Pin* in *nouv. Biblioth.* tom. II. p. 295 sqq. (contra *Scultetum*, qui in *Medulla theologiae patrum* p. 711 sqq. *Francos.* 1634. 4. *Epiphanium* tamquam aduersariam disciplinae pontifici rom. additorum, saltem dissentientem sistere studuit, acerbè disputat;) *Stolte* in *Nachricht von den Kirchenvät.* p. 325 sqq. (qui multos alios laudat,) — *R. Cœller* in *Hist. gen. des Act. eccles.* tom. VIII. p. 631 sqq. — *Dallaeus* de vero usu patrum p. 272. aut ed. *Genev.* a. 1632. p. 138. 376 sq. — *I. G. Walchius* in *Hist. eccles. N. T.* pag. 1322. sqq. — *Christi. Frid. Roesler* in *Bibliothek der Kirchenväter*, part. VI. siue periodi II. part. II. paene tota, in qua *Ancoratus*, praecipue *Panarii* summam dedit, doctasque adiecit obseruatt. — anonymus (*Abb. Iac. Gervais*, qui multa bene doctaque, multa vero prae et nimio partium studio abreptus scripsit, et p. 405 sqq. *Scultetum* mem. copiose refutare aggressus est,) in: *L' Histoire et la vie de St. Epiphane* — avec l'analyse des Ouvrages de ce Saint, son Apologie contre les Protestans, et des Notes critiques et historiques. Paris. 1738. 4. *I. Matth. Schröckh.* christl. Kirchengesch. part. X. pag. 1. sqq. ut alios historiae ecclesiasticae conditores praetermittam. — *A. Photio* in narrat. de *Manichaeis* repullulantibus edita a *Montfauc.* in *Bibl. Coislin.* p. 349 sqq. dicitur p. 354. ὁ πρὸς ἐν θαύμασιν ἐπιφάνιος. — Vita *Epiphanii*, auctore *Ioanne*, *Epiphanii* discipulo, et *Polybii*, episcopi ciuitatis *Rhinocurorum*, in reliqua vitae *Epiphanii*, in cod. IX. (qui continet vitas et politias quorundam patrum,) nr. V. et VI. plut. XI. bibl. *Laurent. Medic.* teste *Bandin.* in cat. codd. gr. illius bibl. I. pag. 503. et ibid. pag. 100. de cod. IV. plur. VI. sub fin. inter vitas *Sectorum* est excerptum ex *Epiphanii* vita. — Vita et miracula *Epi-*

Epiphani Constant. in Bibl. Bodlei. in cod. *Barocc.* CCXL. — Fragm. vitae in cod. *Vindob.* CCLI. qui locos Epiphani aliorumque multorum communes aliaque continet, et a *Lambec.* V. p. 325 sqq. copiose recensetur. — Vita Epiphani et loca ex eius libris in *Niconis* collectione locorum S. S. et scriptor. eccl. in cod. *Coisl.* XXXVII. (*Montfauc.* bibl. Coisl. p. III.) — ex vita eius loca in cod. CXVII. et CXXII. (id. ib. p. 191. et 198.) — In cod. *Mosquensi* synod. XLI. vita Epiphani et Polybii episc. in Epiphanium, (v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 61.) etc. *Harl.*

II. Alii Epiphani.

Ab hoc distinguendi 1) *Epiphanius, patriarcha CPol.*, ab a. Chr. 520 — 535. de quo multa in vita S. Andreae τῆ σαλῆ apud *Papebrochium* tom. VI. Maii °). Illius et *Hormisdæ, pontificis*, epistolae mutuae leguntur latine in conciliorum collectione Biniana tom. II. et Labbeana tom. IV. Eius decretum contra Seuerum et Petrum legitur in Synodo V. tom. II. Bini p. 755. °) Ad hunc Epiphanium Nouellae Iustiniani, imp.

2) *Epiphanius, scholasticus* °), circa eadem tempora clarus versione latina historiae ecclesiasticae tripartitae, quam in compendium Cassiodorus °) misit, et codicis encyclii °) episto-

o) Conf. *Lambec.* comm. B. *Vindob.* VIII. pag. 104 sqq. cum nota Kollarii. — In cod. CXIV. *Barocc.* bibl. Bodl. est *Epiphanius*, patriarcha, de excommunicatione Latinorum per Graecos propter controuersiam de processione Spiritus S. — *Monachii* in bibl. Bavar. cod. CXVIII. liber, quomodo et quando Latini a Graecis separati sint, (cat. codd. gr. Bau. pag. 50.) — In *Nicetae Choniatae Acominati* Panoplia, cod. Bazar. edita tomo X. decretum *Epiphani*, patriarchae CPolit. et synodi, ibid. congregatae, contra Seuerum, Zoram et Petrum, Monophysitas, teste *Montfaucon* in *Palaeogr.* gr. pag. 331. *Harl.*

p) Vide infra de concilior. edit. vol. XI. pag. 424. ubi quoque memoratur indiculus directus a Ioanne, episcopo, vel ab *Epiphanio, presb. de Thesalonica*: ibid. pag. 431. sqq. in concil. edit. reg. tom. XI. Labbei tom. V. et Harduini tom. II. an. de actis concilii CPol. sub Mena, occurrunt *Epiphani* ep. ad *Epiphanium CPol.* — Ioann. Phil. epist. ad *Epiphanium, Tyri episcop.* — *Epiphani* Tyrii et aliorum ad Ioannem CPol. — *Epiphani* Tyrii, patriarchae CPolit. et synodi contra Seuerum et Petrum. — Canonum epi-

tome, neque adcurata, neque antiqua, nomine *Epiphani*, CPolitani, ad Iustinianum, imp., titulis 156 arabice, in cod. CXVIII. 29. bibl. publ. *Paris.* v. cat. codd. Paris. I. pag. 114. *Harl.*

q) *Sigbert* de script. eccles. cap. XII. *Voss.* de Hist. lat. p. 237. *Fabr.* Conf. *Fabr.* B. L. med. et inf. aet. tom. II. pag. 101 sq. ed. Mansi, ubi de historia tripartita, de versione lat. cod. encyclici, et versione lat. antiqq. iudaic. Iosephi atque Clementis Alexandr. adumbrationum, quae Epiphanio scholast. a nonnullis tribuuntur, ac de edit. copiosius agitur. Item differitur de eo eiusque scriptis a *Guil. Cane* l. I. vol. I. p. 495. *R. Ceillier* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. XVI. p. 186. *Hamberg.* Z. N. III. pag. 354 sqq. *Harl.*

r) *Cassiodor.* diuin. lect. cap. XVII. et praef. ad hist. tripartit. *Fabr.* Vide supra in vol. VII. p. 425 sqq. et add. cod. chart. saec. XV. in bibl. S. Michael. *Venet.* teste *Mittarellio* in Bibl. codd. msst. p. 342. qui adnotat, in eo cod. varias lectiones non raro legi; et cod. *Patauin.* bibl. patrum Eremit. indice *Iac. Phil. Tomafino* in Bibl. Patauin. msstis. pag. 76. *Harl.*

s) Idem *Cassiodor.* cap. XI.

epistolarum synodaliū a. 458. pro defensione concilii Chalcedonenf. ad Leonem, imp., qui in Labbei et Baluzii *) conciliis editus est *). Videtur et idem elaborasse in transferendis Cassiodori suafu antiquitatum iudaicarum libris Flauii Iosephi, et Clementis Alex. in epistolas canonicas adumbrationibus, de quibus alibi dixi. Commentarium Didymi in Prouerbia et Epiphanii, antistitis Cyprii, volumen breue in Canticum Canticorum ab amico suo, viro discretissimo, Epiphanio, transferri se fecisse testatur Cassiodorus cap. V. diuinar. lect. Eiusdem Didymi expositionem VII. epistolarum canonicarum, id. cap. VIII. Sed hae tres versiones editae non sunt, quod sciam.

3) *Epiphanius, diaconus Catanensis*, in Sicilia, qui interfuit synodo Nicaenae II. a. Chr. 787. *Fabr. v. Mongitor.* Bibliothec. Siculam, tom. I. p. 184. *Cauē* l. c. I. p. 640. ad a. 787. *Harl.*

[P] 4) *Epiphanius*, Cypri archiepiscopus, iunior, cuius nomine a. Chr. 680. in Synodo sexta actione XVIII. subscripsit Theodorus, Trimethuntis episcopus, vt Petauium Sirmondus monuit. *Fabr. Epiphanii, archiepiscopi Cypri*, (num huius iun. an tertii?) in Hexaëmeron, gr. in cod. *Veneto* D. Marci LXIV. inc. *τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰς ἡμέρας*. etc. plura dabit auctor catal. codd. Marc. gr. p. 44. An ad hunc pertinet, quod infra nr. IX. inter scripta Epiphanii Constant. perdita numeratur? *Fabric.* in indice sub h. v. Epiphanio, Cypri episc. iuniori, adscribit sermones, quos in sanctor. elogiis et vitis, vol. IX. p. 94. 111. 113. et 129. indicat. *Harl.*

5) *Epiphanius*, Cypri archiepiscopus, tertius hoc nomine, de quo *Cauens* ad a. Chr. 870. Eius epistola ad Ignatium, patriarcham Constantinopol., tom. III. concil. Bini edit. 1618. parte II. p. 731.

6) *Epiphanius*, monachus ac presbyter, ex cuius libello de vita B. Mariae Virginis nonnulla adfert *Allatius* ad Eustathii Hexaëmeron p. 285. et de Simeonum scriptis p. 106. ex quo posteriore loco patet, diu post Andreā Cretensem et Ioannem Thessalonicensem scripsisse, quos sanctis patribus adnumerat *). Eiusdem *περὶ τῆ βίης καὶ πράξεων, καὶ τέλους τῆ*

†) Qui Labbean. ed. contulit eum II. codd. et restituit, quae in graec. ed. 1608. erant corruptae, atque Harduin. tom. II. p. 689. *Harl.*

u) Epistolae illustrium personarum pro concilio Chalcedouensi. latine (interpr. *Epiphanio*) in *Surii* coll. concil. 1562. *Bini* coll. 1606. tom. II. p. 143. valde interpolatae, decurtatae et perperam auctae in ed. concil. Rom. 1608. *Harl.*

v) In cod. *Barocc.* CXLII. n. 20. bibl. Rodl. *Epiphani. monachi et presby.* character B. Virginis et Domini nostri; inc. *οἱ ἀφωρισμένοι τόποι*, atque auctor catal. codd. Angliae I. p. 18. addit: „idem, vt videtur, de dissidio quatuor euangelistarum circa resurrectionem Christi: incip. *κατὰ Ἰωάννην Μαρίαν μόνη*. — In cod. *Coislin.* CCXCVL fol.

13. *Epiph.* etc. de vita sanctissimae deiparae. v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 413. Est eadem, quam *Fabric.* infra, vol IX. p. 110. inter elogia et vitas Sctorum recenset vberius. — Idem *Fabric.* ibid. p. 54. scriptum, quod incipit: “(vñ citauit *Allat.* de Simeonum scriptis, pag. 90.) *ἐκδοίκετο πολλοὶ ἀνεγγράφοντο βίης, ἢ Vitam S. Andreae, apostoli*, auctore *Epiphanio*, monacho et presbytero, refert et iam citat *Tillemontium* tom. I. memor. p. 341. qui acta fabulosa esse probat pag. 620. sq. ed. Paris. Add. *Lambec.* comm. de bibl. caesarea IV. p. 302. sq. et V. p. 55. sq. — E cod. *Naniano* edidit gr. cum vers. lat. et scholiis *Io. Aloysius Mingarellius* in *Amadutii* Anecdotis litter. tom. III. pag. 39 — 83. *Serm. de vita Stifsimae*

τῆ ἀγίᾳ Ἀποστόλῃ Ἀνδρέᾳ memorat *Allatius* de Simeonibus p. 90. atque accepi, exflare in bibl. regis Galliae codice MMCMLI. fol. 233. Nescio, an ab hoc diuersus statuendus sit *Epiphanius*, monachus Hagiopolita, siue Hierosolymitanus, de cuius periegesi Syriae et vrbs sanctae dixi lib. IV. cap. I. §. 18. *Fabr.* In vol. IV. p. 663. atque pag. 670. iam animaduerti, cel. de Sainte-Croix *Epiphanii, monachi*, enarrat. geograph. Syriae et vrbs sanctae cum aliis geographis editurum esse. — add. supra in hoc vol. pag. 99. — *Epiphan*, presbyterum et Hagiopolitam, a *Mingarellio* pro vno eodemque haberi, paullo ante notatum est. A *Maittario* in A. T. tom. V. part. I. siue indice, pag. 367. adfertur liber, inscriptus: „Expositio thematum dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt; authoribus et testibus oculatis, poeta graeco anonymo, et *Epiphanio, monacho*, S. vrbs ciue logographo minime spernendo. *Fed. Morelius* Professorum et interpr. reg. Decanus, graeca e bibl. Vaticana eruta et descripta recognouit, et politicos seu dithyramb. versus graecos trimetris lat. expressit. Index non inanis accessit. Lutet. ap. *Fed. Morel.* typogr. reg. 1620. 4.“ Eodem *Maitt.* ibid. obseruante, eorum editio in 8. eadem est, nisi vt in hac textus *Epiphanii* graecus desideretur, et *Nicephori Callisti Xanthopuli* carmen, a *Fed. Morello* versum, inferatur. Huius editionis insignae, arbuscula rore rigata, cum lemmate, *Me non terra fouet, coelesti rore viresco. Harl.*

7) *Epiphanius*, cui scriptum de miraculo Eucharistiae tribuit *Theophilus Raynaudus* tom. VI. Opp. p. 389. Vide infra inter scripta S. *Epiphanii* nr. XVII.

8) *Epiphanius, diaconus*, ad quem S. *Isidori Pelusiotae* epistolae.

9) *Epiphanius, Pergae episcopus*, qui subscripsit concilio Chalcedonenfi. Alius episcopus Heracleanus, et alius item Tyrriorum, [v. ad nr. 1.] alius, cuius epistola ad Synodum V. tom. II. *Binii* p. 736.

10) *Epiphanius, episcopus Afer*, de quo *Martyrologia* 7. April.

K k 2

11) Fla-

sumae deiparae et de ipsius annis καὶ τῶν τῆς αὐτῆς χρόνων haud eleganter, multo minus venuste scriptum. Tum sequuntur p. 84 sq. adnotatt. In prima statim nota, „*Allatius*, ait, in diatr. de Simeonum scriptis pag. 106. opusculi huius titulum adferens legit: καὶ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνων quae verba *Fabric.* in codice apocrypho N. T. p. 43. sic verit: et de eius vitae temporibus. Attamen, Graecis minus antiquis saepe χρόνοι sunt potius anni, quam tempora.“ In prooemio *Epiphanius*, presbyterum, auctorem illius sermonis et *Epiphanius*, monachum Hagiopolitam, vnum esse eundemque, ex stili similitudine colligit, nec ab eorum sententia, *Epiphanius*, presbyterum, esse quoque auctorem orationis in S. *Andream*, apostolum, est alienus: ipsum autem *Epiph.* ne-

que ante vndecimum Christi saeculum, quia *Hippolytum*, *Thebanum*, saec. X. aut XI. viucentem, citet, neque post decimum tertium, quia ex illo opusculo fragmentum prouulisset *Nicephorus Callistus*, in hist. eccl. II. cap. 25. adeoque saec. circiter duodecimo in viuis fuisse, indicat. *Mingarellius* de eodem cod. egit in epistola ad *Aegidium*, fratrem suum, Bononiae 1770, quum in editum S. *Gregorii Thaumaturgi* sermonem in lucem proferret, et in cat. codd. gr. *Nanianorum* pag. 106. cod. LXIII. nr. 40. add. quae scripsi in introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 259. sq. Id. *Mingar.* ibid. p. 94. adiecit notis breuem S. *Andrae Cretensis* vitam s. elogium e cod. *Naniano* CXXVII. *Harl.*

11) *Flavius Annius Eucharis Epiphanius* sub Honorio et Theodosio praefectus urbis, A. C. 414. de quo *Iac. Gothofredus* ad cod. Theodof. lib. V. de domest. et protector. et *Gruteri* inscript. pag. CLXX. 5.

12) *Epiphanius, monachus*, ad quem epistolae S. Nili. Videndumque, an diuersus ab hoc *Epiphanius*, Lector, ad quem idem Nilus scribit.

13) *S. Epiphanius, Ticinensis* siue *Papiensis episcopus*, qui magna apud *Theodoricum*, regem, gratia valebat, circa a. C. 490. cuius vitam scripsit successor *Ennodius*, vide *Surium* et *Bollandum* ad 2^a Ianuar. et *Sirmondi* *Ennodium* tom. I. Opp. *Sirmondi* p. 1647. seq. *Tillemont.* tom. XVI. memor. hist. eccles.

[U] 14) *Epiphanius*, chartarius, siue chartularius comitis patrimonii, cuius meminit *Ennodius* VII. 1. et 10. epist.

15) *Epiphanius, Petraeus*, Syrus, Iuliani et Vlpiani, rhetorum, discipulus, qui et in patria et apud Athenienses docuit. De illo *Eunapius* et *Suidas* ^{w)}, qui scripta etiam recenset, *περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν γάσεων. Προγυμνάσματα. Μελέτας. Δημοερχικόν. Πολεμειρχικόν. Λόγους ἐπιδεικτικὰς et σύμμικτα θεωρήματα.* Eius hymnus in *Bacchum*. *Sozom.* VI. 25. Ad hunc *Epiphanium* *Libanii* epistolae.

16) *Epiphanius, Mileti episcopus*, qui interfuit synodo septimae, siue *Nicaenae secundae*, una cum *Epiphanio, episcopo Eleuthernae* et altero *Λάμπης* siue *Lampae*, et *Epiphanio Hegumeno*, siue *archimandrita Paramandi*, et *Epiphanio, diacono Catanensi*, episcopi Sardiniae vicario, qui sermonein panegyricum finita illa habuit, qui latine exstat tom. III. *Binii* pag. 708.

17) *Epiphanius, Selybriae* in Thracia episcopus, quem *Suidas* narrat scripsisse *λόγον ἀντιδόχτικόν* aduersus iconocautas, siue eos qui imagines cremabant.

18) *Epiphanius, patriarcha*, de origine dissidii inter Graecos et Latinos, ex quo profert nonnulla *Allatius* contra *Creygthonum*, pag. 377. 371.

19) *Epiphanius, Alexandrinus*, sacrorum *Osiridis* et dei *Αἰῶνός*, siue *Aeui*, interpretis, de quo *Damascius* apud *Suidam.* *Fabr.*

Ab *Epiphanio*, nescio quo? nec *Lambecio* in comm. bibl. caesar. IV. p. 364. satis cognito, in cod. CLXIV. nr. 4. proponuntur cuidam S. viro *quaestiones variae ex S. S. et ad illas memorati viri sancti responsiones.* Inc. sine vlla inscriptione: *ὁ δὲ Ἐπιφάνιος παραλαβὼν τὰν μακάριον, ἔρχεται εἰς τὸν ἅγιον Ἀγαθονίην.*

Ad *Epiphanium, filium*, scripsit *Theo, Alexandrinus*, expositionem s. syntagma secundum in expeditos *Ptolemaei* canones. v. infra, vol. VIII. vet. ed. pag. 212. et *Bandini* indic. ad cat. codd. gr. Laur. voc. *Theonis.*

Epipha-

w) Et *Eudocia* in *Ἰωνία* p. 165. vbi legitur *δημάρχης.* *Hartl.*

Epiphanius, (an Theonis filius?) et *Andreas* περί βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, graece, in cod. II. Ge. *Wheleri* in catal. codd. Angliae etc. II. p. 357. nr. 9073. *Epiphanius*, *Nemesii* *episcopi*, fragm. ἐκ τῆς περί Φιλωνδεώσεως, in *Florilegio* etc. in cod. *Naniano* CXXXII. pag. 307. catalogi. *Harl.*

III. Editiones S. *Epiphanius*.

Graece primum Ancoratum, Panarium, Anacephalaeosin et librum de mensuris ac ponderibus edidit *Io. Oporinus* ex codice, quem *Melanchthon* et *Ioach. Camerarius* a *Io. Lango*, Erfurdiensi, acceperant. Basileae *Io. Heruagii* sumtu et typis A. 1544. fol. Haec editio manu *Iosephi Scaligeri* et *Dan. Heinsii* passim notata fuit in bibl. *Nic. Heinsii*, *Fabr.* Est quoque exempl. in bibl. acad. *Erlang.* — *S. Epiphanius Opp.* cum collat. codd. et notis mssis exstant in bibl. *Ed. Bernardi*, secundum cat. codd. Angliae etc. II. p. 227. nr. 7421. in bibl. autem *Leideni* *Epiph. Opp.* gr. *Basil.* 1544. et eadem lat. per *Io. Cornar.* ib. 1578. fol. cum multis *Ios. Scaligeri* notis, margini adscriptis. v. cat. bibl. *Leid.* p. 39. *Harl.*

Latine eadem quatuor *Epiphanius* scripta ex *Iani Cornarii* versione prodierunt primum *Basileae* a. 1543. fol. edente eodem *Oporino*. Nam editiones *Basil.* anni 1533. et 1540. quas *Elias du Pin* et *Guil. Caueus* post *Possseuinum* memorant, nusquam exstant, ut recte observat *Casp. Sagittarius* in introductione [P] ad hist. eccles. p. 794. Et apud *Gesnerum* male excusum 1533. pro 1543. Ceterum in editionibus *Basil.* a. 1545. 1560. *) 1578. fol. *Parisi.* 1564. 8. apud *Andoenum Paruum* accessit libellus de vita prophetarum ex versione *Albani Torini*, et epistola ad *Ioannem*, *Hierosolymitanum* episcopum, *S. Hieronymo* interprete. Et in edit. *Parisi.* 1566. fol. *Theodorus* de haereticis fabulis. Hinc *Seb. Cramoisy* in sua editione *Parisi.* 1612. fol. non modo *Cornarii* *) versionem ex observationibus *Iac. Billii* lib. I. cap. 18. et lib. II. cap. 13. variis in locis emendari curavit, sed etiam adiunxit graecè et latine *Physiologum* et sermonem in festum palmarum cum versione et notis *D. Consalvi Ponce de Leon*, *Hispalensis*, et *Homiliam* de sepultura *CHRISTI* cum versione *Stanislai Phoenicii*.

Éditiones Graecolatinae, 1) *Parisiensis*, sectionibus, siue capitibus, distincta cum versione et eruditis notis *Dionysii Peraiui*, *S. I.* qui praeter edit. *Basileensem* usus est codice regis *Galliae* et variis lect. cod. *Vaticani*, quas *Andreas Schottus* cum illo communicauerat.

K k 3

1622.

x) In ed. a. 1560. in fronte scriptum est: *D. Epiphanius* — contra octoginta haereses opus — — *Iano Cornario* — interprete. Una cum aliis eiusdem *D. Epiphanius* operibus, partim nunc demum ultra superiorem editionem adiectis, parum etiam multo quam antea emendationibus, quorum catalogum versa pagina ostendit. — *Basil.* per *Ioannem Oporin.* et *Heruagium*. At in

pag. versa excusum est: *Epiphanius* epist. ad *Ioannem*, *Constantinopolitanum* episc. sed a manu docti in exemplo, quod exstat in bibl. *Erlang.* correctum est *Hierosolymitanum*. et ita recte excusum legitur pag. 585. edit. *Harl.*

y) Plura etiam loca in versione *Cornarii* castigat *Latinus Latinus Bibliotheca sacra* — profana pag. 112.

1622. fol. duobus voluminibus, quae editio a Labbeo recensetur. Quod porro Salmasius ait, *nullam paginam versionis Petauianae insignibus aliquot erratis vacare*, iniquius dictum videri possit, nisi maiore etiam iniquitate Petauius Cornarii versionem conculcasset vt *barbaram insulsamque*, quo nisi praecunte, dubito, an unquam Epiphanii versionem ausus fuisset, vel absoluisset. Plura loca, a Petauio minus recte intellecta, illustrant *Salmasius* ad Solinum, qui foeneum interpretem p. 432. vocat, et de transubstantiatione pag. 55. 540. et de Coma pag. 92. inprimis sub Francisci Franci nomine contra Cercocœium siue Petaium pag. 73. seq. etc. *Gatakerus* toto capite XXXVI. in quo etiam permulta Epiphanii loca emendantur, aduersar. postum. et ad M. Antonium pag. 48. 135. 155. etc. *Rich. Montacutus* in apparatu ad origines ecclesiasticas pag. 191. 206. et in originibus tom. II. pag. 11. seq. *Io. Croius* in specimine coniecturarum ad quaedam loca Origenis, Tertulliani, Irænaei et Epiphanii, Paris. 1632. 8. et in observatt. sacris p. 147. 156. 160. *Pearsonius* praefect. ad Acta Apost. p. 51. *Dodwellus* de successionē pontificum p. 298. seq. *Cotelerius* p. 220. ad Chrysost. in Daniel. et [P] ad Damasceni haereses, atque in aliis scriptis, Acta Sanctior. Iunii tom. I. pag. 19. *Cangius* in Συμψέδιον etc. Omitto *Iacobi de Ardenna*, decani Cellriensis, castigationes in Epiphanium et Petaium de sacra eucharistia, de coelibatu sacerdotum et de orationibus pro defunctis, Lond. 1683. 4. Albaspinacum narrat *Rich. Simon* tom. I. epist. select. pag. 12. minatum fuisse, se effecturum, vt quaedam in notis Petauii publica censura condemnarentur, quod tamen non effecit.

- 2) Lipsiensis a. 1682. *) fol. quae Coloniae nomen praefixum gerit, et ad verbum Parisiensem exprimit, additis, quae in illa desiderantur, Henrici Valesii oratione in obitum Petauii et elogio eius atque scriptorum elencho ex Nathanaelis Sotuelii Bibl. Iesuitica, et Petauii elencho disputationum Maturini Simonii de poenitentiae ritu veteri in ecclesia, siue adpendice ad Epiphanianas animaduersiones, edita primum Paris. 1624. 8. et Gabr. Albaspinaco inscripta, atque capitibus miscellaneorum exercitationum, Salmasio oppositis, et ad calcem operum Iuliani, Paris. 1641. 4. pridem vulgatis. Memini, me ex B. Ittigio audire, *Iacobum Thomafum*, prolegomena noua huic Epiphanii editioni praemissurum, multa, ad illum facientia, collegisse, sed illa deinde, nescio quam ob causam, praetermissa. Etiam in Actis Erud. 1682, pag. 94. legas, editorem addere voluisse, quae Salmasio sub Antonii Kerkoctii nomine Petauius respondit, sed id facere veritum, quod Petauius ipse nomen suum illis praescribere noluisset. *Fabr. Hamberg. l. c.* pag. 7. adnotat, quae *Iac. Thomaf.* in prolegg. praemittendis, a Fabr. memoratis, de Epiphanii edit. nonnullisque eius scriptis collegisset, ea a *Io. Gottl. Krause* in vmsländlicher Bücherhistorie p. 262. esse publicata. Add. *Io. Fabr.* in histor. bibl. Fabr. I. p. 116 sqq. vbi multus est de ed. Colon. de Epiphanio, eius scriptis, erroribus et alios laudat. VV. DI. *Harl.*

-Editiones

*) In cat. *Askew.* p. 57. nr. 1581. editio *Colon.* add. quae scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. a. forsan per errorem typothetae citatur, a 1652. p. 257. sq. *Harl.*

Editiones promissae et codices MSS.

Præfatos paratos in Epiphanium commentarios habere se et novam illius scriptoris editionem curaturum professus est *Petrus Lantfælius* in præfat. disputationis calumniarum, quas vocat, Casauboni ad quaedam S. Iustini, martyris, loca.

Multis locis emaculavit Epiphanium *Ioannes Croius*, multa correxit *Ioannes Pearsonus*, Cestriensis episcopus, teste Caucio, quae forte aliquando in lucem proferentur. Commentarium suum in Epiphanii Panarium memorat *Eduardus Bernhardtus* notis ad Iosephum pag. 323.

[C] Epiphanii Panarium elegantissimis characteribus MStum se esse nactum, scribit *Caspar Barthius* notis ad Claudianum poetam pag. 243. editionis Hanov. 1612. 8. quam iuuenis admodum edidit. Codicem MS. in bibl. publica *Ieuensi* laudat *W. Ernestus Tentzelius* in dialogis mensuris, germanice editis a. 1692. pag. 883. *Fabr. Jac. Colletum* moliri novam Epiphanii edit. in qua praecipue *Panaria* ex cod. Veneto Marc. CXXV. infinitis locis emendentur, prodit Villoison in Anecd. gr. II. p. 245. Per hanc occasionem nominabo primum codd. nonnullos, in quibus plura Epiphanii scripta sunt coniuncta, vel obiter citantur. Alios singulorum scriptorum codd. deinceps partim singulati memorabo, — partim ad nr. I. — Secundum *Montfaucon*. Bibl. bibliothec. MSS. I. p. 123. A. in B. *Vaticana* Epiph. de religione christiana, id. in Cantica. — in bibl. *Mediol.* Ambros. Epiphanii p. 513. Epiph. de paradiso et alia, it. vitae fragm. — p. 496. in sepulcrum Christi; de mensuris et ponderibus; in die palmarum sermo; opusculum de azymis; in die paschatis sermo; excerpta ex eodem de Graecorum differentiis. — pag. 619. E. in bibl. *Scorial.* regis Hisp. Epiphanii sermones varii, de XII. lapidibus ad Dioscor. Tyrium; de sepultura Christi: (add. *Plæri* itinerar. per Hisp. p. 167.) — p. 697. D. E. bis in bibl. *Sfortiana*, Epiphanii sermo in sepulturam Domini et in Ioseph ab Arimathia, et in descensum ad inferos: — p. 702. C. E. in eadem bibl. Epiph. de signo crucis, quae adparuit Constantino M. et serm. in sepulturam domini (rursus, p. 704. C.) et descensum eius ad inferos, et p. 707. A. in ead. bibl. Epiph. de adventu Christi, et de passione eius auctoritates S. S. — *Mosquæ* num, (vbi alicubi legere me memini,) in bibl. Synod. scripta Epiph. adhuc inedita lateant, alii inquirent. In *Schiadæ* quidem catal. codd. gr. in bibl. synodali pag. 58. generatim memorantur Epiphanii Cypri, Anastasi Sinaitæ et aliorum varia theologica. — In cl. *Matthæi* notitia codd. gr. Mosq. præter orationes quasdam et fragmenta in catenis, nullius scripti inediti Epiph. mentionem reperi. Forsan V. ille doctus in pleniore catalogo quaedam in lucem producet. Harl.

IV. Scripta genuina, quae exstant.

I. *Ancoratus*, tom. II. pag. 1. ἀγκυρωτός veluti ancora quaedam fidei, ἀγκυρώσας δὲ τὸν περὶ τῆς ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐρευνῶντα τῶν ἁγίων, expositio fidei catholicae aduersus *dogmata haereses breuiter asserta*, scriptaque ad Tarsum, Matidium, Numerium, aliosque pres-

presbyteros et monachos, Suedris Pamphyliæ degentes, et ad Palladium ac Seuerium, magistratus, anno Diocletiani XC. Valentis decimo, Gratiani sexto, vt diserte traditur tom. II, pag. 1. et 123. hoc est A. C. 373.^{aa)} Hic liber ab Epiphania dictatus et ab Anatolio quodam, qui pag. 125. nomen suum non dissimulat, calamo exceptus, memoratusque Sozomeno VIII. 15. Graece et latine cum versione et notis *Viti Amerbachii*, et quibusdam Ioh. Chrysostomi Homiliis prodiit Augustae Vindel. 1548. 8. Photius Ancorati meminit, vocatque summam Παναρίων, cod. CXXIII. quae descriptio rectius conuenit ἀνακεφαλαίωση, de qua inferius num. III. Ex capite XII. et XVI. Ancorati excerpta sunt, quae MSta memorat *Lambecius* III. pag. 163. 164. *Fabr.* In edit. Kollar. p. 485. sq. de cod. caes. LXXXIX. nr. 23. Est fragm. ex Panario, et quidem ex refutatione haereseos 78. Antidicomarianitarum adpellatae, de Iosepho, sponso Mariae et de eiusdem liberis ex prima vxore, Salome. Id fragmentum instum, obseruat *Lambecius*, non mediocriter differre ab edit. Epiphania, Paris. 1622. p. 1039. — In cod. caesareo LXXVII. nr. 68. et 69. sunt ex Ancorato c. 12. et 16. excerpta f. explicationes ep. Pauli ad Cor. I. 2. vers. 10. et Matth. XXIV. 36. ac Marci XIII. 32. *Lambec.* III. p. 405. et Kollar. not. In cod. CXXVII. nr. 4. est liber I. Panariorum ita vt librarius in aliud opus Epiphania, ἀνακεφαλαίωση, transiliret, delibatis ex eo Meletianis etc. quod vberius ostendit *Kollar.* in supplm. ad *Lambec.* pag. 738 sq. tum, eodem adnotante, sequitur nr. 6. haeresis Epiphania LVIII. f. LXXVIII. quam *Antidicomarianitarum* ^{bb)} vocat, et nr. 7. haeresis LXVIII. siue LXXX. contra *Massalianos* ^{c)}, quibus coniunguntur *Martyriani*, qui e Graecis sunt, et *Euphemitae* ac *Sataniani*: nr. 13. ac 15. est sylloge variorum quaestitorum, in sacras potissimum litteras, ex Epiphania, Anastasio, Theodoro multisque aliis excerptorum. — Ex Epiphania Panario atque Anchorato et de XII. lapidibus eiusdem sunt loca in Anastasii quaestionibus ac responsionibus etc. in cod. *Coisl.* CXV. et locus e Panario, in cod. CXX. teste *Montfauc.* in *Bibl. Coisl.* p. 188. et 193. — Eodem auctore in diario ital. pag. 365. *Epiphania. de haeresibus.* Florent. in cod. bibl. eccl. annuntiat: — *Florentinae* in bibl. Laurent. in cod. IV. plut. 6. qui continet expositiones sacrorum praeceptorum, Epiphania occurrunt loca plura ἐκ τῶν κατὰ αἰρέσεως τῶν λεγομένων ἀποστολικῶν etc. tum ἐκ τῶν παναρίων et ex libro περὶ πίστεως λόγος. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 98. sq.) — in cod. XII. plut. 6. reperiuntur 1) synopsis Anchorati, 2 et 3) epistolae ad Epiphanium; 4) huius responsum, quod vniuersam fidei doctrinam f. *ancorae* etc. complectitur. In hoc cod. *Ancora* constat CXVIII. capp. quibus *Panarii* pars, tum partes libri de mensuris ac ponderibus, et interpretatio nominum hebraicorum adnectuntur; cum vberimis scholiis margin. praecipue in expositionem fidei, quorum vnum reposuit *Bandin.* libr. mem. I. p. 118. — In cod. XVI. plut. 9. qui *Nili monachi varia* continet, sunt plura ex Ancorato excerpta. (*Bandin.* I. pag. 413.) — et in cod. I. nr. 24. quaedam ex libro I. de haeresibus. (*Band.* I. p. 465.) — In cod. XXI. plut. 59. fragment. operis, *Ancora* f. expositio etc. inscripti; praemissis vita Epiphania et epistolis Matidii etc. ac Palladii ad illum

^{aa)} *Tillemont* l. c. Not. 3. docet, scriptum esse Ancoratum ante 25. Febr. a. 374. *Hari.*

Kezercien etc. tom. III. p. 577. sq. et *Lambec.* VIII. p. 297 sqq.

^{bb)} v. *Walch* Entw. einer vollst. Gefch. der

^{cc)} *Conf. C. G. F. Walch* l. cit. III. p. 481 sqq. 486. 491 sqq. infra vol. IX. p. 392. not. de Photii cod. LII.

lum (*Bandin.* II. p. 538.) denique in cod. VIII. nr. 20. vbi excerpta theologica de Spiritu S. sunt collecta, laudantur quoque loca ex Epiphaniai Ancorato. (*Band.* III. p. 324.) — *Oxon.* in cod. Barocc. CCVI. f. Anastasii quaestion. et respons. sunt loca ex Epiphaniai Ancorato, ex libro de lapidibus in pectorali sacerdotis, et in aliis de CXXII. prophetis et prophetissis, et de XVI. prophetis ac morte ipsorum. — *Parisiis* in bibl. publ. cod. DCCCXXXV. Epiphaniai 1) *Panarii* liber tertius; 2) *Ancoratus*; 3) *Panarii* epitome; 4) lib. de ponderibus et mensuris. — In *Iosephi Mariae Thomasi Institution. theologicis antiquorum patrum* (III. voll. Romae ex typograph. congregat. de propaganda fide, 1709. 1710. 1712. 8.) est in vol. tertio Epiphaniai Ancoratus, brevis expositio fidei catholicae, atque Anacephalaeosis, gr. ac lat. cum variis emendat. quibus Petavii editio erudite castigatur. v. Lips. aet. erud. a. 1714. m. Mart. p. 123 sq. et *Febr.* infra in vol. XIII. p. 749. sq. Summam *Ancoratis*, *Panarii* atque *Anaceph.* fecit *Schroeckh* l. c. pag. 14 — 96. et excerpta dedit *Roesler* in: *Bibl. der Kirchenväter*, tom. VI. pag. 4 sqq. *Harl.*

2. Πανάριον, arcula, siue canistrum plenum remediis aduersus venena haeresium LXXX. αὐτὸ τὸ Πανάριον ἐστ' ἐν κισσῶτιον ἱατρικὸν καὶ θρησκευτικόν, ὅπερ ἐστὶ διὰ βιβλίων τριῶν αἰρέσεων ὁδοῦν, αὐτὴν εἰς θηρίων ἐστ' ἐν ἑρπετῶν ἀνιγμάτων (ἢ δῆγματα.) Sic Epiphanius ipse, titulum operis sui explicans in anacephalaeosi et in epistola ad Acacium et Paulum, presbyteros et archimandritas in regione Carchedonenfis et Beroeae Coeles Syriae, a quibus ad confutandos haereticos inuitatus est anno Diocletiani XCII. Valentiniani et Valentis duodecimo, Gratiani octavo, ^{ad}) hoc est A. C. 375. per epistolam, quam pertulit Marcellus quidam, et quae cum Epiphaniai [P] responsione panario, totum prius volumen in edit. Petav. impleti, praemittitur. Πανάριον vocant Anastasius Sinaita, Photius cod. CXXIV. Suidas: Arethas in Apocalypf. 3. et 6. Πανάριον βιβλίον. Mich. Glycas epist. ad Nilum, monachum, apud Alkat. pag. 29. de purgatorio. Πανάριον Epiphaniai codices et Oecumenius in Epist. Iudae pag. 346. Laudant praeterea hoc aduersus haereses opus plerique veteres, vt Hieronymus et qui ἑρπῶν βιβλίον vocat Theodorus Studita lib. I. epist. 40. Ex Epiphaniaio librum suum de haeresibus excerpfit Io. Damascenus. Igitur et in codice MS. Vindobonensi apud Lambecium VIII. p. 426. "D) Damasceni liber inscribitur τὸ μακάριον Ἐπιφανίῃ Ἐπισκόπῳ Κύπρου

ad) Anno Gratiani nono Valentis decimo tertio, Valentiniani iunioris primo scribere se ait haeres. LXVI. 20. tom. I. p. 658. *Fabr. Pagi* in critic. Baron. ad a. Chr. 375. nr. X. p. 427. tom. V. demonstravit, *Panarium* a. Chr. 374. scriptum esse videri. Vide *Saxii* Onom. I. p. 425. — Conf. *Schroeckh* loco ante laudato, *Bayle* Diction. v. Epiphane p. 43. sq. not. B. et *Sauteti* medull. theologiae patrum p. 549. sqq. ed. *Francf. Harl.*

e) Pag. 898 sqq. cum not. Kollarii. — In cod. *Coisl.* XXXIV. est fol. 190. verso Epiphaniai de haeresibus, i. e. pars ipsius epistolae ad

Acacium et Paulum: sequuntur summaria initio tomorum *Panarii* praefixa, vsque ad haeresim Theodotianorum, quae est 8. libri 2. tom. I. fol. autem 195. *Epiph.* de haeresi Massalianorum sine initio, et eodem folio verso iterum de Massalianis ex Theodoreti H. Eccl. l. IV. cap. 10. Est autem, (vti adnotat et plura de argumento cod. disputat *Montfau.* in *Bibl. Coisl.* pag. 88.) liber de haeresibus a Mich. Lequien aduersus Io. Damasceno, particulas memoratas ex Epiphaniaio et Theodoretio in suum librum ad verbum transfereute. — Pariter Huetius *philosophumena*, quae sub *Origenis* nomine circumferuntur, Epiphaniaio nostro

Κύπερ δ' ἄγχις σύντομος τῶν ἐκτετασθῶν αἵρεσεων πασῶν ἦτοι δογματῶν. Sequitur et Epiphanius Philastrius est, licet non laudet de nomine, ut nec Theodoretus, de quo vide, si placet, *Garnetium* in auctario Operum Theodoreti p. 245. 489. 491. Augustinus vero non videtur Panarium Epiphanii legisse, neque ἀνακεφαλαίωσιν, quam habemus, sed tertium aliquod de haeresibus opus, in sex breves tributum libellos, ut narrat in praef. et haeresi 57. ut adeo de haeresibus illis octoginta in pluribus scriptis suis disseruerit, nisi ἀνακεφαλαίωσιν in sex libellos olim tributam fuisse dicamus, ut Panarium ipsum diuiditur in libros tres, et libri singuli iterum in tomos, primus in tres, ceteri duo in binos, ut septem libri prodeant. Auditorem adloquitur Epiphanius haeresi LXIV. 5. ὅπως γνῶης, ὃ Φιλόκαλε ἀκροατὰ, perinde ut in libro de mensuris ac ponderibus c. 2. ἐπίστασαι τέτο, ὃ ἀκροατὰ. Sic auctor redargutionis schismatis anglicani, ab Hodio editus pag. 30. παρατήρει δὲ καὶ σὺ πάλιν ὃ ἀκροατῆς. Quamquam vero Epiphanius neque in describendis haeresibus ^{ff)} semper satis accuratus est, ut qui leuibus auditiunculis quandoque fidem ^{**)} habuit, atque aduersarios grauat non raro sententiis vel consequutionibus, de quibus fortassis nunquam cogitant, neque in [P] confutandis erroribus semper aequae felix est, nec solidis vbique augmentis militat: ^{gg)} tamen propter quamplurima notata egregie, et multa ex fide dignis hausta monumentis et antiquioribus scriptoribus testimonia atque observationes, merito a viris doctissimis ^{hh)} habitus est quidam antiquitatis ecclesiasticae thesaurus, dignus utique, in quo exponendo eruditus aliquis et iudico pollens vir etiam post Petauium diligentem operam flu-

nostro tribuit. v. supra, vol. VII. p. 228 sq. — Per hanc occasionem alios codd. in quibus *παρά* exstat, omissis iis, quorum mentionem ad nr. 1. iam inieci, paucis commemorabo. — *Venetis* in bibl. D. Marci, cod. CXXV. *Epiph. Panaria*. (cat. codd. gr. Ven. p. 71. Sed, auimadvertente cl. *Villoison*. in *Anecd.* gr. II. p. 244. sq. ille cod. ex quo infinitae eaeque maximi momenti, lectionum varietates erui possunt, non procedit, nisi ad libr. II. c. 2. *Panar.* p. 605. ed. Petau. proinde desunt in illo tres *Panariorum* tomi. — In bibl. *Coislin.* cod. CCCLXIII. fol. 141. *De* *Panariis* *in τῷ περὶ αἵρεσεως λόγῳ*. ibid. locus *in τῷ Ἀπὸ αἵρεσεως* tribuitur Epiphanio; contra in cod. XXXVII. *Athanasio*. v. *Montfauc.* B. *Coislin.* p. 562 sq. — In bibl. caes. *Vindob.* cod. CLXVI. nr. 1. Theodoretus interrogat. et responsionibus etc. intermixtae et subiunctae sunt expositiones Epiphanii ex *Panario* et aliorum. — In *Panario* (tom. I. p. 24. ed. Petau.) agitur de haeresi Samaritarum, et, ut in cod. XL. nr. 16. est anonymi adnotat. historica de origine nominis Samaritarum. v. *Lambec.* VIII. p. 828. — In cat. codd. Angliae etc. II. Londini in *bibl. Stou.* cod. IV. f. nr. 4068. catalogo haereticorum,

excerptisue e multis auctoribus praemissa sunt *Epiphanii* summaria et in cod. I. *Thom. Gale* f. nr. 5835. est *Epiph.* compendium de haeresibus. — *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXXIII. *Panariorum* libri II. — et in cod. DCCCLIII. nr. 17. excerpta ex *panario*. *Harl.*

ff) Melancthon IV. *Epist.* 89. ad *Camerar.* A. 1529. *Attuli a Lango huc Epiphanii graecos libros περὶ αἵρεσεως, qui mihi valde placeant. Pro-pemodum Historiam veteris ecclesiae continent. Ex his decreui excerpere τινες μὲν.* et *Epist.* 90. *ιστορίαι in illo libro sunt multa, et indicantur magis quidem, quam exponuntur eae res, quae alibi non exsunt. Disputatio autem huius auctoris περὶ δογματῶν et languidior est, et illae etiam narrationes non ubique disertae sunt, et alicubi negligentius perscriptae.*

**) D. *Christianus Kortholtius* notis ad *Iustinum*, martyrem p. 41. *Dallaens* de usu *patrum* pag. 272.

gg) *Photius* cod. CXXII. ἀποκρίσεις δὲ *in τῷ περὶ αἵρεσεως* *in τῷ περὶ τῶν διαιρέσεων, αἵρεσεων συλλογῆς.*

hh) *Scaliger.* ad *Euseb.* et in *Scaligeranis*, et *clench. trihaeres.* c. XV. ff. *Casaubonus* etc.

studiumque collocet. De incompta et salebrosa oratione multum Petavius et Dallaeus⁴⁾ con-
queruntur, et iam Photius notavit, τῶν ζημάτων καὶ τῆς συντάξεως τὸ ἰδιῶμα in illo minus
probari. Et tamen Hieronymus c. CXIV. Catalogi et ex eo Suidas scripserunt, Epiphanii
velumina *ab eruditis propter res, a simplicioribus propter verba, lectitari*. In chronologia
fere semper insistere eum vestigiis Eusebii, monet *Petauius* in notis p. 16. non raro tamen
turbare et hallucinari, idem non vno in loco obseruat. Ad haeresin I.I. conferenda *Aegidii*
Bacherii diss. de paschali Iudaeorum cyclo. Locum Haeref. LXXVIII. p. 1039. aliter legi in
MS. Vindobonensi, notauit *Lambecius* III. p. 196. [p. 486 sq. ed. Kollar.]

3. Ἀνακεφαλαίωσις, Panarii *Epitome* ad eosdem presbyteros, Acacium et paulum,
tom. II. p. 126. Videndum diuersusne sit λόγος σύντομος τῶν αἰρέσεων, qui MS. fuit apud
clariss. Galeum, teste Caueo. *Fabr.* — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. bis exstat *Epiphanii*
synopsis haeresew, quarum matres et prototypi quatuor erant, n. βαρεβαρισμός, σκυθισμός,
ἑλλητισμός, ἰουδαϊσμός. v. *Reiser.* cat. pag. 13. et 23, 9. — *Dublino* in B. colleg. S. Trinit.
cod. CXXXVII. f. in catal. codd. Angliae II. 2. p. 24. nr. 278, 36. Anacephalaeosis. Alio
iam ad nr. 1 et 2. atque editionem *Ios. Mar. Thomasi* ad nr. 1. memorauit. *Harl.*

4. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν *liber de ponderibus et mensuris*, tom. II. p. 158. quem
Epiphanii esse genuinum foetum haud dubito, licet leuia et inepta multa in eo deprehendere
sibi visus sit *Latinus* *Latinius* tom. II. Epist. pag. 144. Partem posteriorem a cap. 21. graece
et latine vulgavit *Stephanus le Moine* in Variis sacris tom. I. pag. 470. [P] subiuncta pag. 490.
antiqua versione latina, ante inedita. Ad locum cap. 1. huius libri, quo notas biblicas exponit
Epiphanius, coniecturas meas aliquando proposui D. Mayero, qui eas probari sibi testatus
est in Historia versionis germanicae Bibliorum D. Lutheri p. 210. Locus cap. 4. vbi αἰρῶν
exponitur ἡ τῆς διαθήκης κιβωτός, illustrat verba Anastasii Sinaitae lib. XII. anagogicarum
contemplationum in Hexaëmeron, pag. 26. quem intelligere se negat eruditus interpres. De
operibus illis viginti duobus, quae cap. 21 sq. a Deo condita scribit Epiphanius, quaeque
respondere vult totidem libris veteris Test. litterisque alphabeti, confer *Lambecium* lib. III. pag.
40, 101, et 196. *Fabr.* In cod. *Vindob.* caef. LXXXIX. nr. 19. *Lamb.* III. p. 483. nr. 19. cum
nota Kollarii. — Fragmentum in *Lamb.* comment. III. p. 472. et 477. tum in cod. CCLXXXII.
nr. 5. CCLXXXIII. nr. 10. et vol. VII. p. 533. in cod. CXXXIII. nr. 22. sed ab ed. *Petau.* tom.
II. p. 158. nunc dissentit, adnotante Kollar. ad V. p. 471. B. et ad VII. p. 533. A. in cod.
CXXVII. nr. 3. et 8. opus, at mutilum, legitur, teste *Kollario* in supplem. ad *Lamb.* comm.
p. 399 seq. — *Montfaucon* in *Palaeogr.* gr. p. 365 sqq. copiose agit de notis mensurarum
ac ponderum, et de notis marginalibus librorum; pag. 370 sqq. ex Epiphanio posuit atque
explicuit tabulam notarum pro mensuris et ponderibus. — Breue excerptum de mensuris etc.
in cod. *Laurent.* XXXVIII. nr. 8. plut. 59. teste *Bandin.* cat. codd. gr. II. p. 570. *Paris.* in B.
p. 158. quinque codd. est Epiph. libr. de ponder. etc. v. ind. ad vol. II. cat. codd. v. *Epiph.*
in cod. CXLVI. membran. est catena in Psalmos ex Epiphanio aliisque multis scriptoribus eccles.

L I a

con-

⁴⁾ *Dallaeus* de usu patrum p. 138.

contexta. Praemittuntur inftar prolegomm. 1) *excerpta ex Epiph. de LXX. interpretibus, aliisque variarum versionum auctoribus* et 2) anon. de eodem argumento excerpta. Pariter in cod. Medic. III. plut. VI. qui continet caten. patrum in Psalmos, praemittitur *Epiph. de LXX. interpret. etc.* siue potius epitome eorum, quae Epiph. in libro de ponderibus etc. memoriae prodidit, indice *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 87. Atqui *Montfaucon* tom. I. *Hexaplorum Origenis*, (Parif. 1713. fol.) p. 86 sqq. prolegomen. (in bibl. Bahrdtii edit. tom. I. p. 177 — 182.) ex cod. reg. Parif. CXLVI. ac Vaticano edidit *S. Epiphaniū περὶ τῶν ὁ ἐρμηνευτῶν καὶ τῶν παρερμηνευσάντων, de LXX. interpretibus et de aliis, qui secus interpretati sunt*, epitomen eorum, sed differentem in quibusdam, quae in *Epiphaniū* libro de ponderibus ac mensuris, de eodem argumento leguntur. De *syriaca* epitome narrationis Epiphani. v. *Bruno* in *Eichhornii Repertorio* für bibl. v. morgenländische Litteratur, part. XIV. p. 391 sqq. Conf. *supra*, vol. III. p. 690 sqq. — De *Epiphaniū* narratione cap. 3. 6. 9. 10 et 11. de versione LXX. gr. epistolisque regis Ptol. ad Iudaeos, et de comparata *Aristeae* narratione late differit cl. *Ern. Frid. Car. Rosenmüller* in: *Handbuch für Litteratur der bibl. Kritik und Exegetik*, tom. II. p. 370 sqq. Gotting. 1798. 8. et p. 412 sq. — Add. *Bayle* l. c. *Harl.*

5) *Epistolam ad Iohannem, Hierosolymitanum* (male *CPolitanum* habet *Possevin.*) episcopum, cui arrogantiam, et *Origenis* defensionem exprobrat, latine tantum ex *Hieronymi*, qui illius in epist. CI. ad *Paminach.* meminit, versione tom. II. *Epiphaniū* pag. 312. et inter *Hieronymi Opera* Epist. LX. tom. II. Pro extrema parte huius epistolae laudata in libris *Carolinis* IV. 25. et *Synodo Parif.* p. 335. de imaginibus cap. VII. et a *Tubingenisibus* ad patriarcham *Ieremiam*, qua usus imaginum in ecclesia improbatur, confer, quae differunt *Natalis Alex.* Sec. IV. cap. VI. artic. 28. *Elias du Pin* tom. II. bibl. eccles. p. 297. ac praecipue *Io. Dallaeus* de imaginibus lib. II. cap. 4.

6) *Epistola brevis ad Hieronymum*, qua eius et *Theophili Alex.* zelum aduersus *Origenem* probat. Haec latine legitur inter epistolas *Hieronymi* LXXIII. tom. II. et *Theophili* libris (siue epistolis potius) paschalibus praefigitur in *Haeresiologia* *Heroldi* p. 613. et in bibliothecis patrum: at a *Petauio* omissa est. Apud eundem *Hieronymum* exstat et epistola (66) *Theophili Alex.* ad *Epiphaniū*. *Fabr.* De utraque epistola v. not. *B.* in *Bayle Dict. Epiph.* p. 44. — *Epiphaniū* epist. ad *Hieronym.* est *Oxon.* in cod. XX. bibl. collegii *Balioles.* f. nr. CCCCXXVI. cat. codd. Angl. I. part. II. p. 10. et *Dublini* in cod. VII. 12. (f. nr. 147. cat. cit.) coll. *S. Trinitatis, Parif.* in B. publ. inter codd. latin. in cod. MDCCCXC. nr. 1. *Epiph.* epist. ad *Io. Hierosolym.* et in codd. MMCLXXII. et seq. ep. ad *Hieronymum.* — *Venetiis* in B. *Michael.* teste *Mittarellio* in catal. codd. p. 351. et in aliis epistolarum *Hieron.* codd. atque edd. — In cod. *Coislin.* CCCV. fol. 207. sunt in vna et dimidia pagina quaedam ex *Epiphaniū de Origene*, teste *Montfaucon.* in B. *Coisl.* pag. 421. *Harl.*

7) *Περὶ τῶν δώδεκα λίθων, de gemmis* in veste *Aaronis.* Praeter rem optimus *Caveus* librum de lapidibus inter inedita *Epiphaniū* refert. Nec minus falluntur, qui librum hunc *Epiphaniū* abiudicant. Prodiit cum versione *Iolas Hieronis*, *Tarentini*, *Tiguri* 1582. atque in *Petauii* edit. tom. II. p. 225. tum in *Matthiae Hilleri* libro de duodecim gemmis in pectorali summi pontificis, *Tubing.* 1698. 4. et in syntagmatis eius hermeneuticis 1711. 4. qui obser-

observationes suas et Salmasii (ex Plinianis eius exercitatt. ad Solinum) addidit. Id. p. 110. [P] notat, de gemmis ante Epiphanium scripsisse Theophrastum Eresium, Dioclem, Iubam, Mauritaniae regem, Xenocratem Ephesium, Sudinem, Metrodorum Scepsium, Satyrum, Aiaceum Plislonicem, Demonstratum, Zenothemin, Sotacum, Callistratum, Ismeniam Olympicum, Archelaum, qui in Cappadocia regnavit, Horum, Democritum, Zoroastrem, Zachariam Babylonium et alterum Xenocratem. Conferendus etiam *Ed. Bernhardus* notis ad Iosephum pag. 180. seq. et *Io. Braunius* lib. II. de vestitu sacerdotum Hebr. cap. VIII. seq. In omnibus his editionibus omissa est *Epiphanii Epistola ad Diodorum Tarsensem*, cui librum consecrauit, quae latine exstat apud Facundum lib. IV. c. III. tom. II. Opp. Sirmondi p. 517. Hieronymus epist. CXXVIII. de vestitu sacerdotum ad Fabiolam tom. III. p. 42. *Sufficiat, quod et sanctus papa, Epiphanius, egregium super hoc* (de gemmis duodecim, quid vnaquaeque valeat, et quomodo virtutibus singulae comparentur,) *volumen edidit, quod si legere volueris, plenissimam scientiam consequeris.* *Arethas* ad Apocalypf. IV. 3. de lapide sardio: λέγει γὰρ ὁ μέγας Ἐπιφάνιος ἰατρῶν οὐδὲν ἄλλο etc. Epitomen ediderat *Conradus Gesnerus* cum corollario, in collectione scriptorum, qui de rebus fossilibus egerunt, Tiguri 1566. [1565.] 8. atque ex alio codice MS. cum *Francisci Turriani* versione Petavii tom. II. p. 233. Illa ipsa Epitome sub Epiphanii nomine tota legitur in Anastasii Sinaitae quaestionibus, quaestione XL. *Fabr.* Genuinum et integrum Epiphanii esse dicitur opusc. quod, in antiqua lat. versione repertum, ex cod. Vaticano, in calce tamen haud integro, prodit huius sententiae: *Epiphani. de XII. gemmis rationalis summi sacerdotis Hebraeorum liber ad Diodorum. Prodit nunc primum ex antiqua versione latina. Opera et studio P. Francisci Foggini, qui et notas adiecit,* Romae, ap. Zempel. 1743. 4. In praefat. enarratur historia huius opusculi et auctorum, qui gemmas illas descripserunt. Idem contra Fabricium negat, epitomen, ab Anastasio Sinaita editam, et ipsius Epiphanii commentat. vnam esse eandemque, libellum vero a Gesnero editum ipsum quoque non nisi prolixiorum epitomen operis esse censet p. XVI. f. Conf. ephem. litt. Lips. a. 1745. p. 347. et Gotting. ephem. litter. a. 1745. p. 409 sq. In manibus habeo editionem suae collectionem illam plurium scriptorum, inscriptam: „De omni rerum fossilium genere, gemmis, lapidibus, metallis et huiusmodi libri aliquot, plerique nunc primum editi. Opera *Conradi Gesneri*. Quorum catalogum sequens folium continet. Tiguri, excudebat Iac. Gesnerus anno M.D.LXV. (1565.)“ 8. Insunt autem opuscula sequentia, quorum quodlibet peculiarem habet inscriptionem: 1) *Io. Kentmanni*, Dresdensis medici, nomenclaturae rerum fossilium, quae in Misnia praecipue — inveniuntur. 2) eiusdem calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera XII. etc. 3) de metallicis rebus ac nominibus, obsf. variae ex schedis *Ge. Fabricii*. 4) *Senerini Goebellii*, medici, de succino libri II. — cum corollario *Conr. Gesneri*. 5) *Valerii Cordi* de Halosantho, seu spermate Ceti cum corollario *Conr. Gesneri*. 6) *S. Epiphanii, episcopi Cypri, de duodecim gemmis, quae erant in veste Aaronis, liber graecus et latinus, Iola Hierotarantino interprete, cum corollario C. Gesneri*. 7) *Fr. Ruei*, medici Insulani, de gemmis aliquot, iis praesertim, quarum D. Ioannes in Apocalypsi meminit et aliis — libri II. 8) *Conr. Gesneri* de rerum fossilium, lapidum et gemmarum maxime, figg. et similitudinibus liber cum iconibus plurimis. — *Epiphanii* liber in titulo peculiari excusus dicitur Tiguri M. D. LXVI. (1566.) In epistola nuncupatoria scripsit Gesner, se exemplar instum accepisse a Gaspare a Nydbruck, Ferdinandi

Romanorum et Maximiliani Bohemiae regum a consiliis, et marginibus suas, quae frequentes sunt, adiecisse emendationes, ex coniectura enatas. *Codd.* notitiam addere iuvat. Duo *Vaticanos* indicat *Montfauc.* in B. biblioth. MSS. I. p. 13. D. et p. 33. D. nr. 921. et in alium *Vatic.* in bibl. reginae Christinae, pag. 64. D. et p. 88. C. — tum p. 169. A. *Roman.* in B. patrum S. Basil. *Epiphani* *op. ad Diodorum*, gr. (conf. quoque *Montfauc.* in diario ital. p. 215.) — Idem tom. II. p. 1199. B. codicem in *Pelliserii*, in bibl. Abbatiae S. Petri de Selincurte dioec. Ambianensis nominat. — *Venetis* inter *codd.* Nanianos in cod. CXXXII. in collect. sententiarum e S. S. et patribus p. 77. adfertur explicatio omnium XII. lapillorum ex ipso Epiphanio: — in cod. CCXCVII. nr. 5. p. 75. *Epiph.* de XII. lapillis. v. catal. *codd.* Nan. gr. pag. 307. et 499. — *Ibid.* in bibl. *D. Marti*, cod. CCCXCVIII. de duodecim lapidibus et signis, in cat. *codd.* gr. Marc. p. 261. indicatur; sed cl. *Villoison* in *Anecd.* gr. II. p. 246. animadvertit, in illo cod. nihil aliud reperiri, nisi quaedam excerpta ex illo libro. — *Oxon.* in B. Bodlei. seq. catal. *codd.* Angliae etc. I. in *codd.* *Barocc.* CXXIX. CXXXI. sed mutilus ibi est liber, CCVI. et inter *codd.* *Th. Roe*, nr. CCLXIII. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. CCXIII. nr. 13. — in cod. XXV. nr. 8. teste *Lambec.* comment. IV. p. 89. et V. p. 269. sq. — *Paris.* in bibl. publ. exstant in octo *codd.* v. ind. cat. *Par.* II. v. *Epiph.* — *Epitome* in cod. regio *Matrit.* CX. indice *Iriarto* in cat. *codd.* gr. pag. 436. — Inter *codd.* *Eparchi* nr. 7. *Epiph.* ad *Diodorum*, Tyri episcopum, de XII. lapidibus; de eadem compendiosior tractatio; eiusdem Epiphani aliae quaestiones: v. *Fabr.* B. Gr. X. p. 479. vet. ed. *Harl.*

V. Scripta perdit.

8) *Epistolae* ¹⁴⁾ quamplurimae, ut quas Hieronymus *Apolog.* 2. in *Rufinum* p. 165. ait, se Epiphanio ad fugillationem Rufini dictasse, et una brevis in laudem S. *Hilarionis*, eremitaе, A. C. 371. defuncti, de qua idem Hieronymus in prologo vitae *Hilarionis*: *Quamquam S. Epiphanius, Salaminae Cypri episcopus, qui cum Hilarione plurimum versatus est, laudem eius breui epistola scripserit, quae vulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare virtutes.* *Fabr.* Ex epistola ad monachos (de abstinentia a cibo) *Florentiae*, in cod. *Laur. Medic.* VI. nr. 7. plut. 86. cum *Danascono* de eodem argumento. (*Bandin.* cat. *codd.* gr. *Med.* III. pag. 295.) In cod. *Paris.* bibl. publ. MMDCXXXI. nr. 6. *Epiph.* nescio, quis? de epistolico caractere. *Harl.*

[P] 9) *In Hexaëmeron.* Anastasius Sinaita lib. VII. in *Hexaem.* inter eos, qui historiam creationis Mosaicam expositione litterali interpretati sunt, laudat τὸν λόγον καὶ ἔργον τρισμυκά-

¹⁴⁾ Praeter epistolam, Panario praenissam, ad Paulum et Acacium, exstat etiam *Epiphani* epistola, quam in Arabiam misit aduersus Antidico Marianitas haeresi LXXVIII. 2. sq. et haec est, quam respicit LXXIX. 1. Sic haeresi XLII. 11. sqq. inseruit librum suum, corruptionibus Marcionis

in Luca et Apostolo oppositum, quem Sixtus Senensis perperam existimauit ab auctore inscriptum fuisse *panimentum*, quum Epiphanius tom. I. p. 310. tantum dicat, ex pluribus suis aduersus Marcionem observationibus ἰδιώται τι συντάξαι se collegisse.

μανάριον Ἐπιφάνιον. *Fabr.* Vide supra, ad nr. 5. de aliis Epiphaniis. Aut est ne pars libelli *Epiphanii* Constant. de mensuris et de ponderibus? (part. II. p. 178. ed. Paris. Petau.) Atque separatim scripta exstat in cod. *Vindobon.* LXXXIX. nr. 19. *Epiphanii* Cypri recensio viginti duorum operum Hexaëmeri creationis mundi. v. *Lambec.* comm. III. p. 483. ibique Kollarii notam *A.* — item in cod. CLXXXV. *Barocc.* bibl. Bodl. et Epiphanius in Hexaëmeron, *arabice*, ibid. nr. 8511. inter codd. Rob. Huntington. *Harl.*

10) Λόγος εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. *Andreas Caesar.* in Apocalypf. I. p. 7. Videtur enim diuersum vtique notare sermonem ab iis, quae ex Ancorato Epiphanii Haeresi 74. contra Pneumatomachos differuntur, quoniam, quae Andreas ex illo λόγῳ de hymno Scraphico adfert, ibi non inuenio.

11) Κατὰ τῶν εἰκόνων σύγγραμματα, *Scriptum aduersus imagines*, quod memorat, sed tamquam Epiphanio suppositum reiecit *Theodorus Studites* in antirrhetico secundo tom. V. Opp. Sirmondi p. 130. licet dubitare possis, num singulare scriptum Epiphanii ibi innuat Theodorus, et non locum, quo imagines improbat in panario, haeresi LXXIX. disputans aduersus Collyridianos. quem Epiphanio insertum et adulterinum esse contendit *Io. Damascenus* Orat. 2. de imaginibus et *Jeremias Patriarcha* ad Tubingenses pag. 246. confutatus a Tubingenensibus p. 335. vel locum alterum, a patribus quarti concilii CPol. adlatum ex *Epistola ad Theodosium, imp.*, qui exstat in septima synodo siue Nicaena secunda Act. 6. sectione V. et quem itidem suppositum esse clamarunt Nicaeni tom. III. Binii p. 653. 654. quos refellit *Dallacus* de imaginibus p. 212 sqq. Eodem synodi septimae loco λόγοι οἱ κατὰ τῶν εἰκόνων et βιβλοὶ Epiphanio suppositae memorantur, quae mox λογιδία et ψευδήγορα κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων συγγράμματα adpellant, et paucissima eorum exemplaria exstare testantur, cum cetera Epiphanii scripta per vniuersum orbem terrarum celebratissima sint, εἰς πᾶσαν τὴν οἰκμένην διαβιβάζονται. Multa certe scripsisse Epiphanium et in extrema senectute etiam varia audisse opera, testis in Catalogo cap. 114. *Hieronymus*.

VI. Dubia, vel quas iuniori cuidam Epiphanio tribuenda videntur.

12) Περὶ τῶν προφητῶν, πῶς ἐκειμήθησαν καὶ πῶς κέινται. T. II. p. 235. *De Prophetarumque obitu et sepultura*, liber plenus incertis [?] et parum credibilibus narrationibus. Incipit a Nathane, et desinit in Ioanne, baptista. Ediderat adiuncta versione *Albanus Torinus* Basil. 1529. 4. apud Cratandrum, cum Nazianzeni carmine de miraculis, per euangelistas narratis, atque Hieronymo, Sophronio et Gennadio de scriptoribus eccles. [v. *Maittaire* A. T. II. p. 716. et cat. B. Leid. p. 40. bis, cum Voss. W. L. ex codd.] Hinc cum commentario *Iacob. Fabricius*, Schlenking. 1612. 4. vir, indignus, qui ob vnam notatam alteramque hallucinationem tam putido et acerbo Petauii fastu praef. ad tom. II. Epiphanii exciperetur. Petauius MSS. regius emendauit et capita quaedam, insigniter discrepantia, graece adiecit ex codice Augustano: plurimum enim in hoc scripto invicem abeunt libri, manu exarati, vt de *Vindobon-*

bonensibus notauit *Lambecius* III. pag. 197 sqq. ¹⁾ V. p. 280. Non dubitant viri docti, esse Epiphania suppositum, ac pleraque sunilia leguntur in Pseudo *Dorotheo*. (quem graece et latine recudi feci Hamb. 1714-8.) et in Chronico Paschali, quod Alexandrinum vulgo vocant. Confer *Papebrochium* tom. III. Maii, p. 49. *Hustium* Demonstrat. euangel. proposit. IV. vbi de prophetis disputat, et *Cangium* ad Chronicon Paschale pag. 504. 505. *Cotelerium* ad Constitut. Apostol. IV. 6. vbi ex MS. regio edidit breue scholion Epiphania de *LXXII. prophetis et decem prophetissis*.

13) Φυσιολογας, διεκάλωτον περὶ τῆς ἀνάστασις τοῦ σώματος τῶν θνητῶν τε καὶ τῶν περὶ αὐτῶν. *Physiologus de natura ferarum, et volucrum*, tom. II. pag. 189 cum notis et versione D. *Consalvi Ponce de Leon*, Hispalensis, qui ediderat Rom. 1587. 4. recusum Antwerp. 1588. 8. addito sermone in festum palmarum: Et minore forma Rom. 1601. Habuit eundem libellum MS. *Gesnerus*; sed ampliorē, capitibus 39. distinctum, quum in vulgatis tantum sint capita 25. Vide eius praef. ad librum Epiphania de germis. Citat etiam in opere de animalibus passim ut de quadruped. p. 955. *Rhinoccephalus cervicem habet equinam, cum uniuerso corpore, flammis ore eructat, quibus homines percutiunt.* *Physiologus auctor obscurus.* Consalus ipse, tribus MSS. vsus, vno Sirleti; altero Francisci Turriani et tertio Panormitano, testatur, se undecim capita omisisse ob insanabiles deprauationes. Videtur auctor huius libri antiquior esse Epiphania, nam citatur ab Origene Homil. 17. in Genes. XLIX. et Rufino de benedict. patriarch. In decreto Gelasiano de libris apocryphis §. 65. memoratur liber *Physiologus*, qui ab haereticis conscriptus est et B. *Ambrosii* nomine praesignatus, *Apocryphus*. Forte auctor decreti vidit veterem libri illius versionem latinam, *Ambrosii* nomine praenotatam. Fabr. Addam codd. notitiam: Est vero *Physiologus* *Vindobonae* in B. caes. codd. CCCXX. nr. 6. (in quo graeca est inscriptio: τῷ Ἐπιφάνει ἐκ τῷ Ἀριστοτέλει, Φυσιολογὸς τῶν ζώων, et *Lambec.* comm. V. p. 591 sqq. ex eodem titulo manifeste adparet iudicat, per *Physiologum* non esse intelligendum alium, ac *Aristotelem*, cuius etiam munus exstant de historia, de partibus et de generatio-

ne

14) Seu pag. 487. ed. Kollar. In illo cod. inscriptio est: περὶ τῶν ἐξ καὶ δέκα προφητῶν, (n. ab Hosea vsque ad Danielelem,) καὶ πέντε ἡσαν, καὶ πῦν ἱεροσολιτῶν. In adpendice quaedam narrantur de prophetis, *Elia* et *Eliseo*. Praeter ea est in bibl. *Modlei*. cod. Barocc. CCVI. *Epiph.* de 72 prophetis et prophetissis, item de XVI. prophetis horumque morte. In eod. cod. exstat *Dorotheus*, Tyri episcopus, de LXX. discipulis et de XII. apostolis: tum XII. apostolorum patria et parentes. — Inter codd. *Vossian.* in catal. codd. Angliae etc. H. p. 58. nr. 2135. est *Dorotheus* siue alius quis de vita et scriptis discipulorum Christi: ac nr. 2707. *Epiph.* de prophetarum vitis, cum variis lectt. — *Florentiae* in B. Laurent. cod. VI. nr. 8 — 10. plut. 4. est *Epiph.* 1) de LXXII. prophetis et prophetissis: (edidit *Coteler.* in no-

tis ad libr. IV. constit. apost. p. 1220.) 2) de XVI. prophetis: pag. 252. narrationi de *Ieremia*, qui in ordine XIV. est, subnectuntur *paralipomenae Ieremiae prophetae*: 3) de *Elia*. (v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 525.) — In cod. *Coisl.* CXX. *Epiph.* de prophetis et prophetissis: et in eod. CCLVIII. de LXX. prophetis ac prophetissis. (v. *Moussanc.* bibl. Coisl. pag. 194. et 804.) — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CCCXCXVIII. de LXXII. prophetis et X. prophetissis; ac de XVI. prophetis, vnde fuerint, et vbi sint mortui — *Paris.* in B. publ. inter codd. latinos, cod. IVMDCCCCLXXXVI. nr. 2. *Epiph.* liber de vitis prophetarum, interprete, (vt ait auctor catal. vol. IV. p. 13.) vt videtur, *Theodoro*, et nr. 4. opusc. de vit. prophetarum. Add. supra vol. VII. p. 452. sq. de *Dorotheo*. *Harl.*

no animalium, etc.) — in cod. XXIV. nr. 6. (*Lamb.* VI. part. II. p. 273.) — atque in cod. LV. cum vetustis imaginibus pictis. (*Lamb.* VII. pag. 215. qui et Kollar. ad primum cod. observant, codd. illorum auxilio novam Physiologi edit. posse multo emendatiorem adognari.) *Augustae Vindelic.* teste *Reisero* in cat. pag. 40. — *Venetis* in cod. Nanian. CCLVII. quem valde differre ab edit. Consali Poncii, late docet Mingarellius in cat. codd. Nan. p. 449. et subiicit, se opus eiusdem argumenti instum vidisse in bibl. canonicor. ecclesiae cathedr. *Viterbii*. — In cod. *Barocc.* XCV. — in codd. *Parif.* bibl. publ. DCCCXXXIV. — MMXXVII. — MMDIX. — *Physiologus Syrus*, seu historia animalium XXXII. in S. S. memoratorum, *syriace* e cod. bibl. Vaticanae nunc primum edidit, vertit et illustravit *Ol. Gerh. Tychsen.* Rostoch. 1795. in. 8. Descriptiones illorum animalium miram habent similitudinem cum iis, quae in Physiologo Epiphani, in spuria Hieronymi epistola ad Praesidium et in comment. Eustathii in Hexaëmeron reperiuntur: ita tamen, vt singulae differant, et videantur omnes illi scriptores ex antiquiore, ab Origene iam memorato, opere, ὁ Φυσιολογος, qui a Syro et Epiphanio saepe citatur hoc nomine, hausisse. Syrus tamen plenior confecit epitomen; quin ille XXXII. animalia, Epiphanius XXI. Pseudo Hieronymus XIV. tantum persequerentur. Num vero Syrus Physiologum ipsum excerpterit, an, quia Syrus ab initio mancus est, graeca verterit excerpta, definiri nequit. Conf. *ephem. litter.* Gotting. a. 1796. p. 736 sqq. Quae Lambecii fuerit sententia, paullo ante indicauimus.

14) [P] *Δόγμ. sermones sive homiliae XIII.*

- a. *ἐκ τῶν βαλῶν ἐν τῶν παλινῶν.* tom. II. pag. 251. cum versione et scholiis *D. Consali Poncii*, qui cum Physiologo ediderat e codice bibl. Antonii Carassae, Rom. 1587. 4. Antw. 1588. 8. Incipit: χαίρει σφίδρα θύγατερ Σιών. *Fabr.* Infra, in vol. IX. pag. 129. inter Sequitur elogia et vitas. — *Florentiae* in bibl. Laurent. in cod. XXVI. nr. 36. plut. 7. et XV. nr. 4. plut. 11. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 286. et 511.) — *Parif.* in bibl. publ. codd. DCCLXXI. — DCCCCLXXIX. et MCLXXIII. — Inter codd. *Selden.* in bibl. Bodleian. nr. MMCCCXC VII. 7. — Inter arabicos codd. sunt *Parif.* Epiphani homiliae, arabice versae, in cod. LXIII. de dominica in albis, et de Sabbato S. — cod. LXXIII. 1. de sepultura Domini, et cod. CLI. 5. de Hosanna siue palmarum die, (v. cat. codd. *Parif.* I. p. 106. 107. et 118.) *Hawl.*

- B. *ἐκ τῆς θεόσωμον ταφῆς.* In diuini corporis sepulturam, et Iosephum ab Arimathaea et Domini ad inferna descensum. tom. II. p. 259. Incipit: τὶ τῆτο; σήμερον. Cum versione *Stanislag Phoenicis*, ex editione, quae viderat lucem Satholcii 1604. A. auctoris Simonis Simonidis, regni Poloniae cancellarii, cum notulis Dominici Neapolitani, Ord. minorum. Recitatur haec homilia magno sabbato in ecclesiis Grae-

15) Inscriptio edita haec est: *Σ. Epiphani, ἐπισκοπὸς Κυπρί, ὁρᾷ ἐν τῇ ταφῇ τοῦ σώματος τοῦ κυρίου.* Nunc primum in lucem edita ex bibl. Simonidis (gr. 26. lat.) Sargolci. — Mart. Lenscius, typogr. academ. excud. 1604. 4. sam.

Vol. VIII.

que vbiq. recessit, de auctore interpretatione, *Stanislag Phoenici*, et de editore, *Simone Simonidis*, et de *Dominico Neapolitano*, quae ad tradidit, adfirmans vero, se *Domin.* Neapolitanum in hunc finem, ut quae prius non expresserant, exem-

M in

Graecorum, Rufforumque. *Fabr.* Hinc etiam translata est in linguam Slaucanā, et graece in infinitis paene codicibus seruata. *Paris.* in bibl. publ. exstat in XXX. codicibus, (qui in vol. II. cat. codd. *Paris.* passim memorantur.) — In cod. *Coislin.* CXXI. 52. — cod. CCLXXXIV. fol. 305. — cod. CCXCVI. fol. 47. verso, (fol. autem 13. esse dicitur *Epiphani presbyteri monachi de vita S. Deiparae.*) — in cod. CCCI. fol. 1. breue fragmentum. — in cod. CCCIV. 35. v. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* p. 197. 402. 413. 416. et 419. — *Venetis* in bibl. *Marc.* cod. DLXXIV. tres a *Fabrio* laudatae: — in eodd. *Naniasis* LXIII. 34. — LXXIII. 6. — et CXIX. 34. v. *Mingarelli* cat. codd. *Nanian.* p. 104. 148. et 248. — *Florent.* in bibl. *Laurent.* cod. XXVI. 44. et cod. XXII. 13. v. *Bandini* catal. etc. I. p. 286. et 426. — *Taurini* in bibl. reg. (secundum cat. gr. *Taur.* p. 168. 218. 373. et 252.) in eodd. LXX. fol. 391. — CXV. fol. 199. — CCLXX. fol. 27. et in cod. CCLXVII. sunt excerpta varii generis ex *Epiph.* aliisque. — cod. CLXV. fol. 166. est *Epiph.* homilia in diem palmarum. — Secundum cat. codd. *Angliae* etc. in eodd. *Barocc.* CXXXV. — CXLVII. — CXCVII. — CXCIX. et CCXLI. — in bibl. *Bodlei.* class. VI. nr. 2500. sunt *Epiph.* Cyprii homil. in adiunctionem B. *Mariae* et in sepulturam atque resurrectionem *Christi*. — *Oxon.* in bibl. coll. *Trinitatis* nr. MCMLXXXIX. hom. in sepulturam *Christi* et ad inferos descensum. — In tomo II. inter eodd. *Th. Gale* nr. MMMMMMLVII. inter eodd. *Ge. Wheleri*, nr. MMMMMMMMMMXCIV. — *Monachii* in bibl. elect. *Bauar.* eodd. LXIV. et CXIV. in quo etiam homil. in Ioseph. ab *Arimathia*. (cat. eodd. gr. p. 19. et 44.) — *Augustae Viud.* hom. de sepultura *Christi* eiusque descensu ad inferos. (*Reiser.* cat. p. 23.) — Eadem binae in cod. *Vindob.* CXVI. 14. et prior in cod. CLI. 22. — in sepulturam *Christi* et Ioseph. ab *Arimath.* in cod. XXXII. 24. *Lambec.* comm. IV. p. 163. p. 296. VIII. p. 747.) — *Mosquae* in bibl. synod. v. *Matthaei* notit. eodd. *Mosq.* p. 7. αβ. adde supra, ad IV. nr. 1. *Harl.*

γ. εἰς τὴν ἀγίαν τῆ Χριστοῦ ἀνάστασιν, in sanctam *CHRISTI* resurrectionem. tom. II. p. 276. Incipit: τῆς δικαιοσύνης τριήμερος ἡλός.

δ. εἰς τὴν ἀνάληψιν τῆ Κυρίε ἡμῶν. Ἰησοῦ Χριστοῦ, de assumptione D. N. *Christi*. Incip. Κόσμος σώματος. tom. II. p. 285. cum versione *Theodori Peltani*, qui vulgauerat inter homilias XVII. *Theologorum*, *Ingolstad.* 1579. 8.

ε. ἐγκώμιον εἰς τὴν ἀγίαν Θεοτόκον, de laudibus S. *Mariae Deiparae*. tom. II. p. 291. cum versione *Ioannis Pici*, canonici B. *Mariae* *Parisi.* ex edit. *Parisi.* 1565. 8. ad calcem *Epistolarum* S. *Ignatii*. Haec homilia graece occurrit etiam MS. in bibl. *Bodleiana*

exemplaribus, *Io. Don. Ianozki* in: Nachr. von den in der hochgräf. Zaluskischen Bibl. sich befindenden raren polnisch. Büchern, tom. V. pag. 217. sqq. *Harl.*

α) Inscriptio, teste *Moutaire* A. T. III. p.

735. haec est: *Epiphani*, episc. *Constantiae*, *Eusebii* et *Chrysippi*, presbyteror. *Hierosolym.* Sermones aliquot de laudibus *Mariae*: gr. et lat. *Io. Pico* interprete. *Parisi.* ap. vid. *Guil. Morelii*. 1565. 8. *Harl.*

leiana cod. Baroco. CLXXIV. [it. in cod. *Coislin.* CCLXXIV. cum multis aliorum sermonibus, eiusdem argumenti. — In cod. quondam *Vffenbach.* VIII. nr. 23. *Epiph.* de vita S. Mariae; ea tamen sumta esse ex Epiphani haereti LXXXVIII. p. 1039 sqq. et in compendium missa, adnotat *I. H. Maius* in bibl. *Vffenbach.* MSSa part. II. p. 432. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CECXCV. et MCLXXIII. — v. etiam ad. orat. β. indicata in scripta. Praeter ea sunt in cod. *Paris.* DCCCXVI. *Epiph.* homiliae de anima; de vanitate vitae; in fine saeculi; in omnes martyres; in natalem praecursoris et in Ioannem, euangelistam. *Hart.*] Latine legitur in Bibliothecis Patrum *Paris.* 1575. 1589. ex interpr. Io. Ricci, et apud Surium 8. Dec. Incipit: τὰς ἐπιλαμπύρας μαρμαρυγὰς.

5. *περὶ βασιῶν, de festo palmarum,* fragmentum. Incipit: ὁ ὑπ' ἀγγέλων ἀσιγήτως ἀνυμνῶμενος tom. II. p. 301.

6. *περὶ πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας Τριῆδος, de fide, S. Trinitate, et mysteriis numerorum, ternarii, senarii et septenarii.* tom. II. p. 304. Incipit: πρὸς ἐς, ταῖς δὲ καὶ εἰς Θεοῦ, πρᾶγμα ἀφελῶσθαι.

7. *In sanctam CHRISTI resurrectionem,* tom. II. p. 310. Latine tantum, ex versione *Gerardi Vossii,* Tugenssis, qui edidit Rom. 1685. 12. Incipit: mortuorum huius exultat.

[P] Has homilias viri docti ad iuniorum quendam Epiphanium Cyprium referendas esse existimant, licet *Combesius* in Bibliotheca Consonatoria contendat, quasdam illarum, ut tertiam in S. resurrectionem, antiqui illius Constantiensis aetati non male congruere.

In *Petavi editione desiderantur.*

15) Fragmentum breue Epiphani *eis το κατὰ Ιωάννη,* ex Catena Mazariniana ad *Exod.* XVI. 25. Graece vulgavit idem *Combesius* Auctar. nouiss. tom. I. p. 300.

16) *Apophthegmata* septendecim graece et latine edita a *Cotelerio* inter *Apophthegmata Patrum* p. 426 - 430. tom. I. monument.

17) *Miraculum S. Eucharistiae* e codice bibl. Palatinae, versum a *Petro de Monte,* episcopo Bressensi siue Brixlensi, et sub Epiphani nostri nomine latine editum Rom. 1523. Caeterum *Theophilus Raynaudus* S. I. qui recudi curauit A. 1640. cum copiosis suis animadversionibus in diss. de apparitionibus in Eucharistiae sacramento, recusa A. 1665. tom. VI. Opp. pag. 382. et longe iunioris esse Epiphani ostendit p. 389 sqq. inter alia etiam ex eo, quod *Paulus secundus* refertur multisse corpus suum flagellis: quae imbonitas, inquit, ante aeuum *Petri Damiani,* qui saeculo undecimo floruit, in nullis anachoretarum vel monachorum asperitima quaeque confectionum gestis notata a me est.

18) *In cantilenam canticorum,* *Cassiodori* libr. I. diuinar. inst. cap. 5. Post quos, (*Origenem, Hieronymum, Rufinum*) *Epiphanius, antistes Cyprius, totum librum* (Cantici canticorum) graeco sermone vno volumine sub breuitate complexus est. Hunc nos, ut alios in latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum, Epiphanium, fecimus, domino iuuante,

iuvante, transferri. Adnotat Io. Grevius, commentarium illum esse non Epiphanii, sed Philonis, quem Carpas in Cypri insula Epiphanius episcopum ordinavit, et graece cum versione, a Cassiodoro memorata, exstisse apud Emericum Rigotium. Fabr. Ego vero nolo repeteri, quae iam supra in vol. IV. 751 sqq. in hanc rem disputata sunt: et de editione Giacomelli, qui sub Philonis nomine, gr. ac lat. illum commentar. e prelo exire iussit Romae 1772. 4 scitu necessaria adlata. add. Krohni cat. p. 91. nr. 35 et 36. Contra sub nomine Epiphanii computari in canticum canticorum propositum nunc primum ex antiqua versione latina opera et studio Petri Franc. Foggini. Romae typ. Paccasini 1759. 4. In praef. historia libri exponitur. — Antea sub Philonis quoque nomine prodijt interpretatio in canticum cantic. lat. ex interpretatione Steph. Salutati. Paris. Christ. Wechel. 1537. 8. — Paris. in bibl. publica. cod. MMMXCII. nr. 2. Epiphanii expositio in Canticum canticorum ex cod. aliquo descripta in cod. Vatic. v. supra. ad IV. nr. 1. Aulianus Gazi, archimandrita et sacerdos Graecorum etc. Viennae Austr. vidit 1796. Constantinopoli ap. Ioasaph Hieromonachum, postea metropolitam Anchiali, graecum cod. mss. Epiphanii eis τὸ ὄνομα τῶν ἀποστόλων in 4. In catena Nicephori p. 15. numeratur inter 70 ἐκκλησιαστικὰ, teste Altero in Lips. A. L. Anz. a. 1800. nr. 165. p. 1624. Harl.

VII. *Inedita.*

19) *Expositio in Nahum, prophetam graece MS. in bibl. regis christianiss. teste Labbeo p. 79. bibl. nouae MSS. [f. cod. MCDEVIII. innt. in cat. codd. Paris. II. p. 325.]*

20) *In Psalmis quaedam, et κατὰ διευκρίτους ψαλμῶν MS. habuit Theophilus Galeus, teste Caueo. Fabr. Adde infra, lib. V. c. 17. de catenis patrum, vol. VII. p. 749. et in alios libros sacros p. 736. 775. 781. 788. 790. ed. vet. Vniuersum in patrum catenis in varios V. ac N. T. libros alique collectionibus Epiphanii loca saepe citantur. Vel ex Montfaucon. biblioth. Coislin. multa possunt colligi. Venet. in bibl. Michael. Epiph. excerpta in euang. S. Matthaei, in cod. CXX. qui catenam graecam continet, teste Mistarellio in Bibl. codd. S. Michaelis, p. 351. — et sic in aliis variarum bibliothec. codd. — Add. Io. Fabric. in historia bibl. suae, tom. VI. pag. 150 sqq. — sed temporis ratio et breuitatis studium, vberiore non permittit expositionem. Vid. quoque Matthaei Notit. codd. Mssquens. p. 29. — In cod. Syriaco V. Paris. inesse dicuntur nonnullae in version. libror. IV. Regum ac Daniel syriacam obseruationes, quarum auctores esse feruntur Iulianus, Pamphili et Epiphanius. v. catal. codd. Paris. tom. I. pag. 51. Harl.*

21) *πρὸς τῶν ὁγών Ἀποστόλων καὶ ἑκάστος ἐκείνης, ut SS. apostolorum, ubi quisque eorum praedicauit, mortuus et sepultus est, vti varia exstant sub nominibus Dorothei, Hippolyti, Sophronii, Athanasii, ita etiam sub Epiphanii nomine ferunt in codice Regis Gallicarum MMCMII. p. 233. Vnde profert nonnulla Coislinus ad Constitut. Apostol. VII. 46. vocans indiculum ἀνέκδοτον Pseudo-Epiphanii de apostolis. [v. ad nr. 12.]*

22) [P] *Liber de ortu diuino, Hebediesu catalogo librorum chaldaeorum nr. 42.*

Epipha-

anum detulit, qui per imperatorem, Theodosium iuniorem, prohibitus dioecesi sua excedere, absens damnatus fuit in synodo *λυσίτην* Ephesina a. C. 449. ^{rr}) Sed in Chalcedonenſi ſynodo iterum deinde poſt damnatum, quod aegre fecit, Neſtorium, abſolutus et ſedi ſuae reſtitutus eſt a. C. 451. damnata tamen Theodoriti aduerſus Cyrillum ſcripta, ob quae ipſe paſſim a Graecis accenſetur haereticis cum Origene et, quem in caeleſt. Hiſtoriae laudat, Theodoro Mopſueſtino etc. damnatusque eſt cum tribus capitulis in ſynodo V. CPol. a. C. 553. [v. collect. concilior. Harduin. tom. III. p. 498 ſqq.] Habetur etiam a multis Theodoretus poſt Theodorum Mopſueſtenum ſons erroris, quo eccleſia graeca a latinis ſciſſa eſt de Spiritu S. a Patre ſolo ^{ss}) procedente. Nam Epiplianius, Cyrillus et alii haud obſcure etiam a Filio eundem procedere docuerunt, quorum teſtimonia collegit Iohannes Beccus. ^{tt}) Poſt Concilium Chalcedonenſe vixiſſe adhuc annos circiter decem, ex Gennadio et Chronico Marcellini Labbeus colligit. Sed non ultra annum 457. vitam produxiſſe, Tillemontio adſentior. [Adſentitur quoque Schulze l. c. p. 27. et Oudin. p. 1064. Theodoretum mortem a. 458. maliſſe adſerere.]

Operum Theodoretī, edit. Graecolatinae Sirmondianae ^{uu})
Tomus I.

1. Εἰς τὰ ἀποκὰ τῆς θείας γεαφῆς κατ' ἐκλογὴν. *Quaeſtiones in Pentateuchum, Iſuaeque librum et Iudicum*, ſcriptae circa a. C. 453. precibus Hypatii, quem *φιλτάτον καὶ ἐραſμωτάτον πατέρα* adpellat. Graece edidit Io. Pitus claſſium inquiſitoriarum ſenatus Pariſienſis praefes, ex vno mendoso Aſulani codice, in quo primam et poſtremam quaefſtionem ait ſe e Catena Oecumenii ſuppleviſſe. Paris. 1558. 4. ^{vv}) Latine, eodem Pico interprete, ibid. 1563. quae verſio exſtat et in latinis operum Theodoretī editionibus et a Sirmondo ſervata eſt, qui e codice regio longe meliori plura reſtituit, et praefationem, antea ineditam, primus cum verſione ſua praemiſit. Fabr. In edit. Schulz. tom. I. part. II. ſunt ea, quae Fabric. nr. 1. 2. 3. et 4. nominavit, ſcripta. Sed Schulz. in praef. ad tom. V. 1. pag. VI. ſq. iis adcedit, qui exiſtimant, quaefſtiones Theod. in Oclateuchum alioſque hiſtoricos V. T. libros, ex parte admodum longas, non vbiuis autem ſatis cohaerentes, eſſe conflatas ex minoribus ſcholiis ad hunc illumque locum illuſtrandum, ab illo compoſitis. — Praefidia

^{rr}) Confer. Petrum de Marca VII. 8. de Conſideratione Sacerdotii et imperii, et Hieronymum de ſynodo V. cap. XL. [Oudin. l. c. p. 1052. ſq. Schulze in vita etc. p. 22 ſqq.]

^{ss}) Garnerius auſario Theodoriti pag. 194. R. Pearsonius ad Symbolum apoſtolicum pag. 57. 60. edit. latinae. Io. Forbeſius inſtr. hiſtor. theolog. lib. V. cap. VI. Allatus in Vindictis Synodi Ephesine et Cyrilli de proceſſione Spiritus S. ex patre et filio.

^{tt}) Beccus de proceſſione Spiritus S. in Allatii Graecia orthodoxa.

^{uu}) Iac. Sirmondus S. I. annorum LXXXIII. ſtaex, Frontois etiam Ducae adiutus laboribus inſignem operum Theodoriti editionem dedit. Paris. 1642. fol. quatuor volum. Vide Sarrauii epistolae pag. 54. edit. primae, et epistolae ad calcem epistolae S. Clementis Romani, editae a Colomesia pag. 234. [V. Not. p. 277.]

^{vv}) Conf. Hamberger Z. N. III. p. 188. graeca tantum edit. ſuae verſione lat. nominatur etiam in cat. bibl. Barberrinae II. p. 452. Leidens. p. 72. Harl.

antem librorum scriptorum, quibus Schulze instructus ad tomum I. et restituendum atque locupletandum accessit, et quae in praefat. pag. XVI. seqq. diligenter enumeravit, fuerunt quatuor codd. bibl. *Augustanae*, quorum primus continet Theodoretum comment. in Octateuchum; tres alii spectant ad comment. in Psalmos. Primus illorum membr., isque praestantior reliquis, comprehendit integrum in Psalmos; alter chartae, definit in medio comment. ad Psalmum XCIV. tertius, membr. complectitur catenam in Psalmos ex Asterio, Basilio, Cyrillo, Didymo, Eusebio et Theodora collectam a Psalmo IX. 16. usque ad finem Psalmi L. Quum vero in edit. *Io. Pii* mere graeca pariter atque in cod. augustano nonnullae quaestiones in librum Iudicum et comment. in libri Ruth deessent; Schulze diu de defectum quodammodo supplevit ex illis; quae *Dav. Hoefsch.* suis ad Photium notis p. 53. sq. le cod. quodam *banarico* inferenda curavit¹⁰⁰. Ad libros Paralipomenon in fine huius partis accesserunt variae lectiones, ex praestantissimo cod. *Coislin.* VIII. collectae. (De hoc cod. qui continet libros IV. Regum cum commentariis variorum scriptor. ecclesiast. et libros Paralipomenon, Tobiae et Iudith aliaque, multus est *Montfaucon.* in bibl. Coislin. p. 43 — 57. atque p. 50. dedit specimen varr. lect. Paralipomenon et p. 44. obseruat, in comment. ad libros Regum plura adferri Theodoretum, etiam ex libro tertio eiusdem contra *Monichaeos*.) Ex codd. denique Medic. Laurentianis opera Bandinii accepit Schulze et inseruit, quae pertinent ad Psalm. V — XXXV. tum ad Psalm. LXXVII. scholion, (quod iam *Bandin.* in cat. codd. Medic. I. p. 35. primus publicarat ex cod. XIV. siue amplissima in Psalmos catena, quae ab editis valde differt et vberissimum praebet spicilegium) et in notis p. 1409. ad Psalm. CXII. 9. Quibus aliisque subsidiis quomodo usus sit Schulze, in praefat. vberius declarat. In *catenis* autem in libros divinos Theodoretum nomen excerptaque, quum in tanta esset auctoritate, eaque dignus, saepenumero splendescere et servari, non est, quod miremur. v. infra in recensione catenarum h. vol. (vet. ed.) p. 736. 759. 764. sqq. 787. 788. 790. Atque, nisi circumscriptus essem limitibus, multos codd. *Coislin.* *Vindobon.* *Anglicos* aliosque, qui eiusmodi catenas aut Niconis aliorumque collectiones aut interpretati. canticorum Moyses aliorumque divinarum scriptorum continent, possem laudare. In *Macarii Chrysostophali Podovici* (quam late recenset *Villoison*, *Anecd. gr.* II. p. 4. sqq.) sunt plura excerpta ex Theodor. commentar. quae curate indicat *Villoison* h. c. pag. 71. — Codicum tamen mssorum quorundam, in quibus vel comment. in libros, nr. 1 — 4 nominatos, vel plura opera vel longiora excerpta comprehenduntur, notitiam adnexere iuvat. Secundum igitur *Montfaucon.* in bibl. bibliothecar. MSS. eiusmodi scripta Theodoretum custodiuntur in bibl. *Sfortiana*, solutiones dubitation. in Pentateuch. Moysi, lib. Iosuae et Iudices, et alia scripta, ad Nestorii haeresin spectantia. (tom. I. p. 705. D.) ibid. expositio in omnes Psalmos. (tom. I. p. 705. D.) — in bibl. *Guil. Peliserii*, Theodor. opera multa. (II. p. 1198. D.) — comm. in Psalmos, *Florent.* bibl. monasterii Benedictin. B. Mariae, (I. p. 414. E. add. *Montf.* diar. ital. p. 363.) — *Romae*, bis in bibl. patrum S. Basilii. (I. p. 196. A. et p. 198. D. add. *Montf.* diar. ital. p. 215.) — *Venetis*, plura scripta. (I. p. 476. D. et p. 477. A. B.) — *Nyapoli* in bibl. regia, comm. in Psalmos, in codd. *Exc.* VIII. *exc.* VIII. In cod. *Bavar.* XX. secund. catal. codd. gr. pag. 6. sunt Theodoret. in V. libr. Moysi, Iudicum, Ruth, Regum, Paralipom. eiusdem diff. sed mutila, de edd. LXX. interpret. *Aquilae*, Theodotionis, Symmachi, Luciani etc. *Harl.*

CXCVIII. et CXCIX. — in cod. CCV. quaestiones in libr. Moſis, Iofuae, Iudicum, Ruth, Regum et Paralipom. — Ibid. in bibl. Auguſtinenſ. S. Ioan ad Carbon. cod. X. Collectanea Anaſtaſii Sinaitae, Baſilii, *Theodoreti* etc. — *Florentiae* in bibl. Laurent. Medic. teſte *Bandinio* in cat. codd. gr. etc. cod. XXIX. 1. plut. 5. *Θεοδορετι* — in dubia quaedam ſelecta S. S. ſed codex deſinit in ſecunda interrogatione *εἰς τὴν Πουθ'* (tom. I. p. 54.) — in cod. V. nr. 5. plut. 6. quaestiones in Genefin, initio et ſine mutilae. (I. p. 102.) — Quaestiones quaedam cum ſuis ſolutionibus *aduerſus Iudaeos*, quos quia deſunt in edit. Sirmondi, *Bandin.* I. p. 110 ſqq. ex illo cod. publici iuris fecit. In cod. cod. ſunt, (quae *Bandin.* p. 112 ſqq. partim recensuit, partim vulgavit graece, aut, quomodo differant ab editis, paucis indicauit.) nr. 11. *Theodoreti*, (de Bandini coniectura,) breues inſtitutiones apagogicae in ſanctos viros, qui ante legem claruerunt. nr. 12. inſtitutio moralis de iis, quae ad ſummum ſacerdotem pertinent. nr. 13 — 26. quaestiones in Octateuchum cum ſolutionibus. — In cod. at minus integro, XIX. plut. 6. quaestiones in aliquot libros Octateuchi in IV. Regum, et II. Paralipom. adiunctis nonnullis aliorum patrum fragmentis. (I. p. 136 ſqq.) — In cod. V. plut. 11. expositio in Pſalmos. (I. p. 501.) — In cod. XIII. nr. 13 — 21. plut. 59. excerpta ex quaestionibus in Leuiticum, Numeros, Deuteron. Iofuam, Iudices et Ruth. (II. p. 519 ſqq.) — In cod. XXX. nr. 5. leguntur quaestiones multae cum reſponſionibus, ad res ſacras pertinentes, quas *Bandin.* II. p. 477. ſuſpicatur excerptas eſſe ex *Theodoreti* quaestionib. in Pentateuchum etc.

Venetis in bibl. D. Marci XV. Octateuchus, cum catena ſ. collectione commentariorum ex *Theodoreto* aliisque patribus. — cod. XVI. catena in libros Regum ex *Theodor.* aliisque congeſta: tum Paralipomena. praefixis *Theodoreti* quaestionibus. — cod. XVII. Pſalterium cum ampliffima margin. catena ex *Theodoreto* aliisque. — codd. XIX. et XX. *Theodor.* commentarius in Pſalmos. v. catal. codd. gr. Marc. p. 18 ſqq. — Ibid. inter codd. *Nanianos*, in cod. XXX. 3. *Theod.* quaestiones in Genefin; ſed multa deſunt. — in cod. XXVI. comm. in Octateuchum, Reges, Paralipom. Danielem, Ioelem, Abdiam, Mich. Nahum, Sophoniam et Haggaeum. — in cod. XXXVII. 2. *Theodor.* interpretatio Pſalmor. v. catal. codd. gr. *Nanian.* p. 39. 32. et 46. — *Mutinae* in bibl. archiepiſcopi Graecorum, *Theodoreti* *προδωγες* in Pſalmos, et quaestiones ſuae *ἀποφα* S. S. (*Montſauc.* in diario ital. pag. 46.) — *Taurini* in bibl. regia cod. CV. *Theodor.* prooemium et comm. in Pſalmos. v. cat. codd. gr. p. 213. *Paris.* in bibl. publica, fragmenta commentarior. in V. T. codd. V. CXXVIII. CXXXIII. CXLIII. et CXLVI. — Comment. in Pſalmos, in codd. DCCCXLIII. et duobus ſqq. atque cod. MLI. — In codd. *Coislinianis* (omiffa eorum, quorum iam ſupra meminimus; codd. atque catenarum, quae plures ſunt in bibl. Coisl. ſecundum *Montſauc.* commemoratione,) cod. CCLI. *Theodor.* inſcripturam; praemittuntur indices quaestion. et comment. in libros IV. Regum, nec non in libros II. Paralipomenon. (p. 303.) — in cod. CCCIX. varia excerpta in Anaſtaſii Sinaitae monachi reſponſionibus ad quaestiones orthodoxorum de variis capitibus. (p. 305.) — in cod. CCCV. qui continet *Georgii* chronicon, ſunt fol. 94. ex *Theodoreto* quaedam de Roboamo, et fol. 115. ac 260 ſqq. alia plura. (p. 420 ſqq.) — in cod. XVI. quaestiones in V. T. et reſponſiones ex *Theodoreto* aliisque — in codd. LXXX. et LXXXI. *Theodor.* comm. in Pſalmos cum ſcholiis margin. aliorum (p. 137.) — in codd. CLXXXVII. et CLXXXIX. Pſalterium cum comment. ſcholiisque *Theodoreti* aliorumque (p. 244.)

Vindobonae in bibl. caesarea, tum in multis msst. e. gr. cod. IV. cod. XLVII. in vol. III. comm. Lambec. p. 35 sqq. vbi v. Kollarii notam., p. 179. vol. V. p. 135 sqq. quibus insunt *zatoe* ae in libros sacros quarum notitiam vberiorein reddere h. l. non vacat, tum in aliis codd. — Ex comment. Lambec. h. l. paucis memorabimus notatu dignos codd. In vol. I. p. 770. ex indice quodam Kollar. in suppl. nr. XXXII. cod. membr. in 4. vltra 700. ann. opp. *Theodoret.* — In cod. CXLVI. 2. excerpta ex *Theodoreti*, Origenis aliorumque expositionibus in V. T. et nr. 33. excerpta ex Theod. aliorumque operibus (Lambec. IV. p. 256. vbi conf. Kollarii notam, et p. 264.) — in cod. CLXIV. nr. I. *Theodor.* quaestiones in Pentateuchum, cum prooemio ad Hypatium in libr. Iosua, et Iudicum cum antiquis anonymi gr. adnotatt. margin. ac nr. 6. interpretatio compendiararia variarum V. et N. T. quaestionum ex *Theodoreto* aliisque. (Lamb. IV. p. 362 sqq. et 364 sqq.) — in cod. CLXV. 1. *Theodor.* quaestiones quaedam in Genesin et in cod. CLXVI. 1. eiusdem interrogatt. et responsiones de variis S. S. locis difficultibus, intermixtis et subiunctis aliorum veterum patrum expositionibus. (Lamb. IV. p. 370. et 387.) — in cod. CCXXX. plura *Theod.* excerpta in Leonis Magistri epitome expositionis patrum varr. in Pentateuchum, libros Iosuae, Iudicum, Regum et Ruth. (Lamb. V. p. 133 sqq.) in cod. CCXXXV. 17. *Theodor.* quaestiones in Genes. cum prooemio ad Hypatium; in hoc tamen cod. (vti quoque in cod. *Cromwelli* bibl. Bodl. CCXCIV, 17.) opus adtribuitur *Cyrillo Alexandrino*. (Lamb. V. p. 173.) — in cod. CCXLIV. 4. excerpta ex *Theodoreto* aliisque, (ib. p. 235.) — in cod. CCLI. in anonymi locis communibus de interpretatt. diuinorum praecceptorum Domini ex patrum opp. collectis et in cod. CCLXXXIII. 2. in anonymi excerptis miscellan. (Lamb. V. p. 324 sqq. et p. 474.) — *Theod.* comment. in Psalmos sunt in codd. X. XIV. et XV. in catena in Psalm. (Lamb. III. p. 54 sqq. et 64 sqq. coll. notis Kollarii. add. Kollar. ad p. 71. et 137.) — in codd. CLXVII. addito *Theodor.* aliorumque comm. in varia V. et N. T. cantica et CLXVIII. expositio integra in omnes Psalmos. (Lamb. IV. p. 392 sqq.) — Ex *Theod.* aliorumque patrum scriptis collecta expositio Psalmi CIII. (Lamb. IV. p. 457.)

Secundum catal. codd. Angliae etc. in cod. *Barocc.* LXXVI. ex *Theodor.* aliorumque scriptis quaestiones super Genesin. — in cod. CXXIII. *Theod.* quaestiones in Octateuchum, eiusdem in Ruth. — *Dublino* in bibl. collegii S. Trinitat. nr. DVI. 9. *Theod.* quaestio 65. in Genesin. — Psalterium cum praef. *Theodoreti* etc. in cod. *Barocc.* XV. — *Theod.* in Psalmos in bibl. Bodl. cod. *Laud.* nr. DCCX. — inter codd. *Th. Rot.* nr. CCL. *Theod.* praef. ad expositionem Psalmi V. — inter codd. *Bodlei.* nr. MCMLXXXII. Psalterium cum catena et *Theodor.* progr. ad historiam Psalmorum. — *Oxoniae* nr. MMCXXXI. inter codd. bibl. collegii Mar. Magdal. expositio Psalmorum. male adscribitur *Euthymio*, quum reuera sit *Theodoreti*. — In codd. *Escorial.* *Theod.* praemeditatio in Psalmos; (*Plüer* in itin. per Hisp. p. 191.) — *Mosquae* in bibl. synod. *Theod.* comm. in Psalmos, bis, teste *Schiada* in catal. codd. gr. bibl. synod. p. 30. et 37. Sed haec sufficiant! add. infra, vol. IX. de Photio, p. 447. cod. CCIV. — Notae msst. in *Theodor.* inter codd. Bonau. Vulcanii, *Leidae*, in bibl. publ. cuius cat. vid. p. 348. fin. *Harl.*

2. *Tres quaestiones in librum Iudicum et unam in libellum Ruth*, a Pico praetermissam, primus e codice Bauarico graece vulgavit *David Hoefschelius* ad Photii Bibliothecam p. 952. sqq. Hisce suam versionem Sirmondus adiecit.

3. *Quae-*

3. *Quaestiones in libros Samuelis, Regum, Paralipomenon*, graece primum editae Sirmondo e codice regio, addita *Gentiani Herveti* versione, quae in latinis Theodoretii editionibus saepius prodiiit. Quaestione VI. in I. Samuel. habetur fragmentum praefixo nomine Διδώμεν. Sic quaestione XX. in Genesin Origenis et Diodori et Theodori Mopsuesteni de anima sententiae afferuntur, ut appareat, haec ab aliis addita fortasse e Catenis. Nam in codice regio illa, teste Sirmondo, non exstant. Memorat et Photius laudatque merito cod. CCIV. Theodoretii ἐξήγησιν εἰς τὰ ἄπορα τῆς ὀκτατεύχης, εἰς τὰ τῶν βασιλειῶν (notum est, libros Samuelis et Regum pariter sub hoc titulo comprehendendi) καὶ εἰς τὰ παραλειπόμενα. Meminit et Nicephorus XIV. 54.

4. *In omnes Psalmos Commentarius* inter annos 433. et 445. absolutus, et Chrysostomi vestigiis frequenter insistent, inter cuius opera [P] etiam expositiones quorundam Psalmorum, quae Theodoretii sunt, leguntur. Meminit huius operis praeter *Nicephorum* XIV. 54. Theodoritus quaest. 43. in libb. Regum et ipse Epist. 82. Latine vertit *Antonius Caraffa* Patau. 1564. 4. Graece primus Sirmondus cum Caraffae interpretatione exhibuit. Alia e Catenis collecta a Garnerio, ut dicam infra, ubi Auctarium eius recensebo. *Fabr.* Hunc commentarium. gr. et quidem cum scholiis reperiri in bibl. August. Vindel. testatur *Wolfg. Seberus* in sua ad Psalmos poenitentiales commentarii, a. 1629. editi, praefatione. *Heum.* In *Reiseri* indice MSSr. bibl. Aug. commemorantur p. 21. tres codd. *Theodoretii* interpr. 1) Psalmorum L. priorum, 2) in idem Psalterium, 3) interpret. Psalmorum κατὰ λέξιν. conf. *Schulze* praef. ad tom. I. p. XVI. et in vita Theodoretii p. 32. sqq. — Scholia in psalterium in Opp. Basilii a Riueto habentur pro cinno commentar. Chrysostomi et Theodoretii, adnotante *Io. Fabricio* in hist. biblioth. suae I. p. 104. *Harl.*

5. *Commentarius in Canticum Canticorum* ad Ioannem episcopum Antioch. circa A. 425. scriptus. Hunc praeter *Gabium* Rom. 1563. [1562. in bibl. Leid. p. 72.] fol. latine vertit *Franciscus Zinus* Rom. 1563. fol. Venet. 1574. 4. ex codice MS. Maximi Nili et Pselli notationes interspersas habente. Graeca primus Sirmondus cum Zini versione in lucem edidit. In Canticum scripsisse se Theodoritus praef. in Psalmos testatur, et ex hoc commentario, Theodoretii laudato nomine, adfert quaedam *Pelagius* II. siue Gregorius Magnus, et ad ea, quae Garnerius et Caueus huic scripto obiiciunt, ut alterius illud demonstrarent auctoris esse, respondit *du Pin* tom. IV. Bibl. scriptorum eccles. p. 91. *Fabr.* Conf. suppl. tom. II. act. erudit. p. 418 sqq. a. 1696. In utramque partem disputat, nec tamen definit, quamquam in illam partem, quae Theodoro vindicat opus, inclinare videtur, *Oudin.* l. c. col. 1072. sqq. Genuinam libri indolem contra Caueum et Garnerium late defendit *Schulze* in vita Theodoretii p. 34 sqq. Ille comm. in Schulze edit. occupat primum locum tom. II. p. 1 — 164. *Schulze* autem vsus est cod. *Augustano* chart. in 4. ex antiquiore descripto, vna cum interpret. *Maximi, Nili et Pselli*, v. praef. ad tom. II. p. VII. — Teste *Reisero* p. 36. catal. est quoque in bibl. *Augustana* cod. qui continet *Procopii*, sophistae christiani, epitomen expositionum in canticum canticorum e Gregorio Nysseno, *Theodoro* aliisque. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. CLXIX. *Theod.* comm. in cant. cantic. vna cum expositione canticum cantic. ex *Gregorii Nysseni, Nili et Maximi* commentariis collecta, et cum *Mich. Pselli* comm. in canticum

ticum cantic. Illos autem commentarios in hoc cod. eodem ordine et modo collocatos esse, et sibi inuicem permixtos, ut in editione Opp. Theodoretī latīna, Colon. 1567. fol. tomo I. pag. 357 — 447. animaduertit *Lambec. comm. IV. p. 396* sqq. — In bibl. *Sfortiana* Theod. in cantica cantic. v. *Montfauc. bibl. biblioth. MSS. I. p. 703. C. Harl.*

Tomus II.

6. *Commentariorum in Esaiam*, quorum in praefatione ad Psalms et Epist. LXXXII. et CXIII. Theodoretus meminit, et qui nusquam reperiuntur, *iacturam*, inquit Sirmondus, aliqua ex parte ut resarciremus, ex Catenis delibauimus, quae quidem quum medullam hand dubie omnium, quae in Esaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quamquam huius potius iam dudum, ni fallor, apud Graecos ipsos interit: quippe qui ad iacturae solatium excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romae et Parisiis videre nos meminimus, sed quae ultra XV. Esaiæ caput non procedebant. Haec e Catenis excerpta cum versione sua Sirmondus exhibet, in quibus nonnulla Theodori Mopsuesteni^{xx} esse, cuius nomen cum Theodoro subinde confunditur, non absurde Caueus coniicit. *Fabr. In edit. Schulzii tom. II. pag. 165. — 402.* qui in praefat. pag. IV. sqq. recenset codd. quibus usus est ad emendandum comm. in prophetas textum. Huc pertinet cod. *Augustanus* membr. saec. IX. vel X. bonae omnino notae, qui continet prophetas minores et maiores, cum comm. Theodor. et alia. Ieremiam excipiunt lib. Baruch, in cod. inscripto *Ἱερεμίας Βαροὺχ*, Threni et epistola Ieremiae etc. (In *Reiseri* cat. p. 6. fin. sic citatur: Prophetæ maiores et minores, cum periochis Hesychii, presbyteri Hierosolymitani, Theodoretī, Polychronii, et fragmento Chrysostomi in Susannen). — In catenis in Esaiam in cod. VIII. *Florent.* plut. V. quem copiose recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 17. sqq. (v. quoque ad nr. 9.) tum in cod. XXV. *Veneto* (v. cat. codd. Ven. D. Marci, p. 22.) — Romae in cod. membr. saec. XII. bibl. Chigigianae, Theod. in Esaiam, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 237. — in codd. *Sfortianis* tribus et bibl. *Barberinae* cod. (*Montfauc. bibl. bibl. MSS. I. pag. 703. E. et A. et p. 175. C.*) — *Taurini* in bibl. reg. cod. IX. saec. IX. lacinae multae comment. in XII. min. prophet. v. cat. codd. gr. Taur. p. 74. et p. 75. confector dedit specimen nitidissimi characteris litt. maior. et interpungendi rationis. — in cod. CXCII. *Coislin.* teste *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 245. — in codd. *Vindobon.* caesar. XXVII. minus integro, et LXXII. indice *Lambec.* in comm. III. pag. 107. et 345. — in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* in itiner. cit. p. 191. — *Mosquae* in bibl. synod. codd. XXIV. bis, et XXV. v. *Matthaei.* notit. codd. Mosquens. p. 35. et 36. — in *Schiadae* cat. codd. Mosq. p. 47. nominantur Theodoretī commentaria in prophetas. *Harl.*

7. *Commentarius in Ieremiam, Baruch, et Threnos* latine versus a Iohanne Pico, Paris. 1564. et cum eius interpretatione graece primum a Sirmondo vulgatus. *Fabr. In ed. Schulz. tom. II. p. 403. — 668.* Contulit *Schulz.* praeter cod. antea memor. Augustanum, etiam cod. chart. *Bauar.* complectentem Theod. in Ieremiam, Baruchum, Threnos, Ezechiel.

et

xx) Et de coniectura Schulzii de vita Theod. p. 38. *Eusebii, Caesariensis. Harl.*

et Danielelem, cui praestantissimo cod. ille plurimas debet textus emendationes. — Tum reperitur ille commentar. *Venetis* in bibl. Marc. cod. LXXXVII. *Theod.* interpr. in Ierem. (cat. codd. gr. p. 60.) — *Vindobonae* in cod. CXX. comm. in Ierem. Baruch. et Threnos, conflatus ex tribus Origenis, Chrysostomi et *Theodoreti* expositionibus, et in XII. tomos sectiones diuisa: sequitur *Theodor.* expositio in Danielelem, in X. sectiones diuisa: de quo cod. multus est *Lambec.* comm. IV. p. 178. sqq. — Add. de Barucho supra, vol. III. p. 734. sq. *Harl.*

8. *Commentarius in Ezechielem*, graece primum editus a Sirmondo cum versione *Io. Baptistae Gabii*, Veronenfis, quae primum prodierat Romae 1563. fol. *Fabr.* In *Schulz.* ed. tom. II. part. II. pag. 969 — 1052. Contulit *Schulze* codd. Augustanum et Bauar. laudatos. — In bibl. *Coislin.* cod. XVII. f. catena in Ezechiel. ex *Theodoreto* aliisque contexta et cum prologo *Theodoreti*: plura de eo cod. scripsit *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* pag. 61. sq. — Codicis *Bauar.* XXI. argumentum in cat. codd. gr. p. 6. sic indicatur: „*Theodoreti* in Ezechielem prophetam tom. XVI. catena in Hieremiam proph. ex *Chrysostomo*, *Theodoreto* etc. in XII. tom. distincta. *Theodor.* in Danielelem.“ — *Vindobonae* in cod. bibl. caesar. CLXX. *Theod.* comm. in Ezechielem (*Lambec.* IV. p. 398. sq.) — *Mediolani* in bibl. Ambros. *Theod.* in Ezech. cod. membr. saec. X. et in duodecim prophetas, cod. recens. Sic citat *Montfauc.* in diar. ital. p. 13. et in bibl. biblioth. MSS. I. p. 528. D. sed p. 504. E. alium eiusd. bibl. *Ambros.* commemorat: „*Theod.* in Ezechielem, pergam. de curatione morborum grauiorum. — Oraciones XII. — in XII. prophetas minores. Lexicon collectum ex eius scriptis, bomb.“ — in cod. *Sfortiano*, *Theodor.* in Ezechielem et Daniel. teste *Montfauc.* l. c. I. p. 703. E. — *Florent.* in cod. Laurent. III. plut. XI. in Ezech. et Danielelem, et curation. graec. adfectionum: operi praecedunt versiculi in laudem *Theodoreti*, quos gr. ac lat. edidit *Bandin.* in cat. codd. gr. I. p. 498. sq. et p. 499. sqq. vberius recensuit cod. IV. catenam in XII. minores et IV. maiores prophetas cum *Theodoreti* aliorumque commentariis, scholiis atque hypothesibus. *Harl.*

[F] 9. *In Danielelem, prophetam.* Meminit *Theodoretus* ipse praef. in Psalmos et epistola LXXXII. et *Photius* cod. CGIII. *Nicephorus* quoque, XIV. 54. in sedecim prophetas scripsisse nostrum testatus. Quod vero ad tempus adinet, in Danielelem prius *Theodoretus* scripsit, circa a. C. 426. hinc in Ezechielem, postea in duodecim prophetas, inde in Esaiam, denique in Ieremiam, Baruchum ac Threnos. Commentarium in Danielelem vertit idem *Gabius*, Rom. 1563. fol. Graeca Sirmondus primus addidit. *Fabr.* In ed. *Schulz.* II. part. II. p. 1053 — 1304. codd. Augustano aliisque nonnullis ad sect. superiores nominatis, add. cod. *Venet.* Iustinian. indice *Montfauc.* in diario ital. p. 434. et *Paris.* bibl. publ. cod. MXLIX. *Harl.*

10. *In XII. prophetas.* Meminit *Photius* cod. CCV. et *Nicephorus* ac *Theodoretus* ipse Iobaiam laudatis. Primus graece edidit Sirmondus cum versione *Petri Gillii*, Albiensis, quae primum lucem viderat Parif. apud Henr. Stephanum, aum. et Lugduni apud Gryphum 1533. 8. *Fabr.* In *Schulzii* ed. tom. II. part. II. pag. 1305. — 1694. Ad textum emendandum

usus est Schulze cod. August. lectionibusque cod. *Florentini* (in *Bandinii* cat. codd. Laurent. I. p. 499.) et cod. *Coisl.* de quo v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 303. Praeterea in cod. *Bavar.* XVII. *Theodor.* in Hoseam. — in cod. CX. *Coisl.* qui continet vitas Sctorum, m. Oct. sunt quoque *Theodor.* prologus in XII. prophetas; hypothesis libri XII. proph. Hoseae, tum Ioëlis cum comment. in Ioëlem v. *Montfauc.* l. c. 184 sq. add. p. 186. sq. de codd. CXII. et CXIII. — Com. in prophet. min. in codd. bibl. *Paris.* publicae DCCCXLI. — DCCCXLVI. et duobus seqq. acc. cod. DCCCXLVIII. duae praefatt. alia, in qua indicantur tempora, quibus singuli prophetae vixerunt; alia in prophetas, sed diuersa ab ea, quam edidit Sirmondus. Sequuntur ecce pta ex Theodor. comm. in Iesaiam, diuersa quoque ab iis, quae Sirmondus foras dedit — MXLIX. — in cod. MCCCCXLIX. nr. 5. de Malachiae vita et in eius prophetiam Theodor. commentar. — et in cod. MCDLVIII. nr. 2. comm. in prophet. Habacuc. ac nr. 27. in Aggaeum prophet. Particula commentarii esse videtur, de *Zacharia, propheta*, in cod. MCDLII. nr. 11. — *Vindobon.* in cod. caesar. XIV. nr. 28. expositio in Michaeam, proph. v. *Lambec.* comm. VIII. p. 274. sq. — *Basileae* in bibl. publ. cod. *Theodor.* exegetis in XII. proph. min. eiusd. scripta contra Cyrillum, Alexandr. et historia ecclesiast. (*Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 615. A.) — In bibl. *Bodlei.* nr. MMCMXLI. in XII. min. proph. — *Oxon.* nr. MCMLXXXIX. initium commentariorum, contra in omnes XII. proph. *Dublin.* nr. DCCLIV. sec. catal. codd. Angliae etc. — In Hoseam, in cod. *Escorial.* v. *Plüer.* l. c. *Harl.*

Tomus III.

II. *Commentarii in XIV. epistolas Pauli*, in quibus Chrysostomum frequenter sequitur et sensum pariter connexionemque sententiarum exquiri. Post concilium Ephesinum nec ante a. C. 432. scripti videntur. Latine vertit *Gentianus Heruetus*, Florent. 1552. 8. Graeca primus in lucem protulit Sirmondus. Commentariorum in Apostolum meminit *Nicephorus XIV.* 54. et *Theodorus* ipse epist. LXXXII. et CXIII. *Fabr.* In ed. Schulziana tomum III. cuius partem priorem complent Theod. comm. in epist. Paullinas, curauit cel. *Noësselt*, cui ad textum restituendum profuerunt codd. *Augustanus* (in quo est catena, v. *Rtiser.* cat. p. 6.) et *Bavaricus*, (cod. XIX. in cat. codd. *Bavar.* p. 5.) atque ed. *Herueti* latina et collatio quarundam catenarum; de quibus ille in praef. intelligenter disserit. — *Vindob.* in cod. XLVI. nr. 1. in memorabili catena etc. in ep. Paulli ad Romanos, et nr. 2. Theodoreti interpret. I. epist. Paulli ad Corinthios. v. *Lambec.* comm. cum nota Kollarii, III. p. 174. sq. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. 3. sqq. plut. VIII. *Theodoreti* hypotheses et excerptae interpretatt. epp. Paullinarum in catena patrum etc. — in cod. X. plut. IX. hypoth. cum ipso commentario Theodoreti in Nicetae catena in plures epp. Paullinas. — Similiter in aliis catenis in codd. IV. VI. VII. et XIX. plut. X. et alibi. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. pag. 362. sqq. 404. sq. 472. sqq. 486. —

Venetis in bibl. diui Marci cod. XXXVI. comm. in epp. Paullin. — *Iidem Romae* in bibl. Chiggiana. v. *Montfauc.* diar. ital. p. 237. — sec. eiusd. bibl. bibl. MSS. in bibl. monast. Vincent. *Besancon.* II. p. 1194. D. et *Romae* in bibl. Barber. I. p. 173. D. — *Paris.* in bibl. publica, cod. CCXVII. in quo tamen maxima pars comment. in ep. ad Timotheum desideratur,

et

et DCCCXLIX. — in bibl. *Coisl.* cod. XXVIII. et XXX. it. CCIV. CCXXIV. in variorum comment. in epp. Paullin. — in cod. LXXXII. commun. in omnes epp. Paullin. paucula tamen desiderantur in fine expositionis in epist. ad Philemon. — v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 83. 84. 138. 264 et 275. In multis codd. *Coisl.* *ianis* aliisque seruantur etiam Theodor. Fragmenta atque interpretationes in variis catenis in *euangelistas* et *cantica* vtriusque foederis *sacra* add. *Schulze* diss. de vita etc. Theodoret p. 38 sqq. *Harl.*

12. *Historiae ecclesiasticae libri V.* ab a. C. 325. siue vicennialibus Constantini M. usque ad a. C. 429. absoluti circa A. 450. de quibus non repetam, quae dixi lib. V. c. 4. *Fabr.* supra, vol. VII. p. 429 sqq. et 455. nr. 10. it. *Schulze* de vita Theod. p. 40 sqq. Theodor. H. E. in ed. Schulz. tom. III. part. II. curante cl. *Noesseltio.* *Harl.*

13. Φιλόθεος ἱστορία ^{yy}) siue ἀσκητικὴ πολιτεία. *Historia religiosa* Ascetarum atque Eremitarum, virorum foeminarumque triginta, atque in his decem adhuc tunc quum hunc librum scriberet, superstitum vitas et elogia continens, scripta circa a. C. 444. Opus haud dubie genuinum, quum et Theodoritus ipse ad illud lectorem in Hist. ecclesiastica lib. IV. c. 34. remittat, memineritque illius Epist. 82. et in limine λόγος περὶ ἀγάπης, qui clausulam historiae huius videtur continere: ^{zz}) et memoretur a *Theodoro Lectore* libr. I. p. 553. *Nicephoro* IV. 54. Menaeis ult. Octobr. etc. Tamen magis vulgi sermonibus, quam adcuratori relationi in hoc libro Theodoritum stultuisse, atque inde multas in eo narrationes suspectas haberi merito, notavit *Wilh. Ernestus Tentzelius* in diss. selectis p. 237. Latine vertit [P] *Joach. Camerarius* Basil. 1539. fol. *Gentianus Heruetus* Paris. 1556. [1555 in cat. Leid. bibl. p. 72.] 1570. 4. ad calcem Palladii Lausiaca. Exstat etiam in Historia christiana Rev. *Laurentii de la Barre* Paris. 1583. fol. et in *Heriberti Roswydi* Vitis Patrum libro IX. Antw. 1628. fol. 7 Graece ante Sirmondi editionem non prodierat. Interpreti Herueto inscribitur Θεοφιλὴς, eodem, quo Φιλόθεος sensu; hic enim Theodoret ipsius et aliorum veterum testimonio titulus operis, quod etiam MSti codices confirmant, ut Vindobonensis, de quo multus est *Lambertius* VIII. p. 314 sqq. ^b) qui etiam p. 317. notat, additamentum de Simeone Stylite, (quod

^{yy}) Vide *Sirmondi* edit. pag. 763. *Fabr.* In ed. Schulz. curante *Noesseltio* tom. II. part. II. p. 1099 — 1295. *Harl.*

^{zz}) In cod. CIX. *Bauar.* in cat. codd. gr. p. 42. atque in cod. *Natiano* XLII. nr. 1. et 2. catal. p. 52. in cod. *Coisl.* LXXXIII. sec. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 138. in *Escorial.* teste *Plücker* l. c. p. 191. etc. iunctum inesse dicuntur *Theodoret Philotheos* et oratio *Theodoret de dilectione.* v. ad nr. 19. Hinc etiam cel. *Noesseltius* l. cit. p. 1296 — 1319. *historiae religiosae* statim subiecit *Theodoret orat. de diuina et sancta caritate.* *Harl.*

^a) v. infra vol. IX. p. 29. ed. vet. et p. 30 sq. de *Ren. Laur. de la Barre* Hist. christ. *Harl.*

^b) f. pag. 670 sqq. ed. Kollar. cuius notas conf. pag. autem 674. sqq. de additamento de obitu *Simeonis Stylitae* agitur: atque, quod codex ille manu cuiusdam *Pachonii*, hominis incerti, exaratus esse dicitur in foliis centesimi primi pagina prima, *Lambec.* p. 681. suspicatur, istum *Pachonium* auctorem esse memorati supplementi capituli XXVI. de *S. Simeone Stylita.* Codicem autem ipsum dignum esse indicat Kollar. not. A. p. 679. qui adornandae nouae Theodoret operum editionis gratia in consilium vocetur. — In cod. *Veneto* Marc. CCCXLVII. inter Metaphrastae vitas Sctorum; v. confector. catalogi — codd. gr. Ven. p. 158. Conf. infra in *Elogiis Sctorum* etc. lib. V. cap. 52. pag. 142. vol. IX. — In cod. DCCLXXII.

(quod sub *Theodoreti* nomine laudatur in synodo secunda Nicaena tom. III. Binii p. 567.) ab alio auctore subiectum esse.

14. *Epistolae CXLVII.* ab episcopo scriptae, et a Sirmondo primum graece et latine editae. *Nicephorus* quidem ultra quingentas *Theodoreti* epistolas legisse se testatur XIV. 54. ἀρίστως καὶ κατὰ λόγον ἔδωκεν συγκεκμημέναις, sed ceterae interierunt, exceptis, quas in Garnerii auctario praeterea exstare paullo post infra notaturus sum: Epistola LXXXII. ad Eusebium Ancyranum circa a. C. 448. exarata et latine etiam apud *Baronium* ad A. 443. nr. XII. obuia de scriptis suis Theodorus mentionem facit. Nec non Epistola CXIII. ad Leonem, papam, c) CXVI. ad Renatum, presb. et CXLV. ad monachos CPol. Nonnullas epistolas *Theodoreti* *Baronius* latine tom. V. et VI. Annalibus suis inseruit ex versione *Federici Metii*, Thermularum episcopi, testatus ad a. C. 430. nr. 48. in codice Vaticano exstare epistolas CLVII. (forte CXLVII. legendum,) quas Metius ille transtulerit. Hae non est acensenda epistola, a Nestorianis supposita, ad Iohannem, episcopum Antiochenum, de obitu Cyrilli, Alex., septem annis post Iohannem illum defuncti, quae incipit: *Sero tandem et vix malus homo defunctus est*: legiturque in synodo V. generali CPol. Actione V. et latine apud *Baronium* ad a. C. 444. nr. 13 sqq. Alias Theodori et Nestorii mutuas epistolas, quibus se inuicem recipiunt, ab haereticis suppositas notauit iampridem *Leontius* de sectis p. 454. Adde *Allatium* in Vindiciis synodi Ephesinae p. 230 sqq. *Fabr.* Cel. Noeffelt, in *Schulziana* edit. Opp. Theodor. in tom. IV. part. IV. primum p. 1060. — 1274. gr. et lat. reddidit XLVI. epp. et vbiuis adnotauit, quas *Baronius* protulerat: epistolas, in appendice Sirmondianae editionis obuias, suo loco inseruit epistolis reliquis: p. 1041. sqq. reposuit epistolam ad Sporacium, de qua vide ad nr. XX. — p. 1275. addidit epistolas, quae a Sirmondo in volumine epistolarum *Theodoreti* praetermissae, in Garnerii auctarij et alibi editae fuerunt, secundum ordinem, quem Garnerius in *Theodoreti* aliorumque epistolis obseruauit, sed textum multis inquinatum vitis, ei versionem latinam castigauit; vbi vero perierant graeca, veterem latinam exhibuit interpretationem. — In bibl. caesarea *Vindobon.* cod. XXXIII. est plena epistolarum graec. *Theodoreti* collectio. Insunt autem CXLVII. epistolae; praeterea statim ab initio Theod. contra

DCCLXXII. nr. 61. et tribus aliis bibl. *Paris.* publ. *Theodoreto* adscribitur *vita Simeonis Stylitae* ind. cat. codd. *Paris.* voc. *Theodoretus*. — Praeter codd. in anteced. nota memoratos, *historia religiosa* est *Paris.* in bibl. publ. in codd. CDXCI. nr. 4. — MCDXII. et seq. ac MDXCVII. in quo statim adnexa est disp. de diuina charitate, quam a Sirmondo minus recte seunctam fuisse, notat quoque confector cat. codd. *Paris.* tom. II. p. 370. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIX. nr. 3. Philotheus et nr. 4. de diuina dilectione. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. I. p. 54 sq. — Secundum catal. codd. Angliae etc. partes esse videntur f. Philothei, siue hist. eccl. in cod. *Barocc.* CXCVII.

de *vita monastica*, excerpta ex Athanasio, *Theodoreto* et aliis — in cod. *Bpdl.* nr. MMDCCC. LXXVII, 42. ex *Theodor. de veneratione et honore martyrum* etc. — tom. II. in bibl. *Iacobaea* nr. MMDCCCCMMDLXXVII. *Theod.* Philotheus. — *Theod. vita S. Iacobi*, episc. Nisibeni, ex historia religiosa, gr. et lat. ad ed. *Iac. Sirmondii* cum adnotat. *Nic. Antonelli*, praef. *S. Iacobi* — Sermonibus, Romae, 1756. fol. *Hart.*

c) Quae graece legitur quoque cum *Leonis* responsione inter Opp. Leonis M. edit. *Balleriniorum*, tom. I. pag. 941 sq. Atque ex ed. *Balleria.* tom. I. lat. eam subiicit epist. *Theodoreti* *Schulze* pag. 1193 sqq. in Opp. Theod. IV. part. II. *Hart.*

contra Nestorium ad Sporaqium, (in cod. tamen scriptum est *σφοράκιον*, et Sirmond. edidit *Sphorakium*. v. *Schulze* ad tom. IV. part. I. p. 368. tom. II. p. 1041. vbi editur et p. 1167. vbi rectius scribitur *Σποράκιον*) et in fine, *Theod.* ad Ioann. Oeconomium epistolae fragmentum, quod in Halensi edit. legitur a p. 1269. lin. 22 — 1271. lin. 21 et 22. Illud codic. olim Neapolitanum, vberius recensuit *Kollar.* in suppl. ad Lambec. comment. p. 194. — 208. et, vbi in ed. Halensi singulae epp. reperiantur, curate indicauit. Ex illo cod. Noesselt antea obtinuerat a Kollario exemplum *Theod. ep. ad Ioan. Germaniciae episcop.* et (nr. CLI. p. 1291 sqq.) *Theod. orat.* antea nondum editam, de quibus paullo post sermo erit. — In ed. igitur Schulzio-Noesseltiana primum locum tenet epistola CXLVII. ad *Ioannem, episcopum Germaniciae*, (v. nr. XXI.) quae in omnibus eodd. est CXXV. cum cod. *Vindobon.* collata, vnde discrepantes lectiones margini adscripsit Noesselt. Sequuntur *commonitorium*, de quo v. ad nr. 33. et *Ioannis*, episcopi Antiocheni, ep. v. ad nr. 34. cum epist. Theodor. ad illum Ioannem, (p. 1288 sqq.) quam contulit Noesselt. cum edit. Mansiana collect. ampliss. concilior. tom. V. p. 85. — Quam p. 1291 sqq. nr. CLI. excipit *Theod.* oratio ad eos, qui in Euphratesia et Osroena regione, Syria, Phoenicia et Cilicia vitam degunt monasticam. In nota, nondum edita fuerat, ait Noesselt, haec inter ceteras Theodoreti epistolas, sed eius tamen fragmentum, idque latinum, exstabat in Garnerii auctario p. 62. Totius igitur epistolae exemplum nacti, adcurate e cod. quodam bibl. caesar. *Vindob.* descriptum, cum eoque iterum diligenter collatum hic, (gr. ac lat.) edendum curauimus. Post, quum vidissemus, Mansium in concilior. collect. tom. V. p. 1023. eandem, nescio, vnde depromptam, edidisse eius quoque discrepantes lect. addidimus. Subiecta est disp. *quod etiam post humanitatis assumptionem unicus filius sit Dom. noster, Iesus Christus.* In ep. CLII. CLIII. CLIV. CLVIII. CLIX. CLX. (p. 1314 sqq.) relationes, etc. et p. 1331. Ioan. episc. Antioch. relat. ad imperat. per Palladium Magistrum. v. ad nr. 35. — Pag. 1320. ep. CLV. epist. Ioannis, episcopi Antiocheni, ceterorumque, qui cum ipso erant, ad clerum CPolitanum, et ep. CLVI. eorundem ad populum CPolitan. p. 1321 sqq. ex Mansii collectione l. c. p. 1275 sqq. et ex eodem l. c. 1385. relatio orientalis synodi ad imperatorem, rursus significans depositionem Cyrilli et Memnonis, ep. CLVII. p. 1323 sqq. et ep. CLVIII. p. 1327. coll. cum Mansii collect. p. 1389. relatio orientalium. — Pag. 1335. ep. CLXII. epist. Theodor. ad episcopum Samosatenum, scripta Epheso, latine: atque *Noesselt* V. C. in nota, exstat, ait, haec ipsa epistola iisdem verbis inter acta concilii V. CPolitani Collat. V. apud *Mansum* in collect. concil. ampl. tom. IX. p. 293. qui eam e Baluzii editione expressit. Alia latina interpretatio est in Synodico, a Baluzio edito, cap. 20. quam vid. in eadem Mansii collectione, tom. V. p. 787. — Pag. 1336. sqq. nr. CLXIII sqq. tres legatorum oriental. inter quos erat Theodoretus, Chalcedonem missorum, ac nr. CLXVI. sqq. tres eorundem petitiones ad imper. latin. exstat quoque in actis concilii orientalium Ephesini in Mansiana collectione tom. IV. p. 1406 sqq. 1411. et 1421. p. 1401. 1403. 1405. Alia interpretatio in Synodico cap. 26. et c. 31. 32. 34. 35. p. 891 sqq. et collect. Mansian. tom. V. p. 794. 802. — Epist. CLXIX. p. 1345 sqq. *Theodor.* epist. Chalcedone ad Alexandr. Hieropolitan. scripta, latine; in mem. actis, in collect. Mansiana, tom. IV. p. 1407. alia in Synodico, c. 30. tom. V. p. 799 sqq. — Nr. CLXX. p. 1347 sqq. Epist. quorundam Orientalium, CPol. missorum, ad Rufum, episc. gr. ac lat. in actis quoque concilii Ephesini apud Mansum l. c. tom. IV. p. 1411 sqq. — Nr. CLXXI. epist. *Theod.* ad

Ioann. Antiochiae episc. postquam actum esset de pace: gr. ac lat. (conf. nr. 23.) Primus edidit eam e cod. *Vaticano Leo Allatus* in Vindiciis synodi Ephesinae et Cyrilli, Romae 1661. p. 137. eius etiam partes aliquot p. 45. 46. post, alio e scripto libro, *Cotelerius* in eccles. gr. monumentis, Paris. 1677. 4. tom. I. p. 48. Vterque tamen negat, eam esse Theodoretum. Denique ex alio cod. Vatic. *Garnerius* in auctario. Cotelerii editionem sequitur *Baluzius*; repetit *Mansus* in collect. concil. tom. V. p. 381 sqq. Latina interpretatio, inquit Noess. vetus vniuersae epistolae exstat in Synodici cap. 95. apud Mansum l. c. p. 876 sqq. quae sola videtur integram conseruasse epistolam. Facile enim, idem ait Noess. ad agnoscendum, mancā eam esse in graecis, quod ad primam quidem spectet partem. Alius interpretationis veteris fragmentum est in synodij V. collat. 5. apud Mansum, tom. IX. p. 294. graece exstat in cod. *Veneto* bibl. D. Marci DIV. v. cat. codd. gr. p. 267. — Nr. CLXXII. epist. Theodoretum ad Nestorium lat. duplex versio, altera inserta actis quintae collationis V. synodi apud Mansum l. c. tom. IX. p. 292. cuius partem posuerat Garner. in Auctar. p. 74. altera Martii Mercatoris e rec. Garnerii tom. II. p. 272 seq. et Baluzii p. 333 seq. Est alia quoque interpret. in Synodico cap. CXX. apud Mansum tom. V. p. 898. — Epp. CLXXIII — CLXXXVIII. ep. CLXXX. tantum latine ex actis concilior. — Nr. CLXXIX. epist. Cyrilli ad Io. Antiochenum aduersus Theodoretum, gr. ac lat. quam Garner. ex cod. Vatic. exseripsit. Denique epistola nr. CLXXXI. ad Abundium Comensem, episcop. quam a Baronio in Annal. ad a. 450. p. 124. primam editam esse, existimat *Noesselt*. V. C. — Add. *Schulze* diss. de vita Theodor. p. 44 sqq. supra in vol. VII. p. 430. not. dd. et vol. I. p. 702. §. XLVI. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XII. nr. 27. plut. 6. ex Theodoretum epistola ad monachos Euphratesiae etc. ac nr. XXVIII. eiusd. epistola ad Ioan. episc. Antiochen. v. *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 121. Idem *Bandin.* ibid. p. 166 sqq. primus edidit gr. ac lat. Iustiniani imp. epistolam aduersus Theodorum et Theodorum. libros contra catholicam fidem etc. vbi praecipue p. 191 sqq. citatur Theodoretum epist. ad Ioann. Germaniciae episcopum, et locus ex ea adfertur. — *Vindobonae* in cod. caesar. LII. nr. 109. est Theodor. epist. ad Monach. Euphratesiae etc. et nr. CX. eiusdem demonstratio, quod Christus etiam post assumptionem humanae naturae vnus sit filius. v. *Lambec.* comm. III. p. 251 sqq. vbi Kollar. notat, et epistolae et demonstrat. exempla Antonio Bongiouanni pro noua Theodoretum edit. a. 1759. fuisse submissa; sed v. infra in fine recens. ed. Sirm. — *Mosquae* in cod. synod. XXXII. nr. 43. est Theod. Patriarchae, epistola ad Theodosium monachum, v. infra de aliis Theodoretis. — *Quem Neapolitan.* laudat *Montfauc.* in diario ital. p. 309. ille postea in bibl. Vindobon. illatus est, quem recensuit Kollar. loco supra laudato. *Harl.*

Tomus IV.

15. Ἐρενισὴς ἡ πολύμορφος, siue dialogi tres inter Ἐρενισὴν et orthodoxum Photio cod. XLVI. memorati, quibus probatur, vnionem naturae diuinae cum humana in Christo esse 1) ἀτρέπτου immutabilem, 2) ἀσύγχυτον inconfusam, et 3) ἀπαθῆ impatibilem, sub-

d) Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1097 sqq. vbi multa esse suspicatur intra a. 444. et 448. circiter an. contra Garnerium disputat, et opus confectum 446. *Harl.*

subiuncta eorumdem dogmatum [P] demonstratione per syllogismos γ. Hi sunt λόγοι τρεῖς περὶ θεῶν dogμάτων διαλογικῶς συνταχθέντες, quos memorat Nicephorus IV. 54. Prodiere primum graece cum libris haereticarum fabularum, Romae per Stephanum Nicolinum Sabiensem 1547. 4. Edidit etiam graece typis Voegelin. nitidis *Victorinus Strigelius*, Lipsiae 1568. 8. γ) qui sub ideam tempus latinam suam versionem cum praemissa Theodoriti vita separatim [f. anni nota ibid. cum peculiari inscript. *Theod. dialogi III. etc.*] vulgavit. Hinc graece et latine cum Strigelii versione et *Marci Beumleri* analysi ac notis, excusi sunt Tiguri 1593. 1606. 8. Analysin horum dialogorum a *Laurentio Ludovici*, Leobergeni Silesio, concinnatam cum oratione de Laur. Ludovici vita et obitu, edidit *Abrahamus Scultetus*, Neustadii 1604. 8. In latinis Theodoretii operum editionibus exstat latina *Gentiani Herveti* interpretatio, Venet. 1548. 8. et Basil. 1549. 8. separatim excusa, quam servavit etiam in graecolatina sua *ἐκδόσει* Sirmondus. Exstat praeterea versio horum dialogorum germanica *Martini Molleri*, Basil. 1575. Gorlitzii 1582. 8. typis exscripta. Hoc opus circa a. C. 446. scriptum et gemino inde Theodotii, imp. edicto a. 447. et 449. flammis additum, iam monuere viri docti. Notatu digna in hoc opere loca et fragmenta complura, quae Theodoretus laudat, *Ambrosii*, *Amphilochii*, *Antiochi*, *Ptolemaidis episc.*, *Apollinaris*, *Athanasii*, *Attici* CPol. *Basilii* Caesar. *Cyrylli* Hierosol. et Alex. *Damasi*, episcopi rom., *Diodori* Tarfensis, *Eusebii* Emeseni, *Eustathii* et *Flauiani* Antiochenorum, *Galesii* Caesareae Palaestinae, *Gregoriorum* Naz. et Nysseni, *Hilarii*, *Hippolyti*, *Ignatii*, *Ioannis Chrysostomi*, *Irenaei*, *Methodii*, *Seneriani*, Gabalorum episcopi, *Theodori* Mopsuesteni, et *Theophili* Alexandrini, pro quo male in edit. Rom. et Lips. excusum *Θεοφύλακτος Fabr.* In ed. Schulz. in tom. IV. part. I. pag. 1 — 263. Add. eiusd. diss. de vita etc. pag. 45. sq. et *Ioan. Fabric.* in historia bibl. Fabric. tom. VI. p. 438 sq. vbi *Beumleri* edit. ad refutandam cuiusdam opinionem, Theodoretum fuisse Nestorianum, parata, recensetur. — Codd. sunt *Escorialensis*, teste *Plüer.* in itin. per Hispan. vbi vero citatur: *Eranista seu Polymorphus adversus haereses libri XV.* et plura Theodor. opusc. aut particulae ex cod. *Escorial.* citantur in *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 623. D. E. — *Venet.* in bibl. D. Marci cod. DXXI. v. cat. cod. gr. p. 280. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CLXXIV. excerpta ex tribus dialogis, et tres dialogi ipsi, sed ab initio et in fine manci in cod. DCCCL. in quo tamen posteriore in tertio dialogo varia veterum loca in msto omissa sunt, et quidem, ut quidam V. D. ad illum cod. animadvertisse dicitur in catal. codd. Paris. II. p. 164. a Theodoro ipso in priore sua editione. — *Vindobonae* in cod. LXXVII. nr. 58. in *Lambec. comm.* III. p. 396. sq. sunt plurium patrum de duabus in Christo naturis testimonia,

O o 2

in

e) Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν. ὅτι ἄτρεπτος ὁ θεὸς λόγος. In Schulz. ed. IV. part. I. p. 263 — 279. In disp. de vita Theodor. pag. 46 sq. ex ipso Theod. epp. XVI. LXXXII. et CXXX docet, genuinum esse Theod. nostri scriptum. Reiecit idem opinionem *Baraterii*, qui in adpend. ad *Anti-Artemonium*, Norib. 1735. et pertinacius in biblioth. germaniq. vol. XLVIII. p. 50 sq. id. scriptum iuniori cuidam viadicare ausus est. *Harl.*

f) In praef. Schulzii ad IV. part. I. p. V. citatur, Lipsiae 1591. 8. impensis Valent. Voegelinii. Sed in meo exemplo primo loco est textus gr. inscript. *Θεόδωρος. — διαλογοὶ τρεῖς κατὰ τινῶν αἵρεσεων.* Lips. M. D. LXVIII. (1568.) in calce Lipsiae in off. Ern. Voegel. 1568. Sequuntur lat. interpr. *Victor. Strigelii* cum eius adnotatt. selectis. Lipsiae. *Harl.*

in his *Attici*, archiepiscopi CPolitani; sed hoc fragmentum ex Theodoreti opere, a quo citatur, decerptum esse videtur *Kollar*io in nota A. p. 397. — *Harl.*

16 Κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, ἡ ψευδὲς ^{g)} καὶ ἀληθείας διάγνωσις. *Haereticarum fabularum libri quatuor*, iisque opposita in libro quinto ἡ θεῶν δογματῶν ἐπιτομή. *Epitome diuinorum dogmatum* ad Sporacium, domesticorum comitem, qui a. C. 453. consul fuit. Hoc opus circa a. C. 452. a Theodoro scriptum, graece cum dialogis, de quibus iam dictum est, prodiit edente *Camillo Perusco*, auspiciis Ardingelli, cardinalis, Rom. 1547. 4. typis Stephani Nicolini. Latine vertit *Gentianus Heruetus*, Basil. 1549. cuius interpretatio ad calicem Epiphani, Paris. 1566. fol. et in latinis et graecolatina Theodoreti [P] editione legitur. Quam enim Iohannes a Fuchte praef. ad Philastrium promissit, graecolatina editio lucem numquam vidit. Falluntur de cetero viri docti, Garnerius et Caucius, [et Oudin. l. c. cap. VIII. p. 1104 — 1108.] quibus libri IV. caput XII. de Nestorio ^{h)} spurium ac subdititium fuit visum: nam et hoc eidem auctori tribuitur a *Leontio* p. 456. de sectis, *Theodoro Abbate* in argumento synodi Ephesinae et *Photio* cod. XLVI. Vide *Elam du Pin* bibliothec. scriptor. eccles. tom. IV. pag. 103 — 105. ⁱ⁾ et doctorem meum, b. *Tho. Ittigium*, diss. de haeresiar- chis apostolicae aetatis p. 13. qui etiam reiicit parum verisimilem eiusdem Garnerii opinionem in vita Theodoreti cap. XII. et de scriptis Theodoreti cap. VI. suspicantis, Sporacium ideo hos libros a Theodoro efflagitasse et Theodoretum scribendos in se suscepisse, vt consensione cum haereticis oneraret Cyrillum Alex. Nestorium absolueret. Graecae romanae editioni subiectae sunt variae lectiones ex MS. codice cardinalis de Saluiatis. *Fabr. Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 25. est cap. III. libr. V. haeretic. fabular. de Spiritu Scto. (*Bandin. cat. codd. gr. I. pag. 121.*) — in cod. XI. nr. 2. plut. LX. excerpta de Trinitate et Spiritu Scto ex sacra scriptura, *Theodoro* aliisque scriptoribus eccles. et cod. VIII. nr. 20. plut. 86. excerpta ex *Theodoro* aliisque graecis ac lat. scriptor. (*Bandin. II. p. 600. et III. p. 324.*) — de Trinitate in cod. Coisl. CXX. fol. 210. verso. v. *Montfaut.* bibl. Coisl. p. 193. qui p. 194 sq. excerptit scholion ad loc. Theodor. vbi agitur de diis et superstitionibus Aegyptiorum. *Harl.*

17. Περί προνοίας. *De Prouidentia homiliae decem.* Nam homiliae esse ex p. 357. et aliis locis patet. Antiochiae circa a. C. 430. habitas Garnerius colligit. *Du Pin*ius a. 433. Prod.

g) Hic operis titulus apud *Nicephorum* XIV. 54. *Theodoretus* ipse [in epist. ad Sporacium praemissa, sub fin. p. 283. edit. Schnlz. et] quaest. I. in *Leuit.* τὰ πρὸς αἱρέσεις vocat. *Photius* cod. LVI. κατὰ τῶν αἱρέσεων. *Fabr.* In hoc libro sequitur *Epiphanium*; vide supra h. c. de genuinis *Epiphani* scriptis nr. 2. *Heum.* In *Schulze* edit. tom. IV. part. I. p. 280 — 481. et disp. de vita S. Theodor. p. 47. sqq. Add. *Christi. Guhl. Franc. Walch* in — *Histor. der Ketzereien*, tom. III. p. 487 sqq. 493. 511 sqq. de Meßalianis et passim in

tom. V. de haeresi et controuersis Nestor. it. *Fabric.* infra vol. IX. p. 286. de Nestorio. *Harl.*

h) Idem dicendum de *epistola ad Sporacium*, quam Theodoro suppositam contendit Garnerius, eumque sequutus *Antonius Pagi* ad a. Chr. 428. nr. XXI. seq. [et *Oudin.* l. c. pag. 1113. sq.] sed non minus haec, quam caput illud de Nestorio scribi a Theodoro post synodum Chalcedonensem potuit. *Fabr.* Consentit *Schulze* in nota tom. IV. 1. p. 368. et in nota ibid. p. 1041. *Harl.*

i) Add. *Schulz.* notam l. c. pag. 368. *Harl.*

Prodierunt e bibl. Vaticana graece *Nicolaus Maiorano* editore ¹⁾ Rom. 1545. 8. et Tiguri 1546. 8. ²⁾ Latine vertit *Rudolphus Gualtherus* ibid. atque inde *Victorinus Strigelius*, Lipsiae 1566. 8. Graece cum Gualteri versione notisque Paris. 1623. 8. atque sine notis in Theodoretio Sirmondi. Gallice vertit post Ludouicum Regium Simon Goulartius.

18. *Θεραπεύειν Ἑλληνικῶν παθῶν*. *Curatio graecarum affectionum* ³⁾, siue aduersus Ethnicos libri XII. quos a. C. 427. scriptos et Iuliano, imp. singillatim oppositos, Garnerius adnotauit. Latine ex versione *Zenobii Acciaoli*, Florentini, prodire Paris. apud Henr. Stephanum, aum. a. 1519. fol. Graece cum Acciaoli versione prius edidit [e duobus codd. Palat. et totidem Augustanis] *Fr. Sylburgius*, qui notas suas et castigationes indicesque addidit. Heidelbergae apud Commelin. 1592. fol. Cum eadem Acciaoli interpretatione recudi etiam fecit Sirmondus. Varias lect. e MSS. [P] bibl. Vaticanae et Fuluii Vrsini ex alio codice castigationes dedit in Auctario *Garnerius* p. 393 sqq. ⁴⁾ Gallice versos hos libros vulgauit

O o 3

Michael

k) *Maioran.* se in dedicat. vocat *bibl. vaticanae praefectum*; et in titulo scribitur: *nunc primum in lucem editi. Heum.* Add. *Maittaire* A. T. III. pag. 377. *Harl.*

l) Per *Froschouerum*, — de prouidentia orationes X. graece. Paris. ap. Ioann. Bene-natum. 1569. 8. — graece ap. Claud. Morellum. 1625. 8. — lat. *Rodolpho Gualthero*, Tigurino, interprete. Paris. ap. Ioan. Bene-natum, 1571. 8. Sed antecessisse videtur Tiguri prior edit. Nam, teste *Maittaire* A. T. III. p. 754. (vbi edit. Paris. citatur,) epistola eius, dedicat. scripta est Tiguri VIII. id. Febr. M. D. XLVI. (1546.) — Quam *Paris.* ed. a. 1623. gr. ac lat. Fabricius citat, ea esse videtur, quae in *Menkenii* cat. I. p. 59. ita dicitur: *Theodor.* de prouidentia oratt. X. gr. et lat. cum varr. lectt. emendatt. et notis. Paris. 1630. 8. — II. priores, in *Io. Patusae* encyclop. philol. vol. II. p. 392 — 413. — Gallice versi sermones hi XII. ab *S. b. Hardy*. Paris. apud Rob. Stephan. 1610 et 1626. atque in posteriore ad calcem additum legitur: *le sixieme sermon des douze de Theodoret concernant la guerison de l'infidelité de Grecs*, teste *Maittaire* A. T. III. p. 886. — *germanice* a *I. Mich. Feder.* D. et Prof. Theologiae in Würzburg. Vniuersit. Würzeb. 1788. 8. — Add. *I. A. Fabric.* de scriptor. de veritate religionis christianae c. II. §. 25. pag. 97. — *Codd.* sunt in bibl. *Leid.* manu Falcoburgii. v. catal. bibl. *Leid.* p. 357. nr. 67. add. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. I. p. 602. C. — in bibl. *Bodlei.* nr.

MMMXXXVII. — in bibl. *Sfortiana*, libri IX. sed nonus est imperfectus, teste *Montfauc.* l. c. p. 706. A. — In bibl. *Escorial.* ex libro de prouidentia, de opificio s. de constructione corporis humani, sec. *Plüer* in itiner. per Hispan. pag. 191. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVIII. nr. 2. orationes X. de prouid. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 486. caedem in cod. MLII. bibl. publ. *Paris.* *Harl.*

m) *Verte graecanicorum morborum. Heum.* Libri isti vtiliter quoque adhiberi possunt ad historiam philosophiae et theologiae antiquiss. in primis ad placita philosophorum graecor. cognoscenda. Ipse Theodor. in prologo p. 693. ed. Schulz. et titulum atque illius sensum, n. *euangelicae veritatis ex gentilium philosophia cognitio*, et consilium exposuit. *Harl.*

n) In edit. *Schulze* tom. IV. part. II. pag. 689 — 1040. Is autem in scholiis subiectis, quae notatu digniora viderentur, ex Vrsini collectionis, littera V. praemissa, reposuit, et varias lectiones, e duobus codd. Florentinis desumptas, adiecit. In diss. de vita etc. Theodor. pag. 50. inseruit duo, quae ad hunc Theodor. librum spectant, epigrammata, alterum ex cod. quodam *Augustano*, (v. *Reisr.* cat. p. 34.) descriptum in *Posseni* adpar. sacr. tom. II. p. 457. alterius primos tantum versus, ad nostrum pertinentes, e cod. CLXXI. caesar. *Vindob.* qui continet *Theod.* curat. etc. et a *Petro Patricio* ex alio quodam cod. perue-

Michael Mourgues, S. I. in tomo secundo operis, cui titulus *plan theologique du Paganisme* Tolosae 1712. 8. Nullo modo audiendi, qui opus hoc pulcherrimum Theodoretō abiudicatum iuere, Rob. Cocus et Andreas Riuetus; *) nam et Theodoretī eruditione dignissimum est, et ipse τῶν πρὸς Ἑλλήνας γεγραμμένων meminit quæst. 1. in Leuiticum et epist. 112. 116. Meminere etiam alii, vt Io. Tzetzes Chiliad. IX. Hist. 291.

Ὁ δὲ τε Θεοδώρητος ἐν βιβλῳ τῇ ἰδίᾳ
Ἦν Θεραπείαν ἔγραψεν Ἑλληνικῶν παθῶνδε
Δύο ἐπῶν ἐκ τῆ χρησμῶ, δοκῶ μιν, μνημονεύει.

Cocum quoque refellit ciuis eius, *Gatakerus* p. 419. Aduersariorum. [et *Schulze* in diss. de vita Theod. p. 50 seq.]

In appendice tomi IV.

19. Περὶ τῆς θείας ἀγάπης. Dissertatio de diuina caritate, cuius vi sancti viri et Ascetae tot et tanta fortiter suslinuerunt. Est hoc vltimum caput et clausula historiae, de qua supra nr. 13. dictum, religiosae, cui in versione *Gentiani Herveti*, et in MSS. codicibus, vt Vindobonensi, de quo *Lambecius* VIII. p. 320. recte subiicitur. *) In Sirmondi autem editione male est diuulsa. Separatim cum versione, notis et variis lectionibus vulgavit *Gerhardus Vossius* Tungrensis, Rom. 1580. 4.

20. Κατὰ Νεστόριον πρὸς Σποράκιον. Ad Sporacium epistola aduersus Nestorium, in multis eadem cum libri IV. haeticarum fabularum capite XII. Incipit: ἐπειδὴ δὲ τῶ κί-
σμε πάντος κατὰ μικρὸν ὑποβόοντες. Vide quae paullo ante nr. XVI. dixi. *Fabr.* In ed. *Schulz.* IV. 2. pag. 1041. sqq. vbi v. admonit. et notam. v. etiam supra ad nr. 14. adnotata. *Harl.*

21. Epistola CXLVII. p. 702. sq. ad Iohannem, Germaniciae (Γερμανικίας) episcopum, scripta aliquo tempore post synodum *λησιτικήν*. *Fabr.* In ed. *Schulz.* tom. IV. part. II.

peruetusto descriptus et imperatori Leoni hoc epigrammate dicatus est, in *Lambec.* comm. IV. p. 559. sq. vbi *Lambec.* illud epigr. exhibuit integrum, et cod. recensuit. Praeterea in cod. caesareo XLII. nr. 25. supersunt ex curatione etc. excerpta de materia mundi, de generatione, de natura et anima hominis, teste *Lambec.* VII. pag. 180. — in cod. XXIV. nr. 4. libri XII. sed sine mutilo is est, et recenti quidem manu exaratus; et a docto quodam homine passim emendatus, quem tamen adornandae nouae editioni posse magno vsui esse, iudicat *Kollarus* in suppl. ad *Lambec.* comm. p. 211 sq. — *Monachii* in cod. CV. et CVI. (v. cat. codd. gr. p. 41.) *Venetis praesidium* etc. in cod. *Grimano*, teste *Mont-*

fauc. in diar. ital. p. 40. et bibl. biblioth. MSS. I. p. 478. *A.* — *ibid.* in codice, (at mutilo,) *Marc.* DLIX. v. cat. codd. gr. p. 195. — *Florent.* in cod. Laurent. XII. nr. 26. plut. 6. ex secundo sermone operis de Graecorum adfectionibus, teste *Bandin.* I. p. 121. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DLXII. — DCCCLI. et et MLII. — in cod. *Eycorial.* teste *Piüero* in itin. per Hispan. p. 191. *Harl.*

o) Item *Chennitius* in examine concilii Tridentini, part. III. libri IV. sect. 5. §. 27. *Heum.* Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1110 sq. *Harl.*

p) In cod. CCCIII. nr. 2. pag. 681 sq. ed. *Kollar.* v. not. ad nr. 13. *Harl.*

II. pag. 1275. sqq. In cod. Vindob. XXIII. nr. 147. de quo aliisque rebus vide supra ad nr. 14. *Harl.*

22. Argumenta librorum XXVII. *πρὸς διαφόρους θείους. Aduersus varias propositiones Eutychianas, ex Photii bibliothecae codice XLVI.* Ex his primores sex, quemadmodum et Eranissem siue Polymorphum, quem hisce λόγοις subiectum fuisse Photius testatur, et de quo nr. XV. dictum est, Theodoretum fuisse nemo ambigit, sed illi *) interciderunt: ceteri verò a VII. ad XXVI. exstant inter *Athanasii* scripta plus semel editi graece et latine. Theodoretum inde ex Photii testimonio vindicauit *Io. Dallaeus*; *Combesfius* Maximo: at ex testimonio Marii Mercatoris *Io. Garnerius* ea tribuit *Eutherio*, Cyrilli aduersario, [P] Nestorianae partis episcopo Tyanensi, ediditque graece et latine ad calcem Auctarii scriptorum Theodoretum. *Fabr.* In Schulz. ed. l. c. pag. 1054. vbi vid. notam. conf. *Oudin.* l. mem. qui adsentit Garnerio, de oratt. sub nomine *Eutherii* v. infra sub finem recens. ed. Sirmond. et Garn. *Harl.*

23. *Ἀνατροπή τῶν δάδεκα κεφαλαίων ἢ ἀναθεματισμῶν Κυρίλλου. Reprehensio duodecim capitulorum siue anathematismorum Cyrilli Alex. Nestorio oppositorum, praemissa epistola ad Iohannem, Antiochenum episcopum, quo suadente, Cyrillum Theodoretus *)*, antequam Ephesi synodus a. 431. celebraretur, oppugnavit, etsi *Theodoretus Lector* lib. II. hist. eccles. pag. 565. scribit: *μετὰ τὴν πρὸς τὰς ἀνατολικὰς συμβίβασιν post reconciliationem cum orientalibus* aduersus Cyrilli capita scripsisse. Cyrilli responsio post Acta synodi Ephesinae et tomo VI. operum Cyrilli Alex. et tom. II. Operum Marii Mercatoris pag. 178. legitur. *Fabr.* In ed. Schulz. tom. V. part. I. pag. 1 — 68. omissa tamen epist. ad Io. Antioch. quae iam in tom. IV. p. 1288. in ed. Halensi inter reliquas Theodor. epistolas recepta est, collata Mansiana collectt. ampliff. concil. tom. V. p. 85. *Schulze* autem vnique anathematismum vberiore in Theodor. ἐπίλυσιν, Theodoretum autem reprehensionibus ἀπολογία Cyrilli subiecit: quae inserta sunt, exstant in *Io. Auberti* edit. Opp. Cyrilli Alexandr. tom. VI. Insuper adpersit varias lectt. ex Mansii collectt. concilior. tom. V. desumptas. — Conf. *Oudin.* l. c. pag. 1112. sq. — Exstat in cod. *Paris.* bibl. publ. MCCCVIII. nr. 3. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. VI. nr. 6. plut. 6. Cyrilli anathematismi XII. ita digesti, vt eorum quilibet subiectam habeat Cyrilli explanationem, (quae in cod. dicitur ἐξηγήσια, in edit. ἐπίλυσις, vti *reprehensio μέμψις* in cod. ἀνατροπή in ed.) *Theodoretum* reprehensionem, ac rursus *Cyrilli defensionem*. Primae reprehensionis initium est principium epist. Theodor. ad Io. Antiochen. eadem tamen epistola ad Ioann. Antioch. est integra in eod. cod. nr. XXIX. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 118. et 121. — In cod. *Sfortiano* Cyrilli XII. capp. anathematismorum, cum obiectionibus *Theodoretum* aliorumque episcop. orientalium et cum solutionibus Cyrilli, sec. *Montfau.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 705. E. — *Vindobonae* in cod. caesareo CLXI. nr. 2. Theod. epistola ad Ioan. Antiochenum, et nr. V. Cyrilli contra Nestorium anathem. cap. IX. de processione Spiritus Scti cum antirrhesis Theodoretum et apologia. v. *Lambec.* IV. p. 258.

q) Vide infra, nr. 33.

r) Theodoretus hoc ipse testatur apud Marium Mercatorem tom. II. p. 267.

258. sq. — in cod. XLVIII. nr. II. excerpta ex actis concilii Ephesini oecumenici III. Coelestini, papae, epist. ad Cyrillum; atque Theodor. contra Cyrilli anathematism. nonum reprehensio nona cum Cyrilli responsione. v. *Lambec.* VIII. p. 963. et collect. canon. Labbean. tom. III. p. 345 sqq. ac pag. 891. sqq. atque concilior. ed. reg. tom. XII. Labbei tom. V. Harduini tom. III. de actis concilii CPolit. ad a. 553. in collatione V. *Harl.*

24. Claudit editionem Sirmondianam epistola Leonis I., episcopi romani, post synodum Chalcedonensem scripta a. C. 453. qua Theodoro gratulatur, quod tam Nestorianae impietatis quam Eutychianae vesaniae victor exstiterit. Est illa nonagesima tertia inter epistolas Leonis in editione Quesnelliana, in aliis LXIII. Theodoret epistola ad hunc Leonem legitur in Sirmondi editione CXIII. [v. ad nr. 14.]

Auctarium Operum Theodoret, a Io. Garnerio S. I. collectum, editumque post eius fata *) *Parif.* 1684. fol. a Io. Harduino, eiusdem societatis presbytero. [In tom. V. ed. Schulz. part. I. et II. Cf. acta erud. Lips. 1685. p. 47. *HJ*]

25. *Prooemium et fragmenta commentariorum in Psalmos* p. 1 — 20. e codice Vaticano DCCLII. cum latina versione. Haec Theodoro esse negat *Ellier du Pin* *) tom. IV. bibl. scriptorum ecclesiasticorum pag. 90. *Fabr.* In ed. Schulz. V. part. I. p. 72. sqq. Sed quia Garnerius minus adcurate nec sine lacunis ex cod. Vatic. edidit, Schulz. ex apographo cod. Vindob. a Lambecio comm. III. valde laudati, (v. supra ad nr. 1. de codd. caesar.) Garnerii lectt. restituit aut emendavit, et explevit lacunas; adiecit autem varr. lectt. cod. Laur. *Florentini* (III. plut. 6. de quo v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 87. sqq.) qui continet catenam in Psalmos Davidis et cantica prophetarum. *Harl.*

26. *Fragmentum breue, descriptum ex catena in Lucam, atque, vt Garnerius suspicatur, sumtum ex libro secundo Pentalogii Theodoretiani, in quo S. Scripturae testimoniis ille vsus fuit.* [Sed dubitat Schulz. l. c. p. 83. vbi legitur id fragm. *HJ*]

27. [P] *Sermo in natiuitatem Iohannis Baptistae.* Incipit: Εἰ μὲν ὁ τῆ λόγος κήρυξ καὶ πρόδρομος τῶν κατὰ λέγων. Hunc non Theodoro, sed Theodori Daphnopatae esse, notauit ex codice suo Leo Allatius. *Fabr.* In cod. *Vatic.* MLXXIV. Theodoro tribuitur illa laudatio. Exstat in cod. *Laurent.* sed sine auctoris nomine, v. *Bandin.* cat. etc. l. pag. 496.

*) Obiit Io. Garnerius Bononiae in itinere, Roman suscepto a. 1681. 26. Octobr. aetatis LXX. Harduinus opus inscripsit Francisco Harley, archiepiscopo *Parif.* vitainque et elogium Garnerii praemisit.

†) Verba du Pinii haec sunt: Il est visible que la preface n'est point de Theodoret, puisque l'Auteur y avance des choses, qui ne s'accordent point avec ce que Theodoret dit dans son ouvrage in-

dubitable. Il en est de même des fragmens du commentaire sur les psaumes, qui sont de quelque Auteur plus nouveau, qui rapporte les paroles du commentaire de Theodoret, et y ajoute les sentimens d'autres auteurs, ou les siens propres. *Fabr.* Ex multorum libris congestum esse prooemium, nec totum Theodoro tribuendum, docet Schulz. in admonitione, maxime in notis. *Harl.*

496. — in edit. Schulz. l. c. pag. 34. sqq. add. *Fabric.* infra, vol. IX. p. 100. inter elogia sanctorum, vbi *Theodorum Daphnopaten* esse auctorem declarat. *Harl.*

28. Ex Theodoreti *sermonibus in S. Chrysostomum*, quorum *quinque* modo vidisse se Photius testatur, ex eiusdem Bibliothecae codice CCLXXIII. excerpta. Secundi initium hoc fuit: *πάλιν ἡμῖν Ἰωάννης τὸ μνημόσυνον*. Terti: *Πολυζήμε τὴν παρῆσαν ὑπόθεσιν σάλπιγγος δεομένην*. Quinti: *Ἐπειδὴν δὲ καὶ πρὸς εὐφημίαν πατρικὴν ἀνακρέσασθαι μέλος*. *Fabr.* In ed. Schulz. l. c. pag. 98 sqq. — In cod. caesar. XXVII. est vita Chrysostomi, praefixo indice vetustiorum auctorum, in his Theodoreti, ex quibus anonymus narrationem suam excerptit et contexuit. v. *Lambec.* comment. VIII. p. 635 sqq. et Kollar. in not. Edidit *Montfauc.* in sua Chrysostomi Opp. edit. tom. XIII. praef. p. IV. sqq. *Harl.*
29. *Fragmenta allocutionum* in synodo Chalcedonensi aduersus Cyrillum ex actis quintae synodi, latine cum notis. *Fabr.* In Schulzii ed. l. c. p. 104 sqq. cum Garnerii notis. *Harl.*
30. *Homilia*, Chalcedone habita, latine ex actis Ephesinae et quintae synodi. Incipit: *Christus nobis dux fit sermonis*. *Fabr.* Ibid. p. 106 sqq. cum Garnerii notis, interdum Schulz. aliam huius homiliae interpretat. dedit ex Mansi collect. concilior. ad. V Garnerii diss. Acc. fragmentum praecedentis homiliae, ex alia versione, inserta actis V. synodi, collat. V. *Harl.*
- (*Iohannis, Antiocheni* episcopi, *Homilia*, Chalcedone dicta, post homiliam Theodoreti, vt suos animaret. Ex actis illius Concilii, et epistolis Ephesinis, a Christiano Lupo editis, latine. Incipit: *Sancta lex est, vt patribus accepta ferantur.*) [In Schulz. ed. l. c. p. 110.]
31. *Fragmentum ex sermone*, quem Theodoretus Antiochiae habuit coram Antiocheno episcopo post Cyrilli mortem. Latine ex Mario Mercatore et actis quintae synodi, quorum auctoritate genuinum hunc Theodoreti foetum esse pugnat Garnerius aduersus [Cousinum.] gallicum historiae Theodoreti ecclesiasticae interpretem. *Fabr.* Ibid. hoc et sequens fragm. p. 111 sqq. cum notis Garner. quem Schulze et in subiectis notis et in diss. de vita Theod. pag. 20 sqq. errasse docet. Varia Theodoreti aliorumque fragmenta, nescio quae? sunt in cod. *Cromwelli* nr. CCXCI. in bibl. Boldlei. *Harl.*
32. *Fragmentum* breve ex *allocutione*, incertum, quando habita.
33. *Fragmenta Πενταλογίας ἐνανθρωπήσεως*, siue *quinque librorum de incarnatione*, quos aduersus Concilium ephesinum ac Cyrillum diabolo, (vt ait *) Marius Mercator) insigante Theodoretus conscripsit, graece et latine ex cod. Vaticano CDLXIX. His addenda fragmenta alia, quae ex iisdem libris Marius Mercator latine vertit, quaeque cum notis Garnerii exstant inter *Mercatoris* Opera tom. II. pag. 267 — 271. Paris. 1673. fol. Pulcre hic Garnerius obseruat, libros sex primores ex illis XXVII. quos *Photius* cod. XLVI.

*) *Marius Mercator.* tom. II. edit. Garnerii p. 265.

XLVI. memorat, non diuerfos fuisse ab hoc Pentalogio, ita tamen, vt secundum ex his quinque, Photius in duos distractum legerit, quorum priore testimonia Noui, posteriore Veteris Testamenti exposuerat Theodoretus. *Fabr.* Sed errasse, nec parum sibi hac quoque in re constare *Garnerium*, docet *Schulze* in admon. ad lector. pag. 115. sqq. vbi edit. est id fragmentum. add. *Oudin.* l. c. p. 1126 sqq. *Harl.*

[P] (*Ὑπομνητικὸν* Commonitorium *) S. Cyrilli Alex. datum Possidonio cum Romam propter Nestorii negotium mitteretur, graece et latine, cum notis pag. 51. Incipit *ἡ Νεσσεὶς πίσις.*)

34. Iohannis, episcopi Antiocheni, ad Nestorium *Epistola*, quam a Theodoro Iohannis nomine scriptam *Garnerius* ^{w)} opinatur. Incipit: *τὸν ἑμαυτῷ σκοπόν.* p. 54. graece et latine, cum notis. *Fabr.* In ed. Schulz. l. mem. p. 1281 sqq. epist. CXLIX. cum *Garnerii* versione lat. at cum varietate lectionis et secundum epistolae diuisionem in *Mansi collect.* concil. ampliss. tom. IV. pag. 1061 sqq. *Schulze* in diss. de vita, p. 15. iudicat, sciente et suadente Theodoro compositam esse epistolam, eamque obtinendo fini illius omnino fuisse aptissimam, si mens non laeua fuisset Nestorio. *Harl.*

35. Theodoreti variae Epistolae, pleraeque latine tantum ex actis Conciliorum. *Fabr.* In ed. Schulz. IV. 2. pag. 1326 sqq. 1354 sqq. — Relationes et epistolae gr. ac. lat. ibid. p. 1314 sqq. atque ep. CLXIII. p. 1335 sqq. vbi conf. Schulz. notam, et ep. CLXXVIII. p. 1360. binae epistolae Theodoreti ad episcopum Andream Samosatenum Epheso. — Legatorum epistolae p. 1336 sqq. — p. 1345 sqq. epistola CLXIX. Theodoreti e Chalcedone ad Alexandrum Hieropolitan. scripta, lat. in actis Orientalium Ephesinis; ex *Mansi collect.* tom. IV. pag. 1407. — Ep. CLXX. ib. pag. 1347 sqq. apud *Mansium* IV. pag. 1411 sqq. Epistola quorundam orientalium, CPolin missorum, ad Rufum, episcop. epist. CLXXIX. Cyrilli ad Io. Antioch. pag. 1361 sqq. — epist. CLXXX. ad Domnum, episcop. Antiochiae, post mortem Cyrilli et ep. ad Abundium Comens. episc. p. 1362 sqq. lat. Sed epist. post Cyrilli mortem scriptam aliasque esse spurias aut suspectas, ostendit *Schulze* in diss. de vita Theod. pag. 19 sqq. ad supra, add. nr. XIV. *Harl.*

(Relationes Orientalium ad imperatorem, reginas et senatum, clerum, populumque CPol. et ad praefectum et magistrum, praepositum et scholasticum.

Iohannis Antiocheni ceterorumque Orientalium relatio ad imp. Theodosium, missa per Palladium Magistrum. p. 77.

Epistolae legatorum, Chalcedone missae ad imp. p. 81 — 85. latine.

Cyrilli

*) Idem *Commonitorium* ex Sirimondi schedis vulgavit *Baluzius* tom. I. collectionis nouae concilior. *Fabr.* Et *Schulz.* reposuit illud inter Theod. epistolas tom. IV. part. II. p. 1279. sqq. *Harl.*

w) p. 59. et p. 119. in dubio autem positum esse dicit ibid. p. 469 et 474. v. *Schulz.* diss. de vita etc. Theodor. p. 15. sq. vbi historiam rei exponit. *Harl.*

Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, contra Theodoretum p. 97.)

Io. Garnerii historia Theodoreti Cyrensis episcopi p. 109 — 171. *Fabr.* In ed. Schulz. tom. V. p. 133 sqq. histor. Theodor. et p. 247 sqq. de eius libris: vbi cap. V. p. 358. sqq. Schulz. copiosas reposuit obseruat. quas Garnerius subiecit epistolis, in auctario primum editis. *Harl.*

Eiusd. dissertatio de libris Theodoreti. p. 173 — 258.

Eiusd. dissertatio de *Dialogis VII. aduersus Arianos, Macedonianos et Apollinaristas*, inter S. Athanasii opera saepius editis, et a Combessio inter opera S. Maximi Confessoris relatis, quos Garnerius Theodoro vindicat. p. 259 — 272. *Fabr.* In ed. Schulz. l. c. pag. 420 sqq. sed cum inscriptione: *Dissertationis secundae appendix de dialogis aduersus Arianos, Maced. et Apollinar.* Rationem tituli mutati reddidit Schulz. in praemissa admonitione, et ad librum de incarnat. pag. 128. vbi Theodoretus ex versione lat. „sed procul, ait, facessat Apollinariii nugacitas (αδολεσχία) nos autem, quam seruator peregit dispensationem, fuisse necessariam demonstramus,“ obseruat, notandum esse istum locum contra Garnerium, qui Theodoretum in recensendis Apollinariii erroribus iusto breuiorem fuisse perhibeat in diss. II. cap. IV. Illos libros Schulze putat ab aliis cum Petauio, Combessio et Dupinio rectius Maximo tributos esse, illis certe libris adnumerandos, de quorum auctore adhuc sub iudice lis sit. Idem in praefat. ad tom. V. part. I. pag. V. sq. et in progr. 1774. probauit, illud op. posse nullo iure vindicari Theodoro. In edit. autem tom. V. parte II. pag. 915. sqq. dedit gr. ac lat. emendatiores dialogos hoc ordine: 1 — 3) de S. Trinitate aduersus Anomoeos; 4) de Spiritu Scto, qui in Benedictinor. edit. Athanasii tom. I. p. 542. sequitur post quintum dialogum, et inscribitur dialogus primus contra Macedonium; 5) aduersus Macedonianos; 6) de S. Trinitate, aduersus Apollinaristas; in ed. Benedict. Opp. Athanasii et Stephaniana iste dialogus est quartus de S. Trinitate; 7) aduersus Apollinaristas, s. solutio argutarum Apollinaris. — De haeresi Macedonii atque Apollinaris indeque ortis controuerfiis v. *Christi. Guil. Franc. Walchii* — *Histor. der Ketzereien* etc. part. III. p. 70. sqq. add. *Oudin.* l. c. pag. 1119 sqq. et p. 1123. *Harl.*

35. Dialogi illi ipsi graece et latine I. et II. de S. Trinitate aduersus Anomoeos, III. IV. V. aduersus Macedonianos, denique VI. et VII. aduersus Apollinaristas p. 373 — 406.

Fulvii Ursini emendationes in libros Theodoreti de curandis Graecorum adfectionibus: ex antiquis libris et coniecturis, cum collationibus scriptorum, qui a Theodoro citantur. p. 393 — 455. [Potiores emendatt. iam subiecit Schulz. libris istis, *H.*]

Io. Garnerii dissertatio de fide Theodoreti, Cyrensis episcopi, p. 457 — 492. [In ed. Schulz. V. I. p. 446 — 511.]

Eiusdem diss. critica de synodo V. generali, in qua Theodoretus a. C. 553. cum tribus capitulis *) damnatus est. p. 493 — 548. [Schulz. p. 512 — 607.]

P p 2

Quae

*) Tria illa capitula, quae a synodo veluti Nestorio suffragantia damnata sunt, fuere 1) Excerpta ex Theodori Mopsuesteni scriptis. 2) Theodoreti aduersus Cyrillum, et 3) epistola Ibae

Edesseni ad Marim Persam. Ceterum Garnerium Theodoreti causae paullo iniquiorem, alii iam notarunt.

[P] Quae denique pag. 549 — 681. inscribitur dissertatio de Theodoretis et orientaliū causā, nihil aliud est, ac noua et emendatio editio versionis antiquae epistolarum ad conciliū Ephesinū ⁹⁾, quas e MS. Cassinensis monasterii cum copiosis notis indiligentius ediderat Louanii 1682. 4. *Christianus Lupus*, atque hinc *Stephanus Baluzius* Paris. 1683. fol. in tomo I. nouae collectionis conciliorum, sub titulo synodici aduersus tragoediam Irenaei recensuerat illustraueratque, conquestus, vsum illius codicis MSi Romae a monachis Cassinensibus nulla se ratione, nullis precibus impetrare ²⁾ potuisse. Idem existimat, auctorem huius epistolarum collectionis et qui illas e graeco latine vertit, esse quendam *Afrum*, non Nestorianum quidem, trium tamen capitulorum defensorem, qui hoc Irenaei Nestoriani tragoediae opposuit, omnemque mouet lapidem, vt a Theodoretis omnem Nestorianae labis suspicionem amoliat. Notas Garnerium et plures et longiores additum fuisse, scribit Harduinus, nisi fato praereptus fuisset. Inter illas epistolas pag. 553. occurrit epistola Iohannis Antiocheni ad Firmum, Caesareae Cappadociae episcopum, qui idem est FIRMVS, a. C. 439. teste Socrate VII. vlt. defunctus, cuius epistolas XLV. primus ex Ambrosianae bibl. codice MS. graece edidit cum versione sua notisque *Lud. Antonius Muratorius* in anecdotis graecis, Patau. 1709. 4. pag. 277 — 325. Nomina eorum, ad quos scribit *Firmus*, haec sunt:

Acacius, episcopus 19. 35.
 Achilles 1.
 Alypius, chorepiscopus 5.
 Anthimus, episcopus 14.
 Armenius, archiater 8.
 Atticus, episcopus 13.
 Aufonius, presbyter 11.
 Chilo, episcopus 24.
 Colossianus 18.
 Cynegius, comes 4.
 Cyrillus, episcopus (Alex.) 37.

Cytherius, sophista 2.
 Daniel, episcopus 42.
 Didnius 7.
 Dometianus 33.
 Ecdicius 32.
 Euandrius, episcopus 15. 34.
 Eleusinius 31.
 Eupnius 40.
 Eultrathius 39. Comes 3.
 Eutherius 23.
 Florentius 29.

Geron-

9) Vide Acta erud. a. 1683. p. 345. et a. 1684. p. 354. a. 1685. p. 55. *Fabr.* In edit. Schulz. l. c. pag. 603 — 996. Sch. vero quia Garnerius non omnes epistolas in hac noua sylloge exhibuit; sed primam aliasque plures in actis concilii Ephesini, alias alibi existare innotuit: ex Mansi collect. concilior. vt illis consuleret, qui vel ex fontibus haurire non possent, vel integrum epistolarum illarum libellum optarent habere, eas lacunas suppleuit, idemque ex tom. V. collect. Mansianae varias lectt. et scholia, a Mansio, Baluzio et Harduino collecta, subiecit in notis. Fini illius diss. adiecit Schulze *indicem epistolarum*, in quibus

multae sunt Theodoretis, secundum ordinem alphabeticum. *Harl.*

2) Elias du Pin tom. IV. bibl. scriptor. eccles. tom. IV. pag. 112. *Quoique nous n'ayons ces lettres que sur la foi de cet auteur, et dans un seul manuscrit, que les Romains ont même pris le soin de cacher, depuis que le pere Lupus s'en est servi, peut être parce qu'il contenoit quelques piéces qui n'étoient pas favorables aux prétentions de la cour de Rome, on ne peut pas néanmoins douter qu'elles ne soient anciennes.* adde pag. 113. 248. seq.

Gerontius, presbyter 10.
 Gessius, scholasticus 6.
 Helio 28.
 Helladius 12. 26. episcopus 41.
 Inachus 43. et 44. nisi posterior potius re-
Alia regula Serapionis, *Macarii*, *Paphnutii*, iunioris *Macarii* et aliorum 34. ex codice *Affligemenensi* primum edita ab *Henrico Cuiquio*, episcopo postea *Ruremondensi*, ad calcem *Cassiani*, Antwerp. 1578. 8. et deinde in codice regularum *Holsteniano* recusa.

Λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ αἰμαρτωλῶν τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, sermo de exitu animae iustorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore et in quo statu manent, sub huius *Macarii* nomine editus est ex codice MS. bibl. *Paulinae Lipsiensis* a *Guilelmo Cameo* ^{u)} cum interpretatione *Henrici Warthoni*. Postea [P] veluti ineditum ex eodem *Lipsiensi* et duobus *Viennensibus* codicibus ^{uu)} cum versione sua vulgavit *Jacobus Tollius* ^{ww)} in insignibus itineris italici pag. 192. *Ultraiect.* 1696. 4. In alio MS. quod memorat *Lambecius* lib. VI. pag. 303. ^{ww)} tribuitur *Alexandro Ascetae*, *Macarii* scilicet discipulo. Nam in alio, quem *Tollius* etiam inspexit, praemittuntur verba τῆ ἀγίης Μακαρίας τῆ Ἀλεξανδρείας ὁ μαθητὴς διηγέσαστο ὅτι ποτὲ etc. Confer similem, licet breuiorem διήγησιν τῆ μακαρίας Ἀντωνίας apud *Palladium* in *Lausiaca* *Historia* pag. 69. edit. *Meursii*.

Fragmentum ἐκ τῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας in *MStis* *Anonymi* locis communibus asceticis, de quibus *Lambecius* lib. V. pag. 154 seq. (in cod. *CCLI.* v. pag. 326. ed. *Kollar.* et de *Eusebio*, *Alexandrino*, ad init. huius II. sectionis. *Harl.*)

III. *Alit*

ss) Alia, in codice regularum *Holsteniano* contenta, vide in laudato *B. Ittigii* libro pag. 652. seq.

tt) In *Hist. literaria scriptor. ecclesiasticor.* ad a. C. 373. *Lond.* 1688. fol. *Genen.* 1694. 1705. 1720. fol. *Basil.* 1741. fol.

uu) Scilicet cod. CCX. nr. 12. Inscriptio autem et initium est: τῆ Ἀββῆ Μακαρίας αὐτῆς χωρίεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος etc. v. *Lambec.* comment. V. p. 49. ibique *Kollarii* not. — In cod. CCXXXVIII. nr. 13. est *anonymi* narratio de statu animarum post hanc vitam, et de *S. Macario*, *Alexandrino.* *Lambecius* l. c. pag. 208. observat, *Ioannem Sambucum* sua manu in margine cod. adnotasse, auctorem istius narrationis esse *S. Isaacum, Syrum, abbatem et anachoretam.* —

Conf. supra, notitiam codicum, init. huius cap. *Harl.*

vv) Alia, quae in illo *Tollii* volumine occurrunt, vide recensita ab *Ittigio* p. 710. seq. et in *Actis* *erud.* a. 1696. p. 297.

ww) In priore *Lambecii* edit. cod. mem. recensio haerebat in adpendice libri VI. sed in edit. *Kollarii* numeratur in vol. V. pag. 628. (vbi v. not. *Kollar.*) cod. CCXXXVII. in quo est nr. 2. sub nomine *Alexandri, eremitae*: inc. τῆ ἀγίης Ἀλεξάνδρας τῆ ἀσκητῆ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διαδεδούτων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο ἀγγελίας συνελαθόντας τῇ Ἀββῆ Μακαρίῳ etc. Add. *Fabris.* infra lib. V. cap. 45. vol. X. pag. 473. *Harl.*

III. *Alii Macarii ultra quinquaginta.*

Macareus, siue **Macarius**, Aeoli filius natu minor, Cononis frater. Vide *Ovidii* Heroid. epist. XI. *Plutarchi* parallela f. 312. et Antiphanis versus apud *Athenaeum* X. pag. 444. Idem socer Lesbi, *Lesbiorum rex*, Megaclonis pater, de quo meminit Clemens in protreptico, et ex illo Arnobius IV. contra gentes. Confer *Theodorum Canterum* Var. lect. libro et capite primo. Ab hoc Lesbus Macaria dicta teste Diodoro Siculo V, 82. quo nomine venit etiam Cyprius, Cyprique opidum, Ptolemaeo memoratum et Rhodus et Arcadiae ciuitas, Pausaniae laudata, et *πηγή μακαρία* in Marathone, vt insulam Macariam, siue Fortunatam, in sinu Arabico et Macariam inter Aeones Valentiniani omittam. [Macareus Lesbis, legislator. v. supra, vol. II. pag. 34.] Praetereo quoque Macariam, Herculis filiam, quae se pro Atheniensibus deuouit, quaeque loquens inducitur ab Euripide in Heraclidis, et Macariam, vnam ex quinquaginta filiabus Danai, et Gabiniam Macariam in veteri Inscript. ap. Gruterum pag. 872. II. Macariam item martyrem, de qua Martyrologia VIII. April.

Macar, siue **Macarius**, a quo *μακάριον* insulae. Mela II. 7.

Macareus, Lyconis filius. *Apollodor.* III. 8. conditor vrbis cognominis in Arcadia. Vide *Natalem Comitem* IX. 9. Mythol.

[P] **Macarius**, qui cum Felice et Vero scripsit Acta Martyrum SS. Tharaci, Probi et Andronici, quae graece et latine edidit Emericus Bigotius. Latine exstant apud Baronium a. C. 290.

Macarius, qui cum Maximo et aliis scripsit Epistolas ad S. Cyprianum.

Macarius, ad quem in fide christiana confirmandum S. Athanasius misit libros duos aduersus gentes, veluti *σοιχείωσιν καὶ χαράκτῃρα τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως*.

Macarius, ad quem Paulinus Nolanus Epist. 36. (al. 49.)

Macarius, siue **Macareus**, cuius *Κωϊκῶν* f. commentariorum de rebus Coorum librum tertium citat *Athenaeus* VI. pag. 262. et XIV. pag. 639.

Macarius, abbas, de quo *Cassianus* Collat. VII. 27. *Fabr.*

Macarius, abbas, a. C. 1146. cuius charta, qua thuribulum aureum se redditurum esse pollicetur, est in cod. latino MMMMDCCLXIII. bibl. publ. Paris. *Harl.*

Macarius, *Aeni* episcopus, qui interfuit concilio Chalcedonenfi dannauitque Dioscorum.

Macarius, *Alexandrinus presbyter*, qui cum Athanasio fecit. Vide *Socratem* I. 27 seq.

Macarii duo, *diaconi Alexandrini*, qui subscripsere depositioni Arii in concilio Nicaeno.

Macarius, metropolita *Ancyranus*, saeculi XV. scriptor, de cuius opere non continendo MS. *κατὰ τῆς τῶν Λατίνων κακοδοξίας καὶ κατὰ Βασιλαίμ. καὶ Ἀκινδύν* vide *Allatium* de consensu vtriusque ecclesiae pag. 866. pag. 3. 14. 159. 215. 266 seq. 296. 297. 316. 456. seq. *Lambec.* V. pag. 223. [p. 458 sqq. ed. Kollar.] Exstant et Mathusalae, monachi, et

illo Macarii opere eclogae MSS. Vide *Nessel.* IV. p. 123. *Fabr.* *De Damasceno ex Macario, Ancyrano*, quaedam misit Allatius ad Aubertum, Fabricio infra in vol. VIII. vet. ed. pag. 821. animaduertente. *Harl.*

Macarius, episcopus *Antiochenus*, Monotheleta, in CPolitano concilio a. C. 681. sede pulsus, cuius expositio de fide et fragmenta ex libro ad Lucam, monachum ac presbyterum Africae, et *προσφωνητικῶν* ad Constantinum Pogonatum, imp., leguntur in actis dictae synodi tom. VI. concil. edit. Labbei pag. 743. 906. etc. Confer *Combesii* historiam Monotheletarum. Hic est, qui inter Montheletarum antesignanos cum Honorio, papa, Sergio et aliis nominatur in epistola synodica trium patriarcharum ad Theophilum, imp., de imaginibus, inter Opera Iohannis Damasceni, tom. I. edit. nouae p. 633. *Fabr.* Conf. infra, vol. X. p. 194. sq. In definitionibus fidei orthodoxae, (quas *Montfau.* in bibl. Coislin. p. 265 sq. publicauit ex cod. CCV.) *Μακάριος* (sic) *Antiochenus* inter eos nominatur, quorum errores anathemate damnantur. *Harl.*

Macarius, Armenius, archiepiscopus *Antiochiae* Pisidiae, a. C. 1011. defunctus, cuius vitae Acta apud *Surium* 10. April. Huius Macarii reliquiae Gandavi, *Papebroch.* tom. I. April. p. 873. seq. *Pagi* ad a. C. 1012. nr. 7.

Macarius, presbyter *Antiochenus*, qui cum Eugenio fortiter resistit Iuliano, imp., vt ex Actis Artemii, martyris, notat *Baronius* ad a. C. 362. nr. 90.

Macarius, presbyter, *Arianis* fauens contra Athanasium et ab Eusebianis missus ad Iulium, episcopum Romae a. C. 338. Meminit Iulius in epistola ad Antiochenos, quam Athanasius apologiae suae ad Constantium, imp., inseruit.

Macarius *Ἀγκύραν* episcopus, qui interfuit concilio secundo Nicaeno: quacumque et *Μακάριος* siue Macarius, archimandrita Bardae, *Βαργάδα*.

Macarius, *Armenius*. Supra in Antiocheno.

[*Macarius Choniata*, cuius thesaurus orthodoxae fidei est inter codd. *Thomae Gale.* *Harl.*]

[Macarius metropolita Christopoleos. Cum sex aliis archiepiscopis a. C. 1346. scripsit epistolam ad Annam, imperatricem, contra Io. Calecam, tamquam Barlaami Calabri et Gregorii Acindyni sectatorem et ob varia crimina, sede sua deliciendum et e gentio sacro expellendum. Est illa epistola gr. in cod. caesareo *Vindob.* VI. nr. 11. eiusque initium finemque exscripsit *Lambec.* comment. VI. part. I. p. 58 sqq. *Harl.*]

Macarius, *Chrysocephalus*, Philadelpiae metropolita, saeculo XIV. clarus, de quo infra cap. XVII.

Macarius, patriarcha CPol. ab a. 1375. *Fabr.* In catalogo patriarchar. CPolit., a *Phil. Labbeo* edito in Protreptico corporis hist. Byzant. inter posteriores X. patriarchas pag. 36. sq. numeratur CXLIII. *Μακάριος* annos 11. menses VII. dies XV. v. *Lambec.* comment. VIII. pag. 1097. *Harl.*

Macarius, patriarcha CPol. secundus ab a. 1573.

Macarius, CPol. confessor sub Leone, Armeno. Infra *Pelecetes*.

Maca-

Macarius, ὁ Κερυνᾶς, hieromonachus et praepositus monasterii τῶν Μαγγάρων CPoli, legatus ab imp., Iohanne Palaeologo, ad Martinum V. papam. Vide *Syluestrum Sguropulum* in hist. concilii Florentini sect. II. cap. 16. pag. 12.

Macarius, Cyrensis, (ἐν Κύρῳ) presbyter, S. Basilio memoratus epist. 403.

[**Macarius** Diadochus, cuius et aliorum varia in cod. *Parif.* MMCDXXVI. exstare, notauit *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. II. p. 732. *Harl.*]

Macarius, *Edeffenus*, quem audiuit Lucianus, Antiochenus presbyter et martyr. fasc. III.

Macarius, (aliis perperam Comarius,) *episcopus* in Aegypto, ad quem scribit Cyrillus Alex. Idem ab Alexandrina synodo missus ad Nestorium a. C. 430. Vide *Garnerium* prolegom. ad tom. II. Marii Mercatoris.

Macarius, *haereticus*, a sexta synodo in exilium missus. Tom. III. concil. Bini pag. 492. act. I. synodi secundae Nicaenae. Vide supra in Antiocheno.

Macarius, *Heraclae* in Thracia metropolita ac deinde monachus, cuius mentio in descriptione montis Atho apud *Bernardum de Montfaucon* palaeographiae graecae libro VII. p. 480. *Fabr.* In nonnullis codd. *Coisl.* in margine manu *Macarii*, gr. adscriptum legitur, codicem bibliothecae S. Laurae in monte Atho adpositum esse a. C. 1218. *per monachum*, *Domnum Macarium* ex gr. in codd. VIII. LVII. CXIII. CCII. CXXIII. CXXVII. Vid. *Montfauc. bibl. Coisl.* pag. 43. 120. 186. 252. 199. et 200. Nempe *Macarius* illo anno libros bibliothecae S. Laurae per ordinem in pluteis collocarat. — Ad alium *Macarium*, *Monachum*, serioretm, scripsit Gregorius Palamas epistolas in codd. *Coisl.* v. *Montfauc. bibl. Coisl.* p. 170. fin. vbi adpellatur *Hieromonachus*, et 325. *Macarii*, *Hieromonachi*, scholia mathem. v. supra, vol. IV. p. 218. *Harl.*

[**Macarius**, Hieromonachus et abbas monasterii insulae Patmi. Eius epp. in Martini Crusii Turcograec. v. supra in h. vol. pag. 94. — *Macarius*, ex Patmo insula, hierodiaconus, linguae vtriusque peritus etc. in monasterio Patmi, insulae, sibi et lectioni S. S. patrumque eccl. viuens, valde laudatur a *Demetrio Procopio* de erudit. gr. v. infra, vol. XI. pag. 801. sqq. *Harl.*]

Macarius, ad quem Constantini M. epistola apud *Theodorum* lib. I. hist. cap. 17. *Episcopus Hierosol.*, ab a. C. 314. qui concilio Nicaeno interfuit, et a. C. 331. est defunctus. Vide martyrologia die 10. Martii. *Papebrochium* tom. II. Martii 34. *Sozom.* II. 20. *Fabr.* In cod. caes. *Vindobon.* LVI. nr. 2. est ex Gelasii Cyziceni libro II. historiae actorum concilii Nicaeni I. fragmentum a cap. XII. vsque ad XXIII. in eo continentur disputationes, a *Macario*, *episcopo Hierosolymitano* aliisque episcopis cum Arianis, inter quos praecipue Phaedo philosophus, palam habitae. Plura v. in *Lambecii* comment. VIII. p. 1027. sqq. Male ei a Sandio tribuitur *vita Constantini M.* v. supra, vol. VII. pag. 403. §. 18.

[**Macarii**, Hierosolymorum praefecti, sermo *de inuentione capitis Praetursoris*, in cod. *Taurinensi* CCCXX. fol. 411. auers. v. catal. codd. gra. Taur. p. 400. *Harl.*]

Macarius II., episcopus *Hierosol.* ab a. C. 556. ad 570. Vide *Papebrochii tractatum praeminar.* ad tom. III. Act. Sanctor. Maii p. XXIX.

Macarius, ex homicida monachus Scetenfis, *Κελλων* presbyter. *Sozom.* VI. 29. *Palladius* Lausiaca. c. 6. *Niceph.* XI. 36.

Macarius, episcopus *Laodiceae*, qui interfuit synodo Orientalium post concilium Ephesinum, *Iohannes Macarius*, Greuelinganus Flander, Aëriensis in Artesia canonicus, Pauli Leopardi discipulus et eruditae antiquitatis strenuus scrutator, a. 1624. denatus, de cuius ineditis scriptis videndus *Valerius Andreas* in bibl. Belgica p. 505. et *Franciscus Socerius* in Athenis Belgicis p. 445. Ex eius *Hagioglyptis*, nondum editis, locum producit *Io. Chifletius* de linteis CHRISTI sepulchralibus p. 173. Idem *Chifletius* Macarii huius Abraxae siue diss. de gemmis Basilidianis edidit Antwerp. 1657. 4.

Macarius, *Luciferianus*, cuius mentio in libello precum Faustini et Marcellini.

Macarius, *Lugdunensis*, siue *Laudunensis*, episcopus, confessor, cum S. Martino Turonensi versatus, de quo *Papebrochius* ad IV. Maii tom. I. p. 492. seq.

Macarius, *Macer*, siue *Macres*, amicus Georgii Phrazae, historici: montis Atho hieromonachus, inde CPol. protosyncellus, a. C. 1431. defunctus. De eius libro MS. aduersus Latinos, in quo processionem Spiritus S. a Filio impugnat, vide *Allat.* de consensu lib. XXII. 18. §. 11. p. 361. seq. *Fabr.* *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIII. nr. 15. plut. 74. est *Macarii Macri* descriptio imaginis magni Demetrii, quum insidiis fuisset adpetitus, et nr. 16. imago super Christi natiuitate. vid. *Baudm.* cat. codd. gr. Laur. III. pag. 105. — In bibl. *Bodlei.* inter codd. Guil. Laudi, nr. 720. 17. *Macarii Macre*, hieromonachi, aduersus Latinos: quod adfirmare, Spiritum S. ex filio procedere necessarium non est; sed innouatio in fide. Idem opus. in codd. *Parif.* bibl. publ. MCCXVIII. nr. 31. et MMDCCLXII. nr. 8. — *Parif.* in cod. *Coislin.* CCCVII. in collectione homiliarum et vitarum Sanctorum per annum etc. nr. 41. Iul. 11. *Macarii Macre* de inuentione et translatione S. Euphemiae, martyris, teste *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* p. 424. *Harl.*

Macarius, *Magnes*, siue *Magnesiae*, vt quidam volunt, episcopus, cuius fragmenta exstant in Nicephori CPol. antirrheticis MSS. Dixi de illo lib. V. cap. 1. *Fabr.* Pag. 296 sqq. vol. VII. vbi cel. *Keil* latius curatiusque egit de Macario Magnete. — Opus aduersus gentes cod. Venetum (v. Introd. m. in hist. L. Gr. II. 2. p. 358.) in Hispanias translatum esse putat *Lamius* in praef. ad antiq. *Delicias* erudit. a. 1740. p. XXIX. — *Parif.* in bibl. publ. cod. CCCLXIV. nr. 3. exstat Ioannis, Antiocheni patriarchae, opus de sacris mysteriis, e variis scriptorum eccles. locis concinnatum. In illo autem occurrere *Macarii Magneti*; auctoris hactenus inediti; fragmentum sat longum, adnotat confector catal. codd. *Parif.* II. 50. — *Macarius Magnes* graecis scriptoribus pro veritate doctrinae Christianae adnumeratur supra in vol. VI. pag. 748. vbi quaedam obseruata sunt. *Harl.* *Magneti* fragm. in *Gallandii Bibl.* PP. III. p. 541.

Macarii *p. martyris*, vt *Afar*, *Melitenus*, *Nicaenus*, *Syrus* etc. de quibus *Baron.* ad martyrolog. *Fabr.* *Florentiae* in cod. *Laurent.* XIV. nr. 62. plut. 9. martyrium S. Donati episcopi, *Macarii*,

Macarii, presbyteri, Theodori, diaconi, ultimo supplicio adfectorum in Pothmuie. Id ex hoc cod. cum versione *Dan. Cardoni*, S. I. in actis SS. ad Maii d. XXII. tom. V. pag. 144. exscriptum editumque esse ostendit *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 410. — In vitis Schor. m. Septembr. martyrium Eudoxii, Romalis (s. Romuli s. Romuli, Ρωμύλης). Zenonis et *Macarii* in cod. *Barocc.* CCXXX. et inter codd. *Oliueri Cromwelli*, in bibl. Bodlei. nr. CCLXXXV, 7. catal. — Eorumdem martyrium, conscriptum a *Syneone Metaphraste*, *Vindobonae* in cod. caesar. XVI. qui continet magni menologii Graecorum menses Sept. et Octobr. nr. 10. *Lambec.* comm. VIII. pag. 504. sqq. obseruat, exstare hoc martyrium tom. V. syntagmatis *Suriani* de probatis SSorum historiis; latine, d. V. Sept. et in *Menaeis* Graecorum celebrari illorum martyrum memoriam die sexto Sept. Kollarius autem in nota addit, id opusc. graece et lat. in luceni prolatum esse ab Hagiographis ad d. V. Sept. tom. II. pag. 511. — Ibid. in cod. XII. qui continet cantica sacra in sanctos totius m. Aprilis, d. X. in martyres, Terentium, Pompeium, *Macarium* etc. eorumque socios. V. *Lambec.* commentar. VIII. pag. 208 sqq. ibique not. Kollar. — in magni menologii Graecorum m. Febr. d. 32. s. cod. XI. martyrium *Eugenii* et *Macarii*, fratrum germanorum. *Lambec.* VIII. pag. 186. vbi Kollar. in nota, „*Euthymii*, ait, et *Macarii*, martyrum, qui sub imp., Iuliano, passi sunt, memoriam celebrat ecclesia d. 20. Dec. ad quem diem exemplar hoc nostrum Bollandianis scriptoribus vsui esse poterit.“ *Harl.*

[*Macarius*, Monembasia, Peloponnesi, oriundus, qui a. C. 1548. a patriarcha CPolitano Dionysio muneri sacro archiepiscop. Proconnessi est consecratus, tradente id *Lambecio* in comment. de bibl. caesar. V. p. 383. *Harl.*]

[P] *Macarius, Monothelita*. supra in Antiocheno.

Macarius, Mutius, camers, cuius epistola ad Angelum Politianum lib. VII. epistolarum Politiani exstat, et libellus de recta poëscos ratione cum carmine de triumpho CHRISTI, Venet. 1567. et apud Posseuinum, bibl. selectae XVII. 30-32.

Macarius, siue Macareus, Mytilenaeus, sacrificulus Bacchi, de quo *Aelianus* XIII. 2. Var. Hist.

Macarius, Nicomediensis, episcopus, qui epistolae CPol. ecclesiae ad Bohemos saeculo XV. subscripsit apud *Allatum* de consensu III. 4. §. 2. [conf. infra, lib. V. c. 41. vol. X. pag. 440. XXXIII. vet. ed. inter eos qui subscripserunt synodo VIII. v. *Matthaei* notit. codd. Mosq. pag. 23.]

Macarius, Origenianus, Vide infra in Romano.

Macarius, Peleetes, monasterii Hegumenus CPol. sub Leone Armeno Confessor imaginum, de quo Papebrochius ad 1. April. tom. I. p. 30-31.

Macarius, Arius, Petrae, in Palaestina, episcopus, ab Arianis in Africam relegatus. Vide Baronium ad a. C. 348.

Macarius, Philadelphiae metropolita, cognomento Chrysocephalus, de quo infra c. XVII. [p. 771. sqq. vol. VII. vet. ed.]

Macarius, *Pinnatenfis*, in Arragonia monachus, qui latine scripsit *Vitam SS. Voti et Felicitis*, eremitarum, quae exstat tom. VII. Act. Sanctor. 29. Maii, p. 61.

Macarius, ὁ πολιτικός, eremita, de quo in *Cotelerii* monumentis III. p. 162:

[Macarius, praepositus; ad eum Theodorus studites saec. VIII. et IX. plures scripsit epistolas. v. codd. Coislin. in *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 146. et saepius, et indic. ad illam, voc. *Mac. praepositus.* Harl.]

Macarius, *Prymnesiae* episcopus, qui interfuit synodo V.

Macarius, *Romanus*, monachus, cui Rufinus versionem libri Origenis περὶ ἀρχῶν et Apologiam suam pro Origene inscripsit, quemque inuectiua prima in Hieron. testatur *opuscula aduersus fatum et Matthesin* scripsisse. Librum aduersus mathematicos [h. e. astrologos iudiciarios] memorat etiam *Gennadius* cap. 28. de script. eccles. in quo, inquit, labore orientalium quaesivit solatia scripturarum. Pro solatia forte legendum *solutiones*. At per orientales scripturas intelligere videtur *Gennadius* scripta Rufini, qui tum in oriente versabatur^{xx}). Vnde *Hieronymus* Apologia 2. in Rufin. de hoc Macario loquens: *Ergo nisi de oriente venisses, eruditissimus vir haereret adhuc inter mathematicos.* Hic est *Hieronymo* epist. 16. memoratus Rufini discipulus ὁ ἄβιος. Confer *Baron.* ad martyrolog. 2. Ianuar.

Alius Macrius, *Romanus*, de quo *Palladius* cap. 36. extremo, [et Fontanin. modo in not. citatus.] Graeci Menolog. [P] 23. Octobr. et in vitis patrum Theophilus quidam, sed qui minus, vt ait Baronius, probetur. *Fabr.*

[Alius forsan *Macarius, Romanus, eremita*, cuius vita exstat *Parif.* in bibl. publ. in cod. latino MMDCXXVIII. nr. 42. (cat. codd. Par. tom. III. pag. 306.) et in cod. *Laudi* LXIX. siue nr. 1106. cat. bibl. Bodlei.

Macarius Titus contra Manichaeos. Loca ex eo in Nicetae collectione interpretationum varr. in Lucam, notante *Montfauc.* in bibl. Coislin. cod. CCI. p. 251. Harl.]

Diuer-

xx) Conf. I. A. Fabricii bibl. lat. med. et infim. latinit. tom. V. p. 2. ed. Mansi. Praecipue *In-
sus Fontaninus* in historia litter. Aquileensi, libr. V. cap. 1. pag. 201. sqq. multus est de hoc Macario, qui Sanctis adnumeratur apud Bollandum tom. I. Ian. p. 90. Fontanin. tamen in loco *Gennadii orientales scripturas* intelligit de scriptis Origenis et Pamphili: in fine autem §. 11. postquam vim voc. *mathematici*, h. e. astrologi, docuerat, „in istiusmodi, ait, homines, fati adsertores, scribenti Macario suppetias tulit Rufinus labore orientalium scripturarum, vt ait *Gennadius*, nempe latina interpretatione apologiae Scti Pamphili pro Origene et huius opere de Prin-

ciis. Hinc coniecturae Fabricii, *solutiones*, robur additur, tum ex hac interpretatione, tum imprimis ex alio Hieronymi loco in apologet. II. a Fontanino excitato: *tua nanis*, (u. quae Rufinum aduexerat, in somniis a Macario visa,) *romanae urbi reuelatione promissa, aliud pollicetur, et aliud efficit. Mathematicorum venerat solvere quaestiones, et soluit fidem christianorum*, add. pag. 213. Idem Fontan. pag. 302. explicat locum *Palladii* in hist. Lausiaca cap. 123. vbi *Macarius* dicitur ex *Vicaria*, h. e. vicaria praefectura, defunctus, monetque, *Macarium* hunc, monachum, non diuersum esse ab eo, cui scribit epistolam S. Paulinus Nolanus. Harl.

Diversus, ni fallor., ab his duobus Macarius, *Romanus*, qui nudus et villosus pingitur in ephemeridibus graeco Ruthenis 19. Ianuar. vna cum Macario, Aegypto, qui male ibi dicitur episcopus. Vide ante tom. I. Act. Sanctior. Maii pag. 12. seq.

Alius, Macarius, *diaconus romanus*, legatus missus a Gelasio, episcopo Rom. ad episcopos Dardaniae et Illyrici. Vide *Gelasii* epist. 8.

Macarius, *Sardicensis* episcopus, qui cum aliis Syriae episcopis Nestorium monuit, ut ab ecclesia turbanda desisteret, in epistola, quae legitur in Actis synodi Ephesinae lib. I. cap. 31.

Macarius, *Scotus*, abbas primus Herbipolitanus in Franconia circa a. C. 1139. qui scripsit de laude martyrum, ut ex Eifengrino notat Possevinus. Eiusdem sententiam de anima oppugnavit libro de anima^{yy)} inedito Bertranus, siue Ratramnus.

Q. *Trellius* Macareus in veteri inscriptione apud Gruterum p. 955. 9.

Macarius, a Constante, imp., in Africam missus ad *vincendos* cum catholicis Donatistas, de quo multa viri docti ad Optatum. Ab eodem Macario dicta tempora Macariana, et Macariani pro catholicis christianis.

Aliorum praeterea Macariorum quorundam meminit *Urbanus Gotfrid Siberus*, ecclesiastes Lipsiensis, in epistola^{zz)} a. 1710. edita ad D. Gleichenium, in qua praeterea occurrent tibi Macarius, consul Rom. fictitius, Macarius presbyter, a Mabillonio confictus, Macarius Nouato Sabbatianus, et Macarius, monachus, apud Balsamonem. [*Macarii* Alex. Opuscula leguntur in Gallandii B. PP. VII. p. 237. Aegyptii ib. p. 3. sq. et alterius *Macarii* Regula ad monachos p. 243 sq. B.]

IV. AMPHILOCHIVS, Cappadox, Basilio M., et Gregorio, Naz., familiaris ac vehementer laudatus, e monacho episcopus Iconii, Lycaoniae metropolis, Arianorum strenuus aduersarius, atque Theodosio Magno¹⁾, dum filium eius insalutatam praeterit, et quomodo similiter [P] DEVS, pater, honore Christo denegato offendatur, demonstrat, auctor fuit, ut edictum²⁾ aduersus coetus Arianorum promulgarét, quod, a. C. 381. datum, exstat in codice Theodosiano lib. XVI. tit. 1. qui est de fide catholica lege 3. tom. VI. p. 9. Eodem anno interfuit concilio CPol. quo Macedonius damnatus est. Praefuit deinde a. C. 383. synodo Sideni aduersus Messalianos, (qui etiam Enthusiastae, Euchitae et Adelphiani,) teste Photio cod. LII. Eos scripto etiam omnium optime, (sed quod intercidit,) consutasse narrat Theodoritus IV. cap. antepenultimo haereticarum fabularum. Denique interfuit synodo CPolitanae³⁾ a. C. 394. in qua Bagadius in episcopatu Bostrensi confirmatus est, qui in iure

Aaa 3

graeco

yy) Vide *Georgium Mackenzie* in vitis scriptorum Scotorum, anglie editis Edinburgi 1708. tom. I. p. 59.

zz) Vnschuldige Nachrichten a. 1710. p. 316.

a) Quamquam *Sozomenus* VII. 6. Amphilo-
chium illum ignobilis oppidi episcopum et in re-
rum usu parum exercitatum vocat, quae Valefius
putat Amphilochio nostro male convenire: tamen
ad Iconiensem episcopum hoc discrete refert non

modo *Nicephorus* XII. 9. Metaphrastes, Menaea
aliique iuniores, sed etiam *Theodoretus* V. 16. Hist.

b) Meminit illius edicti praeter alios *Facundus*
XI. 3. cuius locus addendus testimoniis, quae Am-
philochio suo praemisit Combesius.

c) De illa synodo *Lambec.* VIII. p. 406. 441.
[p. 360. Kollar.] concilia Labbei tom. II. p. 1151.
canones concilior. cum notis Zonarae pag. 525.
Balsamonis p. 761.

graeco romano pag. 247. male Ταβάνος. Proximo anno diem obiisse viri docti suspicantur. Ad summam senectutem prouectum referunt martyrologia et ménologia, qui eius memoriam celebrant die 23. Nouembr. Vita Amphilochoi, quam ex regis Galliae cod. XCII. sub Metaphrastae nomine vulgavit *) graece et latine cum notis Combefissius, quae incipit *ἡ ζωὴ τοῦ πατρὸς ἀνῆλ*, est scriptoris, metaphraسته antiquioris, ut ipse Combefissius deinde in bibl. Concionatoria agnouit, testatus, se Amphilochoi vitam, cultiore oratione compositam, nactum, quae incipit: *καὶ τὶ τῶν καλῶν ἔσται τις*. Memorat Allatius etiam aliam incerti scriptoris, quae incipit: *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐνεύαις*. De Amphilochio ipso accurate, ut solet, Tillemontius tom. IX. memoriar. hist. ecclési. pag. 516. sq. Fabr. Add. G. Caue hist. litt. SS. eccl. tom. I. p. 251. L. Ell. du Pin nouv. bibl. tom. II. p. 333. Is, dum putabat, sequitur Gregor. Nazianz. ep. 19. 106. et 160, Amphilochoium iuuenem fuisse caussarum patronum, refutatus est Basnage in Annal. polit. ecclési. III. pag. 145. a. Hic enim ostendit illum Amphilochoium a Gregorio Nazianz. memoratum, fuisse diuersum, ab Amphil. Iconiensi. Nath. Larduer in Credibility of the Gospel History, part. II. vol. IX. cap. 99. p. 142 sqq. Car. Oudin comm. de SS. eccl. tom. II. p. 216 sqq. R. Ceiller. hist. gen. des Aut. eccl. tom. VII. p. 307. J. G. Walchius H. E. noui test. p. 1360. G. Stollis Nachricht von den Kirchenvät. pag. 434 sqq. qui, ut etiam Hamberger in L. N. II. pag. 868 sqq. et Saxius in Onom. I. pag. 440 sq. plures adhuc indicant scriptores, a quibus de Amphilochio agitur. Vita Amphil. citatur in Euergetino, f. cod. Naniano CXLVIII. v. cat. codd. gr. Nan. p. 340. Harl.

Plurima et egregia quum scripserit Amphilochoius; tantum non omnia interciderunt. Certe praestantissima, ut de Spiritu S. Deo *) adorando, et aduersus Massalianos, Arianos et Commentarii in Echaïam, aliaque multa desiderantur; quae, a Caueo satis diligenter enarrata, non repetam; tantum addam, quod Facundus XL 3. praeter alia actis concilii Chalcedonensis, et a Theodoro similiter citata laudat etiam Amphil. in illud Ioh. XX. 17. *adscendo ad patrem meum et ad patrem vestrum*. Quae vero exstant sub Amphilochoi nomine in editione [F] Francisci Combefissii, quam cum Methodii, Patarenis et Andreae, Cretensis, scriptis graece et latine

d) Latine, sed maiore verborum fluxu apud Lipomannum tomo V. Aiunt etiam, exstare apud Surium 23. Nou. Sed in edit. a. 1581. quae mihi iam ad manus est, desideratur. Fabr. Quaedam in illa vita redolere fabulas, viri docti clare docent. Vid. du Pin, Basnage et Stolle II. cit. In pluribus bibl. publicae Paris. codd. est vita Amphilochoi, sed vtplurimum in catal. tom. II. nude indicata. DLXXIX, nr. 3. — DLXXX, nr. 3. — MXXI, nr. 7. — MCXCV, nr. 39. — MCDLXXXII, nr. 2. — MDXLV, nr. 7. — MDXLIX, nr. 20. et MDLIV, nr. 1. vbi inc. *Καὶ τὶ τῶν καλῶν ἔσται*. — Sub nomine Symeonis Metaphrastae vita Amphilochoi in aliis quatuor codd. Paris. reperitur, n. DCXCIII. nr. 4. —

MDXIII. nr. 3. — MDXXV. nr. 19. — MDXXX. nr. 5. — In cod. Coisl. LXXI. de quo vide Montfaucon. bibl. Coisl. p. 131. etc. Harl.

e) In Reiseri catal. MSS. August. Vindel. pag. 20. citatur cod. qui continet *ad Amphilochoium Icon. de Spiritu Scto*, et pag. 22. Dionysii Areopag. Athanasii, Basilii M. *Amphilochoi et aliorum contra Arianos*, — pag. 28. *Amphil. aduersus Arianos sermo*. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XI. nr. 2. plut. 60. excerpta de Trinitate et Spiritu Scto ex Script. S. *Amphilochio* multisque aliis, teste Bandin. cat. codd. gr. Laur. II. pag. 600. Harl.

Latine vulgavit. Paris. 1644. fol. 5.) haec sunt, exceptis homiliis quibusdam, magnam partem suspecta, et iunioris, ut videntur, scriptoris: —

1. *Eis τὰ γενέθλια in Natalitia Christi*, pag. 1. Incipit: ὁ μὲν πνευματικός σπας. Occurrit etiam periinde, ut ceterae, quas deinceps memorabo, Amphilochoi homiliae latine in bibl. Patrum Lugdunens. tom. V. et in bibl. concionatoria Combesii, qui eam ait se accepisse a *Iohanne Auberto*, qui, Amphilochoi editionem pridem meditatus, e regio codice eum fermique descripserat. *Fabr.* In cod. bibl. *Paris.* MCLXXIII. nr. 17. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii cod. LXIX. *Amphil.* sermones, teste *Montfaut.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 198. E. — Sermo quidam in cod. *Laudi* bibl. *Bodlei* nr. 726, 5. In cod. *Escorial.* ascetici sermones teste *Plüero* itiner. per Hisp. p. 156. *Harl.*

2. *Eis τὴν ὀκταήμερον περιτεμνὴν, in circumcissionem, ac brevis S. Basilii laudatio.* p. 10. Incipit: σκιαὶ μὲν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν. Non Amphilochoi, sed incerti auctoris videri, Combesius ipse in bibl. concionatoria agnoscit. *Fabr.* In cod. *Laurent. Florent.* IV. nr. 30. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 522. — in cod. *Paris.* bibl. publ. DCCCXIX. nr. 21. Latine apud. *Surium* 1. Ian. sub *Metaphrastae* nomine. *Harl.*

3. *Eis τὴν ὑπαπαντήν. De occurso D. N. Iesu Christi, deque Deipara et de Anna ac Simeone*, pag. 23. Incipit: Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων. Prodierat ad calcem Theophylacti in acta 6), cum *Laur. Sifanii* interpretatione Colon. 1568. fol. et in *Auctario* bibl. patrum *Paris.* 1624. tom. II. pag. 837. et tom. XIII. edit. 1654. Latine etiam in bibl. patrum *Colonien*si tom. IV. atque ex alia interpretatione in tom. V. *Aloysii Lippomanni*, et apud *Surium*, 2. Februar. *Fabr.* In codd. *August.* *Vind.* secundum *Reiseri* catal. p. 8. 24. 28. — *Vindobonae* in bibl. caesar. cod. XI. nr. 6. et XXXVIII. nr. 2. (*Lambec.* VIII. pag. 155. et 815.) — *Monachii* in bibl. *Bauar.* cod. VIII. et CXIV. — in cod. autem LXXXIII. variae homiliae Amphilochoi et aliorum de diuersis argumentis (catal. codd. gr. p. 3. 44. et 32.) — *Florentiae* in bibl. *Laurent.* cod. VII. nr. 13. plut. 7. et cod. XXXI. nr. 7. plut. 9. (*Bandin.* cat. codd. gr. I. pag. 278. et 442.) — In cod. *Coisl.* CXXI. nr. 29. et CCLXXIV. (*Montfaut.* bibl. *Coisl.* p. 196. et 383.) — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. et in quatuor codd. orat. in praesentationem, et in cod. MCLXXII. or. in purificationem. v. ind. catal. codd. *Paris.* voc. *Amphil.* In bibl. *Bodlei.* orat. in occursum domini etc. in cod. *Barocc.* CLXXX. inc. πολλοὶ τὸ συνεχές τῶν μεγάλων. — inter codd. *Cromwell.* nr. CCLXXXIII. 9. or. in occursum. Inc. πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσι. — et in cod. *Bodlei.* nr. MMD. 30. — or. in occursum etc. *Taurini* in bibl. regia cod. LXX. fol. 364. — cod. CXXXV. fol. 77. — et cod. CCCXVI. fol. 28. — or. in deiparam, Annam et Simeonem, in codd. LV. et XCII. vid. cat. codd. gr. *Taur.* p. 167. 232. 405. 157. et 184. — in cod. *Naniauo.* CXL. nr. 18. et CXLII. nr. 20. v. cat. *Nan.* codd. gr. p. 324. et 331. — et p. 357. de cod. CLVI. nr. 17. — p. 358. de cod. CLVII. nr. 4. — In cod. *Escorial.* teste *Plüero* l. c. p. 156. *Harl.*

4. *Eis*

f) Conf. *Clement* bibl. curieuse histor. I. pag. 222. sq. *Harl.* [Opera et fragmenta A. in *Gallandii* Bibl. PP. t. VI. p. 463. cum eiusd. Prolegg. B.]

g) Confer B. *Itinellum de bibliothecis patrum* pag. 773.

4. *Εἰς ἀγίον Θεότοκον, in S. Deiparam et Simeonem*, p. 36. Incipit: *Ἡ Θεοτοκὸς ἡμᾶς καὶ τήμερον*. Hanc ex Sirmondi apographo sub Amphiloerii nomine edidit, sed deinde Theodoto, Ancyrano, vindicat post Allatium Combefissius, ipse auctoritate Nicephori, CPol., atque ex emendatiore codice Mazariniano noua donatam versione exhibet in bibl. concionatoria. Nominatenus pag. 45. auctor meminit *δυσανύμῃ Νεσορίῃ καὶ τῶν ὁμοίων τρόπων αὐτῆς*. Fabr. In cod. *Coisl.* CV. nr. 33. teste *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 179. — Eadem or. et oratio in quatrigenum Lazarum, in bibl. Sfortiana, v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. p. 702. E. — addē ad nr. 3. et infra, vol. IX. p. 270. V. vet. ed. *Harl.*

5. *Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον, in Lazarum quatrigenum* p. 57. Incipit: *Ὁρῶ πάλιν εἰς μέσον τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην*. Hanc quoque, a Io. Auberto ex regio codice descriptam Combefissius accepit. Fabr. *Parif.* in codd. bibl. publ. MCLXXIII. et in adpend. iterum cod. MCLXXIII. in catal. *Parif.* codd. tom. II. — de cod. *Sfortiano* v. ad nr. antecedent. *Harl.*

6. *Εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἀμαρτωλὸν, in mulierem peccatricem, quae vixit dominum, et in Pharisaum*, habita in magna quarta-feria pag. 64. Incipit: *Ἰκανῶς κινῶς πρῶν*. Ex apographo Sirmondi. Inter Chrysostomi dubia ediderat *Sauilius* tom. VII. p. 376. Fabr. In quinque codd. bibl. publ. *Parif.* in cat. codd. memorati tomo II. indicatis v. indic. — Secundum catal. codd. Angliae etc. I. in cod. *Barocc.* CXCIX. — in tom. II. inter codd. *Wheleri*, nr. MMMMMMMMMLXXXVIII. — *Venet.* in cod. bibl. Marc. DLXXXIII. v. cat. codd. Marc. gr. pag. 300. *Harl.*

[P.] 7. *Εἰς τὴν ἡμέραν τῆς ἀγίας Σαββάτου. In diem magni Sabbati*. p. 86. Incipit: *Ἐπιτάφιον ἐσθρὴν τῆς Σωτῆρος*. Primus graece ex MS. Thuanæ bibl. cum versione sua vulgauerat *Petrus Pantinus*, Tiletanus, decanus Bruxellensis, Antwerp. 1598. 8. additam tribus homiliis SS. Methodii, Athanasii, et Chrysostomi. Exstat et ex Pantini versione in Bibliothecae patrum Colonienſis tomo IV. et in supplemento Parisienſi a. 1639. tom. I. pag. 726. ne de Lugdunenſi dicam, in qua et ceterae homiliae ex Combefissii editione latine exstant tom. V. Combefissius cum regio codice ^{h)} contulit. Verterat et *Achilles Statius*, Louan. 1551.

8. *Περὶ μετανοίας, καὶ ὅτι ἔχει ἀπογινώσκειν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας. De poenitentia, et quod de sua ipsius salute non sit desperandum*. p. 91. Incipit: *Τί ὅτι ἐνταῦθα παρρηγιζόμενοι ὡς υἱοὶ τῆς ἀληθείας* ⁱ⁾; Stilo humiliore nimisque abhorrente scripta, iudice Com-

^{h)} In catal. codd. *Parif.* numeratur cod. MCLXXIII. (in quo plures Amphiloerii homiliae exstant,) nr. 71. — Hom. in salutationem ab angelo factam vidit *Gerh. Vossius*. Conf. infra, inter Sctorum elogia, vol. IX. p. 114. — *Amphiloerii* in sabbatum sanctum Oratio, gr. et lat. progr. *Henr. Phil. Conr. Hencke*, Helmſtad. 1782. 4. praecedit narratio de vita et scriptis Amphilo-

erii. Textus orationis ex rec. Combefissii est nonnullis locis immutatus; versioque noua substituta, additis animaduersionib. tam criticis, quam exegeticis. Conf. *Doederlein*. theolog. biblioth. tom. II. p. 555. *Harl.*

ⁱ⁾ Exstat in bibl. publ. *Parif.* MCCCLXXIII. nr. 44. *Harl.*

Combesius in bibl. concionatoria. Episcopum auctor se profitetur p. 99. verum Amphilo-
chius ille haud fuerit; sed aliquis, qui scripsit post controuersiam motam de cultu imaginum,
ad quam adfluendam quaedam narratiunculae inferuntur pag. 103. seq. et pag. 92. diserte:
ἀλλὰς περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ἐκθρῆς ὁ κατάρτος. In versione Combesii visa sunt le-
genti mihi ac conferenti cum graecis emendanda quaedam, vt pag. 99. Εἰ γὰρ καὶ ἀμαρ-
τωλοὶ ἡμεῖς οἱ ἀσχερεῖς χρηματίζομεν; ἀλλὰ Φαιδρότατος τὴν κλεῖδα τῆς παραδείσου εἰς
τὰς χεῖρας ἡμῶν τῶν ταπεινῶν ἐνέβαλε Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, perperam Φαιδρότατος red-
ditur laetissime, pro, perspicue ac manifeste, vt p. 100. διαπρέψαντες Φαιδρότατα, qui cla-
rissime emittuerunt. Verba pag. 101. Ἦνικα δὲ ἔχε φοβεράς ποιῆσαι τὰς συνθήκας, red-
denda erant: *Quum vero tremendum hoc pactum deluisset seruare*, non, vt Combesius: *post-*
quam autem tremenda pacta fecisset. Pag. 107. vbi ἀπὸ τῆς βίβλου τῶν Πατέρων narratiuncula
ingeritur, verba ὥς μετριάξεν μετὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, innuit senem illum, de quo
ibi sermo est, haud moueri solitum inimicorum spirituum conspectu, qualis ibi memoratur
vnus nomine Ζεγέζεε, efformato, vt suspicor, ab appellatione Cerberi, canis decantati poeta-
rum fabellis. Conferendum cum hac homilia scriptum, a Possino editum, de non desperan-
do, de quo infra nr. XIII.

9. *Iambi ad Seleucum* ^{k)}, praedepa morum et doctrinae, atque librorum sacrae scri-
pturae enumerationem complexi, p. 117. cum [P] metaphrasi latina iambica *Ioachimi Zehneri*,
Superintendentis Schleusingensis, quem Combesius Zechnerum, et in notis p. 250. *nouae*
ecclesiae alumnus adpellat. Ediderat autem Zehnerus sub Amphilochoii nomine Schleusingae
1609. 8. ^{l)} Sunt versus CCCXXXIII. quos ipse in calce adnumerat, atque per tres hecaton-
tades,

k) Huius Seleuci matertera Olympias, ad quam
exstat Greg. Nazianzeni paraeneticus. tom. II.
pag. 132.

l) Add. *Amphilochoii* de recta studiorum ac vi-
tae ratione epistola ad Seleucum, gr. et lat. cum
notis *Conr. Rittershusii*. Altdorf. 1644. 8. v.
Menkenii catal. I. p. 36. nr. 378. et *Chr. Gottl.*
Schwarzii cat. p. 97. 1640. Hanc edit. ignorasse
videtur *Willius*: nam in Nürnberg. Gelehrt.
Lexic. III. pag. 362. citauit tantum, nescio quem
sequutus, *Rittershusii* notas in *epist. Amphil. ad*
Seleucum, sine die et consule. — *S. Amphilo-*
choii, episcopi Iconenf. Cappadociae, mortui a.
CCCLXXXV. epistola ad Seleucum de recta stu-
diorum ac vitae ratione, versibus iambicis scri-
pta, graeco latina. Interprete et editore a.
CICIDCLXXXV. *Antonio Wernero Cunone*, poly-
historo olim et rectore Magdeburg. cum notationi-
bus *Iac. Billii* et *Franc. Combesii*. Addito *Gre-*
gorii Nazianz. carmine XXXIII. de libris bibli-
cis. Recusa pro recitationibus publicis D. *Io.*
Balt. Bernholdi, P. P. Altorphii 1740. 8. Bern-
Vol. VIII.

holdus neque praefationem, neque adnotatt. ad-
didit: saltem bene fecisset, si de Cunonis edit.
cuius equidem notitiam non alibi inueni, quae-
dam scripsisset ouratus. — In codd. frequenter
occurrit illa epistola. — *Paris.* in bibl. publ.
sunt *versus de libris V. et N. T.* in octo codd.
msst. v. indic. ad tom. II. catal. codd. *Paris.* —
In codd. *Coisl.* XXXV. et LVI. fin. *Amphil.*
iambi. v. Montfauc. bibl. Coisl. p. 102. et 120. —
Florentiae in bibl. Laurent. cod. II. nr. 61. plut.
7. sunt vero 340. versus, teste *Bandin.* cat. codd.
gr. I. p. 201. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CV.
fol. 232. ex *Amphil.* iambis in Seleucum. v. cat.
codd. gr. Taur. p. 197. — In bibl. Bodlei. in
cod. *Barocc.* CLXXXV. iambi, et CLVIII. ep. ad
Seleucum. — inter codd. *Th. Gale*, tom. II. cat.
codd. Angliae etc. nr. MMCMV. fin. — *Dublii*
inter codd. colleg. S. Trinit. nr. CDXXVIII. ex-
cerpta ex *Amphil.* iambis et scholiis, ex ed. *Zeh-*
neri. — *Vindobonae* in cod. caesar. CI. nr. 99.
ep. ad Seleucum: *Lambeck.* comm. IV. p. 16 fqq
animaduertit, in duobus scholiis, ad illam ep
reccm

rades, decadesque totidem ac monades ad S. Trinitatem respexisse se ianuit. *Iac. Billius* Nazianzeno vindicare mauult in obseruationibus sacris, atque inter Nazianzeni Opera donauit noua metaphrasi ediditque, quemadmodum occurrit quoque in editione graecolatina Nazianzeni tom. II. pag. 190. Nimirum reperit in MS. codice vetus scholion: καὶ ταῦτα δοκεῖ μοι τῷ Θεολόγῳ τυγχάνειν Φρενὸς, ὡς παρὰ Ἀμφιλοχίου γραφέντα, quasi iub Amphilochoii persona hoc composuerit carmen Nazianzenus, perinde vt ad Nicobulum scripsit ex persona Nicobuli, filii. Sunt nihilominus, inquit Combesius, haec leuiora, quam vt fidem codicum, vindicantium Amphilochio, elcuent. Primum enim minus quadrant hic posita de libris canonicis, cum iis, quae habet de iis theologus, carmine de iisdem pag. 98. edit. *Parif.* vbi absolute pronuntiat de Pauli epistolis et septem catholicis, nulla mentione libri *Esther* aut *Apocalypsis*. Tum quia videntur hi iambi non ita accedere ad sothurnum Gregorianum, potiusque referre facilem Amphilochoii venam, ac nonnihil licentius decurrere, et filo orationi solutae propinquiori, - - - et quid vetat, ut theologo aequalis isque ipse omni scientiarum genere excultus ac plane vir ἑλλογιμώτατος, etiam metro Seleucum instituerit, ad quem prosa semel et iterum scripsisse probant, quae eius producimur fragmenta. Nec est simile in aliis allatis, in quibus statim palam est assumpta persona. Etiam Balsamon habet vt Amphilochoii, p. 1080. edit. *Parif.* passimque *Damascenus* in elementis in codice eminentiss. *Rupificaldii*. *Conradi Rittershusii* notas, a quo illustratos Amphilochoii iambos ad Seleucum refert *Hendreichius*, haud vidi. [Sed v. notam antecedentem.]

10. Πήσεις καὶ ἐκλογαί, sententiae et fragmenta Amphilochoii, collecta a Combesio ex scripto, ad Seleucum, Traiani, praetoris, nepotem pag. 136. 144. seq. et 153.

Ex sermone in illud: Marc. XIII. 52. de die illa et hora, in quem locum duo συντάγματα composuisse pag. 138. traditur.

In illud: Iesus autem proficiebat sapientia *Luc. II. 52.* p. 139. et in loca *Ioh. II. 19.* soluite templum hoc, et *Ioh. XVI. 14.* de meo accipiet. Haec fragmenta petita ex collectione Barlaami MS. in regio codice. *Fabr.* In catena patrum in Lucam, in cod. caesareo XLII. — in cod. LXXVII. nr. 58. sunt Amphilochoii ex commentario in euangel. S. Ioannis, et aliorum patrum testimonia de duabus in Christo naturis, v. *Lambec. III.* p. 165. et 396. — Per hanc occasionem alios, in quibus quaedam Amphilochoii citantur, codd. indicabo. Mosquae in cod. XIII. qui continet variorum scripta contra Latinos, teste *Matthaei* in notitia codd. Mosq. pag.

recentiori manu exaratis, adscribi eam Gregorio, Nazianz. Sed *Laubecius*, scholia illa et *Billii* opinionem refutans, Amphilochio vindicat versus: secus tamen sentit *Kollar.* in nota A. et cum *Oudin.* l. c. II. p. 223. Caueo aliisque abiudicat eos Amphilochio. In cod. XVIII. nr. 4. ex Amphilochoii iambis, in variis patrum fragmentis canonicis. (*Lambec. VI.* part. I. pag. 129. sq.) — fragmentum in cod. XLIV. nr. 39. et XLV. nr. 28.

(*Lambec. VIII.* pag. 896. et 914.) — fragm. in cod. XII. nr. 13. et XLV. nr. 15. v. *Kollar.* in Supplem. ad *Lambec.* pag. 112. et 320. — In cod. *Escorial.* *Amphil.* quinam libri V. et N. T. legendi sunt? ad Seleucum, cum comment. Balsamonis, teste *Plüer.* in itiner. per *Hisp.* p. 156. — Ex iambis *Amphil.* in *Beuregii* synodico II. part. I. p. 179. Oxon. 1672. *Harl.*

p. 21. et 22. — In codd. *Coislinianis* CIX. in collectione asceticorum; CCI. in Nicetae collectione interpretationum varr. in euangelium S. Lucae; — CCLXXVI et CCXCIV. in eclogis, a parallelis Damasceni diuersis. v. *Montfaut.* bibl. Coisl. p. 192. 251. 390. 412. — In cod. quodam *Parisi.* teste eodem in bibl. biblioth. MSS. II. p. 1032. *A.* — inter codd. *Th. Gale.* nr. MMMMMCMXIV. cat. codd. Angliae etc. II. p. 187. — *Florentiae* in codd. Laurent. XXIV. nr. 2. in Nicetae Chon. thesauro orthodox. fidei, ex Amphilochio, ἐκ τῆς πρὸς Σέλευκον ἐπιστολῆς, (etiam in cod. IX. nr. 36. plut. 9.) tum ἐκ τῆς κατ' Ἀρειανῶν λόγου, et ex homilia in locum, ὁ ἀποστέλλας με πατήρ, μάζων με εἰς ἐν. — in cod. XV. plut. 7. siue collectione sententiarum. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 432. 400. et 253. — Versus in Amphiloichium in cod. X. nr. 51. et 52. v. *Bandin.* I. p. 27. et 400. *Harl.*

[P] *Ex libro; περὶ τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως.* pag. 143. seruata fragmenta in actis concilii Ephesini et Chalcedonensis, et a Cyrillo Alex. in libro priore ad reginas de recta fide. [v. infra, vol. VIII. p. 567. XV. vet. ed. *Harl.*]

Ex sermonibus in Ioh. XIV. 28. *pater maior me est.* et V. 19. *Non potest filius facere ex se quicquam.* et V. 25. *Antequam dico vobis* et Matth. XXVI. 36. *Pater, si possibile est.* pag. 145. sqq. fragmenta, quae seruauit *Theodoretus* in dialogis *), et *Anastasius* in hodego pag. 164.

• *Ex libro contra Arianos, et λόγα de filio* pag. 150. idem *Theodoretus.* — Alia fragmenta ex catena in Ioh. et *Anastasio* hodego cap. 10.

In illud *Prou.* VIII. dominus creauit me, p. 152. *Damascenus* in elementis MSS.

Ex epistola ad Suadrenses, πρὸς τὰς ἐν Σέυδεα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. p. 154. id.

• In *Esaiam.* id. p. 154. id.

Ex epistola dogmatica ad Pancharium, diatonum Sidensem. pag. 153. b.

Ex Amphilochio, περὶ τῶν ψευδεπιγράφων τῶν παρὰ αἱρετικοῖς, p. 154 b. seruatum fragmentum in VII. synodo, actione V.

II. Εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τῶν ἁγίων πατέρων ἡμῶν Βασιλέως; *vita et miracula S. Basilii, Caesariensis archiepiscopi,* pag. 155 — 225. Incipit: Ἀγαπητοί, ἐκ ἧν ἀπακός. Auctor non Amphilochius; sed alius longe iunior. Haec vita, *Sigeberto Gemblacensi* memorata, legitur latine ex versione *Combesii* etiam in Actis sanctorum tom. II. Iunii p. 936. seqq. *) cum *Francisci Baërtii* animaduersionibus, quibus, suppositam eam esse Amphilochio, ostenditur, quod agnouere etiam *Baronius, Bellarminus, Possennius, Tillemontius, Lambecius, Elias du Pin,* alique. Ante *Combesium* latine verterat *Vrsus* *), romanae eccle-

B b b 2

fiac

m) v. supra in *Theodoreto*, §. 15. *Harl.*

n) Vbi *Hagiographi*, eam falso tribui Amphilochio, late docuerunt. v. *Kollar.* ad *Lambec.* VIII. p. 775. et p. 787. et *Lambec.* p. 787. sq. *H.*

o) *Combesius* praeter illam *Vrsi* etiam aliam antiquam versionem semibarbaram memorat pag. 256. *Fabr.* Exstat ap. *Surium* i. Ian. ex vet. interpolata versione *Eusebii*, cuius meminit *Aeneas Paris.* contra *Gracos* qu. 2. *Harl.*

fiac subdiaconus, saeculo nono ad finem vergente, Anastasii bibliothecarii temporibus clarus, de quo eadem Acta sanctorum consuli possunt pag. 937. Illa *Vrsi* versio cum praemissa interpretis praefatione exstat in *Heriberti Rosweidi* vitis patrum pag. 116. seq. Dubitavit de γνησιότητι huius scripti iam pridem *Michael Glycas* pag. 80. Annal. aliquid referens ἐκ τῶν ἀγίῳ βασιλέεσσι θαυμάτων, ἀπερὶ δὲ μέγας Ἀμφιλόχιος γραφῇ παραδόναι λέγεται. Caput XIII. huius vitae est comparatio *Basilii M. et Ephraemi*, Syri, quae sub Amphilochoii nomine latine legitur ex Gerli. Vossii versione ante Ephraemi opera ^{p)}: et caput XV. quae ex eiusdem Vossii interpretatione exstat latine in [P] supplemento bibl. patrum Paris. 1639. tom. I. pag. 625. Narratio de muliere, quae peccata sua in charta conscripserat, et pro venia suorum peccatorum ad S. Basilium et Ephraem recurrebat. Extrema pars, quae in editione Combesii desideratur, edita est a *Lambecio* VIII. pag. 366. e MS. Vindobonensi. *Fabr. v. Lambec. et Kollar.* de codd. caesar. XXXV. nr. 1. p. 775 sqq. et XXXVIII. nr. 20. p. 813. — Sub nomine *Amphilochii* exstat de vita et miraculis Basilii M. in codd. *August.* Vindel. bis. v. *Reiseri* cat. p. 24. et 28. — vita Basilii M. in cod. *Coislin.* CCCVII. 2. teste *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 423. — *Parisi.* in bibl. publ. codd. octodecim. vid. indic. ad tom. II. cat. codd. Paris. voc. *Amphilochius.* — Secundum catal. codd. Angliae etc. tom. I. inter codd. *Cromwell.* nr. CCXC. — *Oxoniae* inter codd. coll. S. Mariae Magd. nr. MMCXXIX. — tom. II. inter codd. Voss. nr. MMCCV. — *Venetis* in bibl. Marc. DLXXXIII. v. cat. codd. gr. Ven. p. 307. — ibid. in cod. *Nanian.* LXIII. nr. 3. — et in vitis Sctorum cod. *Nan.* CXL. nr. 13. — CXLII. nr. 17. CXLIV. nr. 16. v. catal. codd. gr. *Nanian.* pag. 101. 324. 331. 336. — add. p. 356. de cod. CLVI. nr. 14. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXVI. 5. cuius lectio quoniam ab edito maxime differt, *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 277. sq. singulorum huius historiae capitum, prout in codice distinguuntur, et quibus inscriptio praefigitur, initium ac finem exhibuit. — in cod. XVII. 6. plut. 9. — cod. XV. 19. plut. 11. — cod. IV. 30. plut. 4. v. *Bandin.* I. pag. 416. 511 et 522. — *Taurini* in bibl. regia, cod. CXXXV. et CCLXX. ac sermo in vitam et mortem Basilii, in cod. CXVI. fol. 30. v. cat. codd. gr. Taur. p. 232 et 374. ac p. 219. — In cod. *Escorial.* teste *Plüero*, l. c. conf. *Pagii* crit. Baron. ad a. Ch. 362. n. V. VI. tom. V. p. 57 sqq. *Harl.*

12. De humana natura Christi, nunc propter unionem cum divina ubique sit praesens? p. 226. Ex Photii, CPol., Ἀμφιλοχέσις. siue quaestionibus et responsionibus centum ad Amphilochoium, Cyzici metropolitam, de diuersis S. Scripturae locis, cap. 38. quae in variis bibliothecis integrae exstant MStae. Fallitur Combesius, qui caput istud pro genuino fragmento Amphilochoii, Iconiensis, habuit. *Fabr.* In cod. caelareo XXVI. excerptum, notante *Kollario* in nota A. ad *Lambecii* comm. VII. p. 135. — In cod. *Coislin.* CCLXX. sunt τὰ Ἀμφιλόχια, seu sermones et quaestiones sacrae ad *Amphiloch.*, metropolitam *Cyzicem.* in tempore tentationis, numero trecentae. Hunc cod. late recenset, singularum refert quaestionum argumenta et multa loca ex eo excerpfit *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 325 — 375. *Harl.*

Scripta

p) Item in *Assmanni* edit. Ephraemi Opp. I. p. XXXIV. v. *Assmanni* prolegg. ad tom. I. VIII. supra, in hoc vol. pag. 217. not. hh. *Harl.*

Scripta, quae in Amphilochio Combefisii non exstant.

13 *De non desperando*, ὅτι ἐ χρη ἀπογινώσκων τῆς ἐαυτῆ σωτηρίας. Hanc tractationem graece primus edidit et latina versione donauit *Petrus Puffinus* in thesauro Ascetico Paris. 1684. 4. pag. 255. et Amphilochio nostro audacter tribuit, quia multa eadem leguntur in Homilia, de qua supra, nr. 8. Sed argumentis non inficiandis et hanc et illam Amphilochio suppositam esse, demonstrauit *Caueus* parte altera Historiae litterariae scriptorum ecclesiasticorum. Incipit: ἀδελφός τις ἡττηθείς.

14. *Vita S. Ephraemi, Syri*, cuius latina versio a Gerh. Vossio, Tungrensi episcopo, edita est ante Ephraemi opera et ante comparisonem, e Basilii vita excerptam. Adiunctum quidem reperit *Vossius* scholion, in quo illa Amphilochio, incerta prorsus coniectura, adscribitur. Περὶ τῆ Κυρῆ Ἐφραίμ, ἵσως τῆ Ἀμφιλοχίᾳ Ἐπισκόπῳ. Incipit: Sanctus hic pater noster. Sed haud dubie scriptoris est, ab Ephraemi aetate longe, quam fuit Amphilochius, Iconiensis, remotioris. [v. ad nr. 11.]

15. *Epistola synodica*, qua respondet synodicae episcoporum alterius prouinciae, qui circa Macedonii haeresin de Spiritu S. fluctuabant et dissentiebant. In MSS. inscribitur Ἀμφιλοχίῳ Βασιλείῳ. Sed propter ea, quae de Basilio in hac epistola leguntur, Basilii esse non potest, itaque sub Amphilochii nomine graece et latine edita est a *Cotelerio* tom. II. monument. ecclesiae graecae pag. 99-104. *Fabr.* Hanc epistolam esse librum contra Eunomium et Macedonium, et ab Amphilochio nostro scriptum, coniicit *Oudin*, reliqua autem scripta, Amphil. Iconiensi tributa, pertinere ad Amphilochium, Cyzici metropolitam, suspicatur in comm. de scriptor. eccl. II. p. 219. add. *Walchii* H. eccl. N. T. pag. 1363. — Ex *Cotelerii* monim. repetita est epistola in *Harduini* collect. concilior. tom. I. v. infra, vol. XI. p. 386. et exstat in cod. caesar. CCL. nr. 4. notante *Kollar* ad *Lambecii* comm. V. p. 311. not. A. *Harl.*

Quae *Holstenium* habuisse graece *MSta* refert *Caueus*, *Cohortatio ad Virtutes*, *Homilia de lacrymis et regno DEI*, et *Homilia, in arbores frugiferas*, nondum in lucem prodire. Neque *Homilia*, quae in *Caesarea* [P] bibl. exstat περὶ ἀρετῆς καὶ περὶ πονηρῶν ἀνδρῶν καὶ διαβέλων, atque incipit: Καλὸς ὁ βίος τῶν ἐναρέτων πάντοτε κατέστηκεν, τερπνὴ ἡ τῶν ἀγωνιζομένων κατὰ πάσας. *Nessel.* V. pag. 126. *Fabr.* In *Lambec.* comment. VIII. p. 747. sq. cod. XXXII. nr. 25. recensetur, et *Kollar* in not. A. illa epistola *Cyziceni*, non *Iconiensis* Amphilochii, esse cum *Oudinio* videtur. Sub *Amphilocheii Icon* nomine exstat *Venetis* in cod. *Napiano* LXXXVII. nr. 4. cum hac inscriptione: λόγος περὶ ἀρετῆς παρανετικός· Καὶ ὅτι δεῖ μνημονεύειν αἰὲ τὸν θάνατον (sic) διηγεῖσθαι καὶ εἰς τὴν ματαιότητα τῆ κόσμου. Incipit: οἱ τὴν θείαν ἐκάσποτε etc. plura vide in catal. codd. gr. *Nanior.* pag. 175. — In cod. *Napiano* Venet. CV. 23. Amphilochio tribuitur orat. in *Iosephum* Hebr. sed, vt notatur in cat. eodd. gr. *Nan.* 353. ab alia manu additum est: τῆ μεγάλης βασιλείας. Add.

Gregorii, Thessal. archiep., X. orationes cum singulis *Io. Chrysostomi* et *Amphilochii*, *Iconens.* Accessit quoque fragmentum *Io. Damasceni*, quod e quinque codd. mssis primum edidit *C. F. Matthaei*, Mosquae 1776. 8. Amphil. oratio est εἰς τὴν μεσοπεντηκοστήν, καὶ εἰς τὸ μὴ κρῖνετε κατ' ὄψιν ex cod. CCXXI bibl. synod. *Harl.*

Alii Amphilochii.

Amphilochius, *Sidae* episcopus, qui concilio Ephesino aduersus Nestorium interfuit, cui fortasse tribuendas esse homilias quasdam, quae sub Iconiensis nomine leguntur, coniiicit Labbeus tom. I. de script. eccles. pag. 61. Mentio apud *Photium* cod. LII. et CCXXX. *Fabr.* Conf. infra libr. V. cap. 33. de Photio, vol. IX. pag. 390 sq. LII. *Harl.*

Amphilochius, *Cyzici* metropolita, ad quem leguntur Photii epistolae, et ad cuius quaesita exstant responsiones MSS. eiusdem Photii, patriarchae CPol. De his plura dicendi locus erit in capite, quod Photii scriptis destinaui. *Fabr.* Vid. ad nr. XV. et *Kollar.* ad *Lambecii* comm. VIII. p. 747. not. A. *Harl.*

Omitto Amphilochum, vatis Amphiarai F. de quo praeter Homerum et alios meminit *Scymnus Chius* versu 466. et de cuius celebri oraculo Origenes III. contra Celsum p. 131. Theodoretus X. *Θεορετ.*, aliique⁹⁾. *Amphilochum* item Atheniensem, inter scriptores de agricultura Varroni I. 1, 5. laudatum et Columellae I. 1, 8. [conf. *Schneider.* comm. ad Colum. V. 12. 5. pag. 308. scriptor. R. R.] nec non Plinio, qui eius de auena et cytiso volumen memorat lib. XVIII. 16.

9) Conf. *Lucian.* dialog. mortuor. III. ibique *Mof. du Soul* et *Hemsterhus.* tom. I. ed. *Hemsterh.* — *Reitz.* pag. 338. *Apollodor.* bibl. libr. III. cap. 7. — *Amphil.* proci *Helenae*, id. ib. cap. 10. et coll. cel. *Heynii* not. ad *Apollod.* III. 7. pag. 654. et ad fragmin. pag. 1037. — *Amphilochus*, *Alcmaeonis* e *Manto* fil. *Apollod.* III. cap. 7. §. 7. *Harl.*

CAPVT IX. (olim XIII.)

DE S. GREGORIO, Nazianzeno, eiusque fratre, CAESARIO.

I. Gregorii, Nazianzeni, vita, et de eo scriptores. II. Codd. et editiones variae et promissa noua Benedictionum. III. Monumentorum, in editione graecolatina comprehensorum, recensio cum variis observationibus. IV. Index eorum, ad quos Nazianzeni et Basilii, Caesariensis, epistolae. V. Scripta, quae in graecolatina editione non continentur. VI. Index poematum Nazianzeni, hactenus editorum, alphabeticus. VII. De Maximo, Nonno, Basilio, Elia Cretensi, Niceta, Psello, Nicolao Doxopatri, etc. qui Nazianzeni quaedam scholiis illustrarunt. VIII. De Caesario, Nazianzeni fratre.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

[P] GREGORIVS), Nazianzenus, in Palaestinae scholis rhetoricam) didicit, atque Athenis) et alius et eruditus innotuit etiam Iuliano, postea imp.), Gregorii ex Hypsistiarum) errore ad ecclesiam conuersi, et per quadraginta ac quinque annos) Nazianzi in Capadocia

r) Errore typographi Georgius male excusum est in Hist. literaria Cauei. Sed frequens est et prona nominis vtriusque confusio, vt multis exemplis ostendit Allatius de Georgiis pag. 359. Ceterum Nazianzenum vocari miratur Casaubonus in Casaubonianis pag. 145. Non enim Nazianzus fuit eius patria, sed Arianzus: nec episcopus ibi egit, at a patre, illius ciuitatis episcopo, ibi educatus est, et patris per aliquod temporis vices obiit. Fabr. De Nazianzo, tum Cappadociae secundae adtributo, quod praedium Arianzo aequae ac Diocaesareae fuit vicinum, docte disputat, et Baronium, contendentem in Gregorii vita, a Papebrochio IX. Maii edita, Diocaesariam eandem fuisse ac Nazianzum, (quam quidem opinionem etiam fouent Tillemont. in: notes sur S. Gregor. de Naz. tom. IX. p. 692. des Mémoires et cl. Schröckh. in: christl. Kirchengesch. tom. XIII. pag. 276.) pluribus refutat Wesfeling. ad Hieroclis synecdem. pag. 700. in veteribus Romanor. itinerariis. Idem suspicatur, fieri potuisse, vt Gregor. Nazianz. Diocaesareae, antequam pater Nazianzo daretur episcopus, nutrire-
tur. De Saimis, vrbe, episcopatu Gregorii nostri notissima, quam vero is perpetuis stigmatum notis eo carmine inuulsi, quo vitae suae vicissitu-

dines miseratus est, idem Wesfeling. ad Antonini Aug. itinerar. p. 144. agit. Harl.

s) Naz. Orat. X. pag. 163.

t) Rufinus praefat. Apologet.

u) Naz. Orat. X. pag. 168. et IV. 121.

v) Hesychius: 'Τῆς αἰῶνος αἰῶνός τῶν τῶν ἑσπερίων σεβασμῶν. Vide Nazianzeni Orat. XI. p. 178. XIX. in patrem pag. 289. ibique Eliam Cretensem et Billium p. 702. et Orat. X. p. 161. vbi etiam de matre. Fabr. Add. de secta Hypsistiariorum, ex ritibus Hebraeorum et erroribus a vero dei cultu alienorum conflata, quae idolorum et sacrificiorum cultum ac religionem repudiabat, et vnum summum deum, ἑσπερίων, venerabatur, Gregor. presbyt. in vita Gregorii Nazianz. p. 3. Cleric. in vita Gregor. p. 422. sq. vers. germ. et Schroeckh. l. c. pag. 278. Harl.

w) id. pag. 313. vbi patrem propemodum centenarium fuisse testatur, quando diem obiit. Vide et quae de Gregorio, patre, et matre sua nonna Orat. XI. pag. 178. seq. Synodo Tyanaensi aduersus Arianos Valente, imp., interfuisse narrat Theophanes pag. 49. chronographiae.

padocia episcopi, filius, cuius, iam decrepiti, vicibus ³⁾ per aliquod temporis functus est: Sasi-
morum vero, alterius in Cappadocia oppidi episcopatum a Basilio aegre ⁴⁾ sibi passus est impo-
ni, et quum Constantinopolitanae sedi a Theodosio M. praefectus esset ⁵⁾, post egregia in illam
ecclesiam, a persecutionibus Iuliani et Valentis vix respirantem, merita: eodem anno ⁶⁾, in
concilio CPol. a. C. 381. abdicavit se sponte ⁷⁾ priuatamque vitam praetulit, ac multis scriptis
egregiis, prosa et ligato sermone elucubratis, oppugnantisque Arianis, Eunomianis et Macedo-
nianis, *Theologi* ⁸⁾ nomen meruit. Defunctus a. C. 391. ⁹⁾ aetatis nonagesimo primo. Fra-
trem

x) Vide Orationem Nazianzeni VIII. et car-
men de vita sua. *Sozomenum* VI. pag. 17. *Fabr.*
Hieronymus quidem de viris illustr. cap. CXVII.
Gregorium nostrum, scribit, fuisse *Nazianzenum*
episcopum; sed, quod patris sui vices tantum per
aliquod tempus obiit, *episcopus* proprie nec fuit,
nec dici potest. *Ern.* *amen Sal. Cyprianus* in
not. ad illud cap. pag. 199. in bibl. ecclesiast. a
I. A. Fabricio edita, post Tillemontium pluribus
ostendere studet, Gregor. fuisse et recte dici *epi-*
scopum Nazianzenum: quam quoque sententiam
tuetur censor in Doederl. bibl. theol. mox memo-
randa p. 281. Add. I. G. *Walch.* in hist. ecclef.
N. T. pag. 1352. sq. *Harl.*

y) id. Orat. V. VI. VII. Confer *Beueregium*
ad synodicum M. p. 82.

z) Naz. Carmine de vita sua. *Baronius* ad
a. C. 380. n. 12. seq.

aa) Vide orationem XXXII. pag. 517. seq.
325.

bb) Vidē eandem orationem XXXII. pag. 523.
526. seq. et *Blondellum* de episcopis pag. 64. Na-
zianzeno in eodem concilio CPol. successor da-
tus est Nectarius.

cc) 'Ο τῆς Θεολογίας ἀποσηγορῶν διέξυμνος. *Ang-*
stasius, in Meursii variis diuinis editus p. 91. Con-
fer *Cotelerii* monumenta graeca tom. III. p. 571.
tom. IV. pag. 411. *Rufini* prologum ad orationes
Nazianzeni, latine a se versas. [*Walch.* l. c. pag.
1358.]

dd) Acta sanctor. Maii tom. VII. p. 657. seq.
Pagi ad a. C. 354. n. 11. et 389. 4. *Fabr.* *Pagii*
rationes, Gregorium Naz. a. CCCI. (aut circ. a.
CCC.) in lucem editum esse, multi sequuntur,
Clericus in vita p. 421. *Stolle*, *Hamberger*, *San-*
sius et alii. Sed *Pagii* sententiam refellunt *Sam-*
tim

Basnage in annal. politico-ecclef. tom. III. p. 41.
et cel. *Schroeckh* l. c. pag. 276. argumentis sac-
rauibus, quae hic repetere haud vacat. *Schroeckh*
autem probabile videtur, Greg. Naz. a. Ch.
329. natum fuisse. *Caze*, qui Suidam in voc. Γε-
γός. aliosque, Gregor. nonagenario maiorem vita
decessisse, narrantes, erroris arguit, nostrum a.
Chr. 389. aetatis suae circiter 65. animam efflas-
se, non probat. *Oudin* scribit, eum Na-
zianzi a. 318. adspexisse lucem. *Clemencet* in vita
Gregorii Naz. potissimum ex Greg. carmine de
vita sua, v. 238. colligit, eum usura lucis frui
coepisse a. Chr. 326. aut 328. Censor tamen in
Doederlini bibl. theol. pag. 276. versu 512. eius-
dem carminis motus, eum adhuc iuniorem esse
habendum, suspicatur, et sensum illius versus,
ὅσος διήλθε θυσίων ἡμῶν χρόνος, esse iudicat, filium
natum fuisse antefacerdotium, a patre susceptum.
Ita quoque variant VV. DD. in anno mortis de-
signando. *Oudin* eum, scribit, mortuum esse a.
389. aetatis suae 71. In nota anni mortis consen-
tit *Clemencet*. — *Pagius* in crit. in annales Ba-
ron. tom. I. pag. 575. sec. *Walchium*, aut tom.
VI. a. 389. nr. IV. V. pag. 39 — 41. secundum
Saxii indicium, (vide etiam illum in prolegomun.
dissertation. hypaticae, nr. XXXV.) pro a. 391.
militat: eumque sequuntur *Fabricius*, *Hamber-*
ger, *Saxius* etc. *Sam.* tamen *Basnage* in anal.
etc. tom. III. p. 125. an. mortis refert ad ann. Chr.
390. *Schroeckh* pag. 453. ad a. Chr. 389 aut 390.
Enimvero in hac scriptorum de tempore natali
mortisque Gregorii Naz. discrepantia arbitror
cum *Walchio*, rem arduam esse, certi aliquid
definire, nec licere, certam temporis rationem
adsequi. Nec per instituti nostri rationem licet
vitam, fata, munera, controuersias, scripta, ho-
rumque argumenta, eruditionem Gregorii copio-
sius persequi. Atqui praeter eos, quos *Fabricius*
laudauit, haud pauci alii, quorum quidem par-
tim

trem, Caesarium, antese defunctum, landat [P] Orat. X. et quidem annis adhuc florentem, vt ex pag. 162. colligitur: *τελευταῖον πρῶτον*, iuniorem priore loco elatum pag. 176. Sororem,

tim iam meminimus, omnia, varia quidem fortuna, latius exposuerunt:

Baronius in vita Gregorii, cum adnotat. *Dan. Papebrochii*, in actis SS. Antwerp. Maii. tom. II. pag. 373 — 482.

Io. Stiltingius in diss. de tempore natali S. Gregorii Naz. tom. III. Sept. Act. SS. Antwerp.

G. Caue in hist. litt. script. eccl. tom. I. p. 246. sqq. edit. Basil. et in antiquitat. patrum et ecclesiast. ex versione germanica, Bremae 1701. 4. part. II. p. 599 — 712.

L. Ell. du Pin nouv. bibl. tom. II. p. 201. sqq. qui et bona, praecipue ex eius orationibus, fecit excerpta et de eius ingenio indoleque ac scribendi genere rectius atque apertius, quam Herimant alii, iudicauit.

Cas. Oudin. in comm. de SS. ecclef. tom. I. pag. 614. sqq. Is Caue, Nicetam Billiumque vltimum sequutus, in cap. I. paucis egit de vita Gregorii Naz. et longiores Sozomeni, Hieronymi, Philostorgii Suidaеque narrationes iudiciaque adducit, in capp. II — V. scripta Gregorii copiose recenset, et in cap. VI. de scholiastis atque interpretibus opp. Gregorii Naz. graecis fuisse disputat.

I. G. Schupart in diss. de Gregor. Nazianz. cognomento Theologo, theologis ad imitationem proposito. Gieslæ, 1721. 4. — De Clerico postea erit sermo.

G. Stolle in: Nachricht von den Leben — der Kirchenväter etc. cap. XX. pag. 400 — 434. Idem alios citat scriptores de nostro Gregorio.

R. Ceiller Hist. gen. des aut. ecclef. tom. VII. pag. 1. sqq. scripta Gregorii late sciteque recenset. — Sed Gregorii Naz. doctrinam placitaque curatius intelligentius digessit, exposuit et diiudicauit *I. Sal. Semler* in prolegg. ad Baumgartenii Theol. polem. tom. III. p. 169 — 185. — Longiores locos ex Greg. Naz. opusc. apte periteque excerptis, germanice vertit et hinc inde illustrauit *Christi. Frid. Rösler* in: Bibliothek der Kirchen-Väter, tom. VII. p. 217 — 310.

Vol. VIII.

Clemencet editioni, (quam postea suo loco indicabimus,) praemisit in praef. ad tom. I. Opp. primum Gregorii vindicias contra Tollium ac Du Pin; tum Beueridgium ac Muratorium, eum in caelibatu remansisse dubitantes, et contra Thomasinum, eum fuisse monachum, negantem; dein sectionem III. de eius doctrina et, quam vocant, orthodoxia; denique vitam Gregorii, at, iudiciis VV. DD. ieiune scriptam et ex Tilli. montii memor. magnam partem excerptam. Si quis alius, Clemencet summus est Gregorii admirator, et in heroe suo sancto nihil nisi egregia et paene diuina videt praedicatque. Cum Basilio quidem haud inepte comparat Gregorium Naz. Sed hunc ab omnibus Du Pin, Tolliique reprehensionibus atque criminibus haud omnino vindicauit. Nam vti certum est, Gregorium egregiis ingenii animique excelluisse virtutibus, probabilem fuisse oratorem ac poetam et multa bene recteque scripsisse atque fecisse: ita haud negari potest, eum multis animi infirmitatibus fuisse obnoxium, hominem inconstantem, acrem ac vehementem, interdum vanum atque superbum: nec omnia eius dogmata, iudicia factaque probarunt multi litterarum sacrarum doctores: quamquam Clericus interdum iniuriam fecit Gregorio, et rem exaggerauit. Atque plurima Clemenceti iudicia castigauit, et, quae in Gregorio reprehendenda viderentur, aperte ostendit nec tamen virtutes eius meritaque, quae sunt insignia, reticuit et de multis rebus dubiis suam dixit sententiam *Doederlein* in selecta bibliotheca theologica, tom. I. part. IV. pag. 266. sqq. et part. VI. pag. 425. sqq. vbi Clemenceti edit. Opp. Gregorii Naz. tom. I. docte lateque recensetur.

Sobrie intelligenterque iudicat de nostro cel. *Schroeckh* in narratione satis longa adcurataque de illius vita, scriptis, dogmatibus etc. in christl. Kirchengeschichte, tom. XIII. Lips. 1789. 8. pag. 275 — 466. Ad illos igitur viros doctos, ablegandi sunt, qui de nostro eiusque patre matreque plura scire cupiant.

Add. *N. Lardner's* Credibility of the Gospel History part. II. vol. IX. pag. 127. sq. Dictionaire
C c c n a i r e

rem, Gorgoniam, Oratione XI., patrem Orat. XIX. summus amicus Basilii Caesar. (quem et ipsum Orat. XX. pro funere laudavit) eiusque fratris, Gregorii Nysseni: praeceptor S. Hieronymi"): is enim et eo doctore sacras literas didicisse se profitetur, et catechistam ac praectorem suum vocat, et illo magistro gloriari se ait et exultare. Latine se callere negat Nazianzenus epist. LXXI. ad Postumianum. Memoriam eius celebrat ecclesia latina in brevuario Romano 30. Sept. graeca 9. Maii. Vitam suam ipse versibus iambicis descripsit, quae in limine tomi posterioris exstat. Aliam, prosa compositam a *Gregorio, presbytero*⁶⁾, graece habes praefixam tomo priori Operum Nazianzeni cum latina versione *Iacobi Billii*, et aliis veterum de Nazianzeno elogiis, per eundem Billium collectis. *Nicetae Paphlagonis* laudationem in Nazianzenum e codice Mazariniano vertit, et tom. VI. bibl. concionatoriae pag. 615--632. latine vulgavit Combefisius. Laudationem Gregorii Naz. scriptam a *Thoma Magistro*, graece et latine una cum aliis eiusdem Thomae orationibus et epistolis [v. ad not. i.] *Laur. Normannus* utraque lingua vulgavit Vpsalae, 1693. 4. *Philothei*, CPol., *Ioannis Euchaitensis*, *Nicolai Cabasilae*, *Theodori Metochitae*, *Matthaei Camariotae* et *Theodori Prodrumi* in tres hierarchas, Basilium, Nazianzenum et Chrysostomum memoravi infra cap. XV. p. 558. [vet. ed.]

naire vniuersel - des sciences ecclesiastiq. par le *P. Richard* et autres Dominicains, Paris. 1761. tom. III. h. v.

Hamberger Zuverlässige Nachricht. etc. tom. II. pag. 850 fqq. et in: Kurzen Nachrichten etc. tom. I. pag. 757. fqq.

Chr. Thomassius in Obs. selectis ad rem litter. spect. tom. III. p. 360. fqq.

Gottfr. Arnold in: Kirchen- und Ketzer Historie, part. I. libr. IV. cap. 4. §. 41. fqq.

Saxius in Onomast. I. pag. 420 sq.

Thomas - Pope Blount in Censura celebr. authorum, pag. 244. fqq. ed. Geneu. quorundam collegit iudicia de nostro. *Harl.*

ee) Baron. ad a. C. 379. nr. XVII.

ff) *Gregorius* iste presbyter e MS. ducis Sabaudiae recensitus exstat etiam graece et latine tom. II. Act. Sanctor. Maii p. 766. MS. *Lambec.* III. p. 182. 190. [in cod. LXXIX. nr. 54. p. 451. ed. Kollar. vbi *Lambec.* in not. 5. citat Card. *Baronii* annal. eccles. tom. IV. a. 371. pag. 304. ed. Plantin. et *G. I. Vossium* de histor. graecis lib. IV. cap. 19. — item in cod. LXXXIV. ib. III. pag. 470. — *Parif.* in septem codd. bibl. publ. vid. ind. ad vol. II. cat. codd. voc. *Gregor. presbyter.* — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. V. nr. 27. plut. 7. (*Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 206.) — cod. VIII. nr. 46. plut. 6.

v. infra in not. it. codd. *Laur.* — cod. VII. nr. 53. — cod. XXII. nr. 53. — cod. XVII. nr. 24. plut. 9. vbi quoque nr. 29. est *Ioannis*, metropolitae *Euchaitorum*, encomium in Basilium M. *Gregorium*, *theologum*, et Io. Chrysostomum: (quod encomium etiam habetur in biblioth. *Coisl.* pag. 418. vbi v. *Montfauc.*) — in cod. II. plut. II. inter vitas Scriptorum (vbi in cod. *Barocc.* CXCII.) v. *Bandin.* l. c. pag. 247. 272. 418. et 498. — *Taurini* in bibl. reg. codd. VIII. et CCCXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 71. et 401. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. LXX. et LXXI. (cat. codd. gr. p. 48 et 49.) etc. — add. infra in vitis Scriptorum etc. vol. IX. pag. 82. ed. vet. *Harl.*] — latine apud *Surium* IX. Maii. *Fabr.* Praeter ea vita Gregorii Naz. vtplurimum addita est eius opusc. aut inter vitas Scriptorum, etiam non addito auctoris Gregorii, presbyteri, aut alius nomine; sic in cod. *Mosquensi* V. in Matthaei notitia codd. pag. 4. — in *Naniano* cod. CXLIII. nr. 6. (cat. gr. codd. Nan. pag. 334.) — cod. *Barocc.* CLXXXIII. — *Oxon.* latine, in bibl. coll. *Mariae Magdal.* nr. MMCCXVII. cat. codd. Angliae. — In *Georgii Chronico*, cod. CCCV. *Coisl.* sunt excerpta ex vita Gregorii Naz. et ex eius or. de patre suo. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 421. *Fesuli* in bibl. Canonice. etc. vita Io. Chrysost. *Gregorii Naz.* et *Athanasii Alex.* per *Ioan. Tortellium*, teste *Montfauc.* in diario ital. p. 592. *Harl.*

ed.] Ex recentioribus praeter *Annales consulendus Caesaris Baronii* liber de vita Nazianzeni ad Gregorium XIII. qui, antea ineditus, occurrit cum notis Papebrochii in *Actis Sanctorum* tom. II. ad diem IX. Maii p. 373. *Gregorius Polidorus* in Gregoriano, siue libro de XIV. pontificibus, XIII. episcopis Gregoriis, et Gregorio, presbytero, Florent. 1598. *Godfridus Hermentius* in vita Nazianzeni, accurato studio descripta gallice Paris. 1674. 4. *Tillemontius* tomo nono *memoriarum*, et *Io. Clericus* bibliothecae vniuersalis, itidem gallico vulgatae idiomate tom. XVIII. *Fabr.* Quamquam Clerici narrationi atque iudiciis non vbiuis fides est habenda: tamen propter apertam sentiendi scribendique rationem vel hodie labor illius non caret fructu: eamque ob causam *Christian. Thomassus* ex *Clerici* bibl. vniuers. quasdam vitas in linguam germanicam transferendas curauit: *Ioannis Clerici unpartheyische Lebensbeschreibung einiger Kirchenväter vnd Ketzer*, namentlich Iustini Mart. Clementis Alexandr. Origenis, Cypriani, Prudentii, *Gregorii Nazianz.* [p. 415 — 571.] Eusebii, Pelagii vnd Celestii, aus dessen Biblioth. uniuerselle ins Teutsche übersetzt, nebst einer Vorrede des Herrn Geh. Raths *Thomasii* etc. Halae 1721. 8. — Add. eiusdem *Clerici* epistolas criticas, ep. VI. *Harl.*

II. Codd. MS. et editiones Gregorii Nazianzeni.

Propter summam, quam Gregorius Naz. nactus est, auctoritatem, euenit, vt eius orationes et reliqua opuscula, industriam digitosque monachorum librorumque mire exercerent. Tanta igitur vis codicum adhuc superest in variis bibl. vt plena et ex codd. catalogis, repetita singularum orationum atque epistolarum singulorumque carminum enumeratione, omnino metuendum sit, ne tempus et chartam perdam et lectorum patientia abutar. Quare codd. in quibus opera aut plura opuscula Gregorii sunt scripta, tantum, quia in catalogis plerumque singula opuscula curatius designantur, generatim indicabo. — *Paris.* in bibl. publ. est infinita paene codd. potissimum qui orationes continent, copia. At singula iam cognoscuntur ex indice ad vol. II. catal. codd. Paris. Adde quae paullo post Fabricius de promissa Louuardi edit. scripsit. Atque *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. tom. II. p. 725. D. mirifice laudat cod. regium, quem numerat 1808. eximium, saec. IX. ad vsum Basilii Macedonis, imper., vt putat, aut praecedentis scriptum. — *Montfaucon* in bibl. *Coislin.* paucis recenset p. 113 et 119. quinque codd. item p. 297 et 298. duo codd. qui plures exhibent orationes eum scholiis aut commentariis gr. — pag. 298 sqq. cod. CCXLII. continet scholia et commentarios in plurimas oratt. ad cod. calcem adiunguntur signorum quorundam significationes, quas illinc exscripsit ediditque *Montfauc.* (v. quoque *Montfauc.* de cod. memorabili romano *S. Basilii* in bibl. biblioth. MSS. pag. 195. D. in quo cod. etiam legitur collectio historiarum in quaedam Gregorii scripta.) — p. 179 et 197. aliquot oratt. inter vitas Sctorum etc. pro mensibus Nou. vsque ad Februar. — In multis aliis codd. qui vel catenas patrum in V. et N. T. vel ascetica, vel Niconis et Anastasii collectiones comprehendunt, Gregorius Naz. citatur et multa loca ex eius Opp. leguntur, e. g. pag. 42. 44. 57. etc. Index facile suppeditabit notitiam. — In eadem bibl. esse *slauicam* Opp. Gregor. versionem, testatur *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. p. 1042. B. et ibid. p. 1024. versio opusculi Greg. contra Arianos *armenica* in cod. bibl. publ. citatur.

Monachii in bibl. elector. Bauar. in pluribus codd. exstant oratt. n. LXIII. vsque ad LXVIII. — cod. LXXV. — in cod. XCII. dubitatt. et solutiones Gregor. Naz. per interrogatt. et responſion. de deo et trinitate; dogma de S. Trinitate etc. — cod. CXCIII. Christus patiens, tragoedia gr. Grégorii Naz. eiusdem λόγοι πέντε, carmine scripti; eiusd. variae oratt. — cod. CCLII. quaedam oratt. v. cat. codd. gr. Bauar. pag. 18. vsque ad 22. 25 sq. 35. 73. et 84.

Vindobon. bibl. caesar. abundat codd. in quibus seruata sunt opera Greg. Naz. quorum breuem notitiam dedit Nesselius in catal. sed pleniorē et doctiorē *Lambec.* in commentariis etc. ed. Kollar. quos h. l. potius laudandos citandosque dūxi. — In vol. III. pag. 374 sq. cod. LXXVI. nr. 4. anonymi epitome scriptorum dogmaticorum S. Greg. Naz. — p. 396. cod. LXXVII. nr. 58. ex Greg. ep. ad Cledonium et II. oratione de filio et ex aliis patribus eccl. testimonia de duabus in Christo naturis: nr. 81. ib. p. 420 sqq. excerpta ex Greg. in Zigabeni panoplia. — p. 437. etc. cod. LXXIX. Gregorii, (qui ibi vocatur *episcopus Naz.* refragante Lambecio in not. 3.) Opp. (oratt. LI.) cum antiquis scholiis margin. atque expositione notarum, in margine cod. litteris aureis passim adscriptarum, quas integras Lamb. exhibet. — pag. 455 sqq. multae oratt. in codd. LXXX — LXXXI. — LXXXII — LXXXIII. in cuius fine *) etiam exstat expositio notarum marginalium. — LXXXIV. vsque ad LXXXVIII. — pag. 488. in cod. XC. oratt. quinque. — pag. 495. in cod. XCVI. oratt. cum Nicetae comment. — pag. 499. sqq. in codd. CXCVIII. — CXCIX. — CC. — In vol. IV. reperiuntur quaedam oratt. in codd. CVI. nr. 26. — CXVI. nr. 15. 16. et 22. — CXLV. nr. 20. — CXLVI. nr. 7. 8. et 14. — CXLVII. nr. 2. et 6. — CLI. nr. 23. 29 et 30. In aliis caes. codd. vol. IV. V. etc. inprimis in catenis in V. et N. T. haud pauca sunt fragmenta, quae index Lamb. notat: sic quoque in multis catenis, quas bibl. Venet. Marc. (teste cat. codd. gr.) atque codd. Coislin. seruant; et Montfauc. in bibl. Coislin. locis anrea partim memor. indicat. Sed illis excitandis immorari non licet. — In vol. V. Lambec. comm. in codd. CCXLI. nr. 1. — CCXLVI. nr. 15. — CCLI. qui ascetica etc. continent, sunt fragm. et in cod. CCLXXXIII. nr. 2. sunt excerpta quaedam ex Gregorii Naz. operibus. — In *Kollarii* supplem. ad Lambecii comm. pag. 141 sqq. cod. XV. oratt. 16. cum Nicetae comment. — p. 145 sqq. cod. XVI. plures oratt. — p. 159 sqq. cod. XVII. oratt. 23.

Augustae Vindel. in bibl. publ. plures codd. quos *Reiser* in indice MSS. Aug. idemque singulas oratt. refert, in illis codd. obuias, pag. 10 sqq. nr. 27. vsque ad nr. 31. et in ultimo cod. p. 12. Reif. notat, Gregorium vocari *archiepiscopum* CPolitan. (vti in aliis quibusdam codd.) de quo elogio vid. *Rittershus.* lection. SS. libr. II. cap. 11. et 12. et conf. *Laur.* de Dionysio Areopag. part. II. pag. 269 sqq. ed. vlt. (et *Bandini* cat. codd. gr. Laur. vol. I. p. 205. not. vbi in cod. V. dicitur *episcopus Naz.* v. quoque Lambec. paullo ante citatum.) In eodem cod. sunt Gregorii Naz. tetraſtica cum Nicetae Dauidis paraphraſi, et ἀπόκρυφα, seu
arcana,

*) Itidem in cod. XXI. *Taurinensi*, et in catal. codd. gr. Taur. pag. 92 sq. gr. cum vers. lat. est quoque euulgata notarum explicatio.

artana, cum paraphrasi, edita ab Hoefchelio gr. Lugd. 1591. — ib. p. 22. nr. 10. excerptae Gregorii Naz. et Io. Damasceni demonstrationes de vno deo et verbi diuinitate. — ib. p. 24. nr. 19. homiliae sedecim cum scholiis margin. — pag. 28. nr. 127. sermo in sancta lumina Epiphaniarum. — pag. 39. nr. 55. fragmenta. — pag. 7. 40 et 41. Gregorii Naz. et Basilii M. dialogus.

In bibl. quondam *Vffenbach*. oratt. et epp. quaedam, in cod. V. secundum catal. bibl. Vffenb. MSS. a *Maio* confectum pag. 423 sqq.

Vratislaviae in bibl. *Rehdinger*. non pauca sunt Gregorii Naz. teste *Kranz*. in Memor. illius bibl. pag. 83.

Leidae in variis codd. bibl. publ. modo plura, modo pauciora. v. catal. illius bibl. p. 335. 27. — p. 336. 47. — p. 396. 13. — homilia, arabice, pag. 409. nr. 11.

Taurini in bibl. regia sunt multa Gregorii opusc. aut alia, ad eum pertinentia, in pluribus codd. nr. VIII. — XVI. — XXI. — LXXX. — CXVI. — CXXV. — CXXXV. — CXLVII. — CCCXXX. — CCXVII. — CCXLVII. — CCCXXVI. et trag. Christus patiens in cod. CCCXLVIII. de quibus sat copiose agitur in cat. codd. gr. Taurin.

Florentiae in bibl. Laurent. sunt multi codd. in quibus oratt. modo nuda, modo scholiis et comment. stipatae, aut fragmenta aut epistolae reperiuntur: de quibus consulas *Bandini* cat. codd. gr. Laur. in tomo I. pag. 41 sqq. p. 62. nr. 14. p. 120. nr. 19. et 402. nr. 54. pag. 140. nr. 7. p. 202 sq. p. 205. vsque ad pag. 216. de pluribus codd. pag. 214. sqq. excerptis Bandin. verius varii generis, vitae Gregorii praefixos et p. 215. specimen scholiorum. — pag. 240. — p. 241 sqq. vbi iambi, orationibus praefixi, eduntur p. 275. sq. — p. 277. sq. — p. 288. sqq. — pag. 293. bis. — p. 295. sqq. — p. 361. nr. 25. — p. 363. nr. 6. — pag. 511. nr. 18. — Quoties in aliis codd. Laurent. quae patrum in vtrumque testamentum catenas aut alias collectiones continent, fragmenta Gregorii occurrant, index ad cat. illum voc. *Gregor. Naz.* eorum suppeditabit notitiam. De carminibus et epp. in codd. Laurent. infra locus erit dicendi.

Venetis in bibl. *Nanian.* in codd. XXXIX. — LV. — LVIII. cum perpetuo Niceetae commentario — LXIII. nr. 26. vbi Gregor. vocatur ἀρχιεπίσκοπος ναζιανζένος. — CXL. nr. 42. 43. 44. — CLIV. nr. 6. — CLIV. nr. 17. or. cum commentario. v. cat. codd. gr. Nan. p. 48. 62. 64. 104. 327. 346. et 348.

Venetis in bibl. Marc. Opera in cod. LXX. (cui adhaerent vita Greg. Naz. auctore Gregorio, presbytero; expositio, quae in orat. funebri in Basil. M. occurrunt, eadem fere, ac quae latine ex Niceta a Billio adferuntur. Postremo habetur collectio et expositio, (in editis Nonno inscripta,) historiarum, quarum meminit Nazianz. in prima et secunda inuectiua contra Iulianum.) — cod. LXXI. et reliquis vsque ad cod. LXXVII. — in cod. LXXVIII. sunt expositiones in oratt. quasdam Greg. Naz. sine nomine auctoris. — in cod. CCCXCIV. — DLXXIII. quinque oratt. — DLXXXIII. duae oratt. Quae omnia vberius indicantur in

cat. codd. gr. Marc. de memoratis codd. — In eadem bibl. est codex, qui continet Macarii Chrysocephali *Ἐκλογαί*, ex quo cod. multa adnotavit et edidit cel. *Villoison* in Anecd. gr. pag. 4 sqq. et p. 76. observavit, pag. 225. a Macario excerptas esse sententias ex variis Gregorii Naz. poematibus et ex orat. α. vsque ad μς.

— *Venetis* in bibl. codd. monasterii S. Michaelis etc. est homilia (XVII. inter edd.) in dicta Ieremiae, ante imperatorem, *Rafino* interprete. v. *Mittarelli* in cat. illius bibl. pag. 469. sqq.

Montfaucon. in diario ital. agit p. 12. de codd. bibl. Ambros. *Mediolani*. — pag. 213. sqq. docte de aliquot codd. in bibl. monast. S. Basilii, *Romae*. — pag. 237. de tribus bibl. *Chiggiæ*, *Romae*, codd. in quorum primo sunt orat. Greg. Naz., in altero eius epistolae; in tertio eiusd. carmina, vitae et alia: — pag. 362. vsque ad 364. it. pag. 366. de codd. in bibl. Adnuntiatae ecclesiae, *Florentiae*; — pag. 433. de cod. Venet. quondam in bibl. Iulii Iustiniani.

Magna codd. in quibus modo multa, modo pauca Gregorii opp., modo fragm. aut excerpta etc. exstant; vis est in bibl. *Britannicis*, secundum cat. codd. Angliae etc. *Inter codd. Barocc.* in tom. I. nr. V. VIII. XLIX. LXXI. (expositio historiarum, quae passim occurrunt in Opp. Greg. Naz.) LXXVI. LXXXV. bis. CXXVI. CXXXV. CL. (Greg. Naz. *Ἀλάττων* seu *medicamentum purgans e Sale*;) — CLXXIV. CLXXX. CLXXXI. CLXXXVIII. (orat. XVI. cum comment. *Nicetae*, metropolitani Heracleensis.) CXC — CXCII. CXCVII. CXCIX. CCV. (gnomica disticha:) CCVI. (dialogi Basilii et Gregorii:) CCVII. CCXIII. CCXVIII. CCXXII. CCXXXVI. — inter codd. Th. Roe nr. CCLII. — inter codd. Laudi nr. DCCXXIV. DCCXLV. MCCLIV. — inter codd. Bodl. nr. MCMLXXXII. MMCCCLXVII. MMDXXXIII. MMDCCCLXXVII. — inter codd. Selden, nr. MMMCCCLXXXII. (XVI. orat. vna cum historiarum collectione et explicat. quae occurrunt in Gregorii orat. funebri Basilii M.) MMMCCCLXXXIV. MMMCCCLXXXVIII. MMMCCCXCIV. — inter codd. Bodl. MMMDCCCIII. (sermotheologicus ex opp. Gregorii Naz. per modum quaest. et respons. arabice.) — In parte II. cat. *Oxonii* inter codd. collegii novi, nr. MCV. MCVI. — coll. S. Trinit. nr. MCMLXXXIX. — coll. Iesu, nr. MMXXX. MMXXXI. — coll. Mariae Magdal. nr. MMCLXXVIII. (Gregorii liber de virtute, lat. versus ab *Antonio Patina*.) — In parte II. cat. *Cantabrig.* nr. MMCCCLXXV. — In tom. II. cat. inter codd. eccles. *Dunelm.* nr. CCCXXXV. CCCXXXVI. CCCXXXVII. — eccl. *Saribur.* nr. MXIII. (Greg. opusc. aliquot latina.) — eccl. *Westmonaster.* nr. MCLXXXIV. (orat. quaedam, lat.) — inter codd. *Norfolc.* nr. MMMCDXLIX. — inter codd. *Th. Gale* nr. MMMMMCMXLIV. (Gregorii inedita quaedam) nr. MMMMMCMXLVI. (Greg. quaestiones et responsa.) et nr. MMMMMCLVII. — Intomo II. parte II. cat. *Dublino*, nr. CCXXXI, 80. — nr. MCCLXIII. Gregorii et Basilii quaestiones ac responsiones, arabice.

Matriti in bibl. regia in cod. CV. fol. 79. Gregorii exorcismus ad immundos spiritus eiciendos, quem *Iriarte* in cat. codd. gr. p. 423. ineditum esse existimat. — Quot codd. in

in quibus potissimum insunt oratt. atque epistolae Gregorii Naz. custodiantur in bibl. *Escorial.* cognosces ex *Phieri* itin. per Hisp. pag. 171.

Mosquae in bibl. synod. docente cl. *Matthaei* in Notitia codd. Mosq. pag. 16. excerpta in cod. XI. qui continet variorum adhortationes atque narrationes. — pag. 4. inprimis pag. 8. sq. in cod. V. Greg. Naz. vita et XVI. oratt. — pag. 21. fragmenta ex tribus orationum. in cod. XIII. — pag. 29. in catenis patrum in Genesin atque Exodum, in cod. XXIX. — pag. 36. in cod. XXV. siue cat. patrum in Esaiam fragmin. ex quinque oratt. Sed in bibl. Mosquens. synod. multo plures superesse codices, discimus ex *Athanasii Schiadae* catalog. codd. gr. etc. pag. 28. nr. X. — pag. 30. nr. XIV. sermones XVI. cum Nicetae interpretatione; et p. 31. — pag. 33. sq. nouem codd. adducuntur, quorum tres continent oratt. L. aut LI. aut LII. alii pauciores: in quodam est Gregorii testamentum. Plures oratt. pag. 38. pag. 44. tres codd. quorum primus habet oratt. cum scholiis archiepiscopi *Serienfis*, (an Nicetae?) tertius carmina. — pag. 45. — pag. 47. vbi citatur collectio ex libris Origenis facta a Basilio et Gregorio Nazianz. denique pag. 60. Gregorii dialogi, variae quaestiones, add. infra de edit. Matthaei adlata.

Ex *Montfauconii* bibliotheca bibliothecar. MSS. innumera paene copia codd. qui varia Gregorii opuscula, nunc plura, nunc pauciora, comprehendunt, colligi potest; sed quia de codd. Parisiens. Florentinis aliisque iam egimus, et tempus nos admonet, vt claudamus riuulos, in nonnullorum tantum commemoratione acquiescemus. *Romae* igitur in Vaticana bibl. multa sunt Gregorii opera, (I. pag. 13. 27. C. D. 32. 65. et graeca et quaedam a Rufino versa, item comment. gr. in oratt. et inuestiuas. p. 98. C. — ibid. in bibl. *Slufiana*, p. 178. D. et 179. B. — in bibl. *Ottobon.* p. 183. C. A. 184. nr. 8. et 10. et A. — in bibl. *Chiggia*, oratt. epistolae et carmina aliaque pag. 175. C. — in bibl. patrum S. Basilii, p. 195. D. — monast. S. Saluatoris Basilianor. p. 198. B. — *Florentiae* in monasterio Benedictin. B. Mariae, p. 414. C. D. — *Cesena* p. 433. A. — *Patau* in bibl. Stae Iustinae, pag. 486. C. — *Mediolani*, pag. 497. D. E. et 515. E. et 528. B. ac Nicetae scholia, ibid. C. — *Basileae*, pag. 611. et 612. — *Londini* in bibl. regia, pag. 632. B. — in bibl. *Sfortiana*, p. 694. sq. 696. 697. 698. 699. 703. 704. C. 706. E. 707. B. — in bibl. abbatae S. Petri de *Selincurte*, dioec. Ambian. pag. 1198. D. E. — in bibl. SSt. *Sergii* et *Bacchi*, p. 1218. C. — in bibl. S. Albini *Andegauens.* p. 1225. B. C. — in bibl. abbat. S. *Theodoric* prope Remos, p. 1231. E. — in bibl. monast. S. *Martini Sagiens.* p. 1249. E. A. — Alia ei, cui opus aut volupe erit, suppedabit index ad illam bibliothecam. — Praeterea in bibl. publ. *Parif.* secundum catal. tom. I. sunt in codd. versiones orientales: 1) *coptica* quaesitorum et responsum de rebus, ad theologiam pertinentibus, quorum auctores feruntur Basilius et Gregor. Naz. pag. 450. cod. XLII. 2) *arabica* oratt. XXIX. et Gregorii, presbyteri, orationis in laudem Greg. Naz. p. 61. sq. cod. LXI. — homiliae de Christi tentatione, pag. 62. cod. CXVI. quarundam homiliarum. pag. 107. cod. LXXIII. et p. 108. cod. LXXVI. — catecheseos, ordine alphabetico dispositae, quae Gregorii, *Theologi*, nomen praefert. — 3) *armenica* operum. p. 62. cod. LIX. et in cod. LXIII. operis commentitii, quo respondet Gregor. variis quaestionibus, ipsi a Basilio propositis, de igne, terra, vnuerſo et sole. — In biblioth. acad. *Erlangensi* est cod. membr. qui

qui continet versionem Gregorii apologetici et quarundam oratt. *latinam*, auctore Rufino: in fol. conf. quoque *Hockeri* cat. bibl. Heilsbron. pag. 53. De cod. quodam v. *Io. Heumannii* documenta literaria etc. Altorf. 1758. 8. in comm. ilagog. p. 77. add. part. II. f. epistol. p. 71. graue *Cochlaei* de Greg. Naz. iudicium: pag. 70. 77. 283. de versionibus *Pirckheimii*. — In *Krohnii* cat. pag. 99. fin. laudatur *Rufini* versio Apologetici Greg. Naz. cod. Sed ohe! iam satis est. Pergamus ad editiones. *Harl.*

Editiones Gregorii Nazianzeni latinae.

Orationes decem *Rufino* interprete I. XII. XV. XVII. XXVIII. XXXIII. XXXVIII. XXXIX. [P] XLIV. et L. cum eius praefatione ad Apronianum. Argentorat. per Iohannem Knoblauch 1508. 4. *Fabr.* Exemplar est in bibl. *Erlang.* Inscriptio autem haec est:

*Hi sunt in hoc codice libelli X. diui Gregorii Nazianzeni. Apologeticus liber I. de epiphaniis sue natali domini; de luminibus, quod est de secundis epiphaniis; de fide liber I. de Nicaena fide; de pentecoste et Spiritu S. de semet ipso, ex agro reuerso; de distis Hieremie presente imperatore; de reconciliatione et unitate monachorum; de grandinis vastatione; de arrianis quod non liceat sp. et publice de deo contendere. In calce: Explicit liber — translatus a quodam Rufino. Impressus Argentine per Io. Knoblauch. Anno MDVIII. (1508.) Hilarii. Praefatus est Adelph. Mulingus. add. cel. Panzer A. T. VI. p. 41. nr. 120. Idem tamen tom. I. pag. 66. nr. 378. ex Schoepfl. vindiciis p. 108. citat Apologeticum Greg. Argentor. 1500. per *Knobl.* — In bibl. *Barber.* catal. I. pag. 493. citatur: *Greg. Naz.* oratio et epistolae II. ad Themistium, latine per Rhenanum, Paris. 1513. — *Greg. Nysseni* libri VIII. — *Greg. Naz.* in Gregor. Nyss. oratio — et duae epistolae ad Themistium, lat. Argentor. ex off. Matth. Schureri. 1512. fol. Rhenan. ad imp. Maximil. v. *Panzer.* VI. p. 55. nr. 249. Huius forsan repetitio fuit ed. Paris. modo memorata? *Harl.**

Orationes VII. interprete *Io. Oecolampadio.* Augustae Vindel. 4. sparsim vulgatae ⁴⁵).
Ora-

gg) In bibl. *Erlangensi* exemplar est edit. inscriptae: *De amandis pauperibus Greg. Nazianz.* — sermo: eiusd. ad virginem admonitiorius; eiusd. laudes *Machabaeorum.* Interprete *Io. Oecolampadio, concionatore Augustensi.* In calce: In offic. Sigism. Grimm, Medici et Marci Vuyrsung. Augustae Vindel. M. D. XIX. (1519.) 4. Add. *Zapfii* Augsburgs Buchdrucker Geschichte, part. II. pag. 117. et *Panzer.* A. T. VI. pag. 154. Ab utroque II. citt. et quidem a *Zapfio* p. 116. et a *Panzero* p. 115. it. a *Lambachero* in bibl. antiqua Vindob. ciuica, p. 89. (vbi aliquot antiquae Greg. referuntur edit.) memorantur: *D. Greg. Naz.* — sermones in *Pascha*, in dictum *Matthaei, cum consummasset Iesus sermones hos* etc. cap. XIX. — In fine: In Offic. Sigism. Grimm et Marci Vuyrsung. An. M. D. XIX. (1519.) 4.

Ex eadem offic. *Greg. Naz. metaphrasis in Ecclesiasten*, interpr. *Oecolampad.* 1520. 4. vid. *Maittaire* A. T. II. p. 593.

Ex eadem offic. prodit: *De moderandis disputationibus Greg. Naz. sapientiss. sermo; Io. Oecolampadio interprete.* a. M. D. XXI. (1521.) 4. v. *Zapf.* l. c. p. 147. — idem lib. eodem interprete, Basil. ap. Andr. Crataudrum 1521. 4. — *Oecol.* interpr. non laudatur in epist. *Cochlaei* ad *Pirckheim.* in *Io. Heumannii* documentis literariis. p. 72. — *Sermo in secunda Encenia*, quae verna quoque dicuntur, *Phil. Melanchthone* interprete. Erphurd. Matthaeus Maler excussit. 1519. 4. vid. *Maittair.* II. p. 328. — et *Hagenoae*, cod. a. in 4. teste *Panzero*, VII. p. 89. nr. 170.

Orationes VI. latine Norimb. 1521. 4. *Fabr.* n. in natalem saluatoris, in festum Epiphaniarum, in S. lauacrum, in S. resurrectionem, in S. Pentecosten, in Encaenia s. nouum dominicum, *Bilibaldo Pirckheimero* interprete. Impress. Norimbergae per Foeder. Peypus. 1521. 4. conf. *Panzer* VII. p. 462. nr. 161. et supra in fine notitiae, codd., *Harl.*

[*Disi. Gregorii cognomento Theologi* — de theologia liber primus, *Petro Mosellano Protegense* interprete. Priori editione recognita. In fine tantum, *Hagnoae*. sine a. in 4. II. plagg. Dedicatio, vltra dimidiam libelli partem complens, in qua multa de se, suis patronis aequae ac aduersariis loquitur Petr. Mosell. scripta est Misnae 1519. ineunte anno, et narrat is, librum Gregorii ab ipso superioribus diebus latinitate esse donatum. Exemplar est in bibl. publ. Erlang.

— de theologia libri V. interprete *Petro Mosellano*, *Protegense*. Basil. ap. Io. Froben. 1523. fol.

Greg. Naz. — in *Gregorium Nyssenum fratrem Basilii magni*, cum altero die electionis suae ad confirmandum ipsum superueniret oratio. Interpres Io. Cono, ord. praedic. Basil. 1512. fol. v. *Panzer*. A. T. VI. pag. 189. nr. 109.

Greg. Naz. oratt. duae *Iulianum Caes.* infamia notantur, *Bil. Pirckheimero* interpr. Norimberg. per Frid. Arthennissium. 1528. 8. v. *Panzer* VI. p. 473. *Harl.*

Gregorii Nazianzeni Opera latine, variis interpretibus, Lipsiae 1522. 8. edita et in catalogo *Bultellianae* bibliothecae pag. 32. memorata. [Sed ignota est *Maitair*, ac *Panzer*.]

Orationes XXXVIII. translatae a *Bilibaldo Pirckheimero*, Basil. 1531. fol. cum praef. aliaeque *Erasmi*. Hanc editionem recepit *Conradus Gesnerus* in bibl. De *Pirckheimero Erasmus* XXVI. 33. epist. *Fabr.* Inscriptio haec est:

D. Gregorii Naz. orationes XXX. Bilibaldo Pirckheimero interprete, nunc primum editae, quarum catalogum cum aliis quibusdam post epistolam Des. Erasmi videbis. Basil. in offic. Froben. a. M. D. XXXI. m. Sept. fol. Primum legitur dedicatio *Ioannis Straub.* generi *Pirckheimer.* ad *Georgium*, Sax. ducem, scripta Norib. IV. id. Maii 1531. post *Pirckheimi* mortem, quam etiam luget *Des. Erasmus* in altera, quae sequitur, ad eundem principem epistola nuncupatoria, scripta *Friburgi* id. Maii 1531. Tum sequitur index XXX. oration. vitae *Gregor.* et quarundam illius epistolarum, a *Pirckheimero* latine versarum. Accesserunt olim editae sex oratt. ab eodem *Pirckh.* a. 1521. et duae oratt. in *Iulianum*, ab eodem 1528. *) (vt in praefat. pag. 68. legitur.) Exempl. est in bibl. Erlang. Conf. quae adnotavi in *Introd.* in hist. L. Gr. II. 2. p. 241. sq. *Harl.*

Nazian.

*) Omissa tamen est orat. de officio episcopi. *Peypus*, 1529. 8. cuius meminit *Lambacher* in cod. *Pirckheimero* interprete. Norib. ap. Fid. bibl. antiqua Vindobon. ciuica, pag. 90.

Nazianzeni Opera Basileae, a. 1550. apud Heruagium fol. cum *Wolff. Musculi* praefatione, ex cuius versione etiam exhibentur Oratio I. et XL. XLV. XLVII. vti Orationes quinque de Theologia ex *Petri Mosellani*: ceterae omnes ex *Pirckheimeri*. Christus patiens ex versione *Sebastiani Guldebeccii*, Tigurini, et alia poemata ex interpretatione *Aldi Manutii. Fabr.*

[De ed. Basil. cum Musculi praef. ad gr. edit. a. 1550. agemus. Hic memorari debet *Gregorii Naz. de pauperibus amandis* orat. latine, *Petro Franc. Zino*, Veronensi, interprete; *Gregorii Nysseni*, in idem argument. oratt. duae, latine etc. apud Vascosanum. Lutetiae 1550. 4. v. *Maittaire* A. T. III. pag. 586. — comment. in Hexaemeron a *Petro Franc. Zino* latine redditus. Venet. Aldi fil. 1553. 4. (al. 8.) — Opuscula aliquot, latine per *Zinkm.* Venet. 1574. 8. in cat. bibl. Barber. I. p. 493. *Harl.*]

Parisi. et Coloniae 1570. fol. *Inc. Billio*, Prunaeo, interprete. Hanc editionem recenset *Bellarminus* de Script. eccles. [v. paullo post de II. edit.]

Basil. 1571. fol. per *Io. Leunclavium*, quae editio recensetur a *Simlero* in bibl. *Fabr.* Inscriptio haec est voluminis grandis, cuius exempl. est in bibl. Erlang. *Operum Gregorii Nazianzeni tomus tres.* Aucti nunc primum *Caesarii*, qui frater Nazianzeni fuit, *Eliae*, Cretensis episcopi, *Pjelli* et ipsius *Gregorii* librorum aliquot accessione. Quorum editio diuturnis vigiliis, summaque fide, qua interpretationem, qua veteres ad libros collationem, elaborata est per *Ioan. Leuenklavum*. Nec deinceps aliam expectari locupletiores posse, de prooemio lector intellet. Additae sunt annot. et index etc. Basileae ex officina Heruagiana, per *Euseb. Episcopium*. MDLXXI. fol. Haec opera editioque *Lewencl.* etiam hodie laud spernenda est. Is autem in prooemio comparat locupletiores suam editionem cum *Billiana*, a qua etiam discessit in collocatione orationum; in altero tamen tomus *Billianam* permutarum oratt. epistolarumque carminumque interpretationem atque notas restituit. Multa autem restituit addiditque ex duobus codd. quorum alter manu *Choniatae Atoninati* exaratus est, isque manu sua suoque more sparsim quaedam epigrammata, senariis iambicis facta, Nazianzeni operibus praefixit, quae *Lewencl.* latine vertit, suisque locis inseruit. Alter cod. antiquior et praestans est in bibl. *Basil.* De his, de commentariis *Eliae*, quem suspicatur *Lewencl.* vixisse, Creta per Saracenos occupata et Byzantinis imperatoribus adempta, de veris genuinisque oratt. (*Elias* enim tradit, ab Nazianz. tantum numero LII. esse publicatas,) de *Caesarii* dialogis, de iis scriptis, quae spuria dubiae videantur aliisque rebus follester disputat. *Gregorii Naz.* de vita sua carmen graece et latine praemisit reliquis opp. In adnotatt. denique brevibus nec adeo multis de lectionibus variis et sensu loquutionum differit. *Harl.*

Orationes tres 1. apologeticae, 2. de amore erga pauperes et 3. in Natalem Salvatoris nostri: ex *Iulii Gabriellii* Eugubini versione Antw. 1573. 8. [4. in B. *Fabr.* I. pag. 90.] apud *Plantin.*, additis notis et ad totum Nazianzenum edit. Gr. Basil. variis lect. ex codicibus Vaticanis.

Nazianzeni Opera Paris. 1583. fol. apud *Sebast. Nijellium*, ex secunda *Billii* recognitione. De hac videndus in adparatu sacro *Antonius Possevinus. Fabr.* Prior editio, quam *Fabri-*

Fabricius paullo ante scripserat prodisse Paris. et Colon. 1579. a *Maittaire* in A. T. III. pag. 746. adleritur Paris. 3. 1569. et plenior inscriptio redditur: *D. Greg. Naz. Opera*, cum *Nictetae Serronii* commentariis, quibusdam *Pfelli* enarrationibus et *Nonni* opusculo in inuectiuas aduersus Iulianum; omnia nunc primum latina facta *Jacobi Billii* Prunaei S. Michaelis in Eremo abbatis diligentia et labore, cum eiusdem breuibus scholiis. Paris. ap. Io. Bene-natum. 1569. fol. *Maitt.* in nota *d* ex Billii praefat. quaedam excerpfit, in quarum priore Billius scripsit, se ex permultis castigatissimisque in reginae bibliotheca exemplaribus consuluisse cod. capitalibus litteris exaratum et tantae antiquitatis, ut ipsius propemodum Gregorii aetate scriptus esse videretur, eumque praeter epistolas et versus omnia ipsius opera continere. — Altera ed. *Parif.* 1583. repetitio prioris esse videtur. Continet enim eosdem quoque commentarios. v. cat. bibl. Leidens. p. 46. *Harl.*

Græcae.

Venet. 1516. apud Aldum, 8. sedecim orationes, et aliae nouem 1536. 8. *Fabr.* De priore ed. Ald. (cuius exempto in bibl. Barber. adscriptae sunt notae margin.) v. plura in Serie dell' Ediz. Aldine p. 40. et in *Panzeri* A. T. VIII. p. 432. sq. de posteriore autem Serie etc. p. 70. et *Panzer.* l. c. p. 553. — Addantur:

In bibl. *Barberina* l. pag. 493. — Orationum et epistolarum selectarum tomus I. graece. Romae 8. sed quia nulla anni nota indicatur, quando illa editio, quam neque ad Audiffredo, neque a Maittario aliisque, quos consului, memoratur, ex prelo exierit, dicere nequeo. — De graeca *Brunelli* ed. romana, cum quibusdam Iuliani atque Athanasii oratt. atque epp. et paucis Gregorii Thaummat. v. supra vol. VII. p. 259.

In catal. bibl. *Askew.* p. 62. nr. 1695. occurrit ed. *Gregorii* oratt. duae, graece, 4, sed nota anni et loci est omissa; — in catal. autem I. S. Moerlii, part. II. pag. 399. nr. 4824. *Greg. Naz.* sermo adu. epos, qui importunis dispp. euangel. prophanant, et *Chrysostomi* conuicio de magistrat. gr. f. l. et a. 8.

Basilii M. et *Gregorii Nazianz.* theologorum, epistolae, graece, nunquam antea editae: cum praefat. Oblopaeci, Hagenoae. Io. Secerius. 1528. 8. v. *Lambacher* l. c. pag. 88. et *Panzer.* VII. pag. 101. nr. 268. — Parabolae graecis versibus conscriptae. Basil. 1529. 4. v. cat. bibl. Leid. p. 46.

Greg. Naz. in Iulianum inuectius prior, gr. apud Wechel, Paris. 1531. 4. — Epistolae CCXLV. gr. cum *Basilio*. Basil. ap. Froben. 1532. fol. — Tragoedia, Christus patiens, gr. Romae per Anton. Bladum. 1542. 8. — Eadem Paris. apud Wechel. 1544. 8. *Harl.*

Paris. 1544. apud Wechel.

Basileae a. 1550. fol. apud Hernagium, cuius editionem in epistolis, quod MSS. codicibus destitueretur, ex graeco Frobenii Basilie passim emendasse se testatur Iac. Billius. *Fabr.* Inscriptio etiam est graeca; sed praefatio nulla praefixa: probabiliter curauit edit. Musculus. Insunt autem XLIX. oratt. vita a Gregorio presb. scripta, adnotatio in Ezechiel. paraphrasis

in Ecclesiast. Salom. epistolae, plura carmina et tragoedia Christus patiens. Ad hanc gr. edit. altera tamquam pars pertinet versio latina, curante *Wolfg. Musculo*, eod. anno eademque forma et eodem opusculorum ordine seruato in lucem emissa, et a Fabricio supra inter lat. versiones memorata. Nam Musculus in praef. „ad hanc partem cum Io. Heruagius, diserto ait; — opeta ista D. Greg. Naz. *utraq; lingua, tam graeca quam latina* in publicum emittere statueret, et ad id instituti operam meam amicitiae iure posceret, — — haud illibenter praeliti.“ Adiecit de fide opuscul. et de fide Nicaena; Ruffino, presbytero, interprete. Hinc graeca ed. et haec versionis lat. inscripta: *D. Gregorii Naz. — — opera*, quae quidem exstant, omnia, tam soluta, quam pedestri oratione conscripta, partim quidem iam olim, partim vero primum etiam e graeco in latinum conuersa. — Basil. per Io. Heruag. 1550. vt in exemplari Erlang. bibl. saepe compingi solebant. In ead. bibl. Erlang. seruatur aliud exemplar mere graecum cum adnotatt. paucis, margini manu adscriptis.

Tragoedia, *Χρῖστος πάσχων*, *Christus patiens*, quam contra MSS. fidem^{h)} Apollinari, Laodicensi, viri quidam docti tribuere maluerunt, cum metaphrasi, quam versibus latinis iambicis composuit *Claudius Roilletus*, Belnensis, exstat tom. II. pag. 253. Prosa latina vertit *Sebastianus Guldenbeckius*, Tigurinus, in editione Heruagiana a. 1550. Graece post editionem Romanam 1542. 8. excuderat Wechelius Parisi. a. 1544. 8. *Fabr.* An auctor huius tragoediae sit Gregorius Naz. dubitat etiam *Lipsius* libr. II. de cruce, cap. 7. *Heum.* — v. infra, de *Apollinari*, *Laodic.* pag. 681. vol. VII. vet. ed. — supra vol. II. p. 285. voc. *Apollinari*. Sed neque Apollinari, neque Gregorio Naz. sed monacho cuidam indocto illam tragoediam adtribuendam esse, pluribus demonstrare sustinet *Triller* in praefat. ad versionem suam *Hug. Grotii* trag. *Christus patiens*, Hamburg. 1748. 8. pag. signata c. 3. et multa culpat in graeca tragoedia, Nazianzeno vulgo adscripta. *G. J. Vossius* dubitat quoque in *Instit.* poet. lib. II. cap. 14. p. 9. num Greg. Naz. auctor trag. illius, in qua multa animaduertit peccata, sit habendus. — De illo dramate grauius iudicat *Valcken.* in praef. ad Eurip. *Hippolyt.* pag. XI. negat, Gregor. Naz. monstrosum illius foetus esse patrem. sed id esse centonem ex aliquot centenis Euripidis versibus confutum, et de sex tragoediis, *Hippolyto*, *Medea*, *Bacchabus*, *Rheso*, *Troasi*, atque *Oreste* desumptum, existimat. Add. *Oudin.* l. c. pag. 644. 645 sqq. — In multis tamen codd. Gregorio Naz. adscribi solet, in cod. regio *Matrit.* XCIII. quem diligenter recenset *Iriarte* in cat. codd. gr. *Matrit.* pag. 368. sq. — *Monachii* in cod. elect. CXCI. (cat. codd. gr. *Bau.* pag. 73.) — *Venetis* in cod. Marc. DXIX. (cat. codd. gr. Marc. p. 279.) — *Parisi.* in septem codd. bibl. publ. v. indic. ad tom. II. cat. — in cod. quondam *Schwarziano* v. bibl. *Schwarzianae* part. II. pag. 8. nr. XX. etc. add. notam, *Harl.*

Scholias graeci in varia Greg. Nazianzeni scripta^{k)}.

NONNVS, (diuersus^{l)}, vt videtur, a Panopolita,) cuius expositiones Historiarum, quarum Nazianzenus vtraque in Iulianum inuectiua meminit, graece editae sunt a Rich. Montacutio Etonae 1710. 4. latine tantum ex Iac. Billii versione leguntur in editione Nazianzeni vtraque Parisi. et Lipsiensi tom. II. pag. 499. Idem Billius etiam latine edidit scholia quaedam *Nonni*, *monachi* in orationem 20. *Fabr.* *Nonni* enarrationes historiarum profanarum, quarum

H h h 3

rum

i) Vide *Lambecium* IV. p. 22. seq. vbi memorat codices MSS. cum scholiis graecis ineditis anonymi. In vno eorum inscribitur: Τὸ κοσμογονικὸν καὶ τὸ ἐν αἰγύπτῳ Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τῆς Θεολογίας δρᾶμα κατ' Εὐρυκίδην. *Fabr.* — in cod. caesar. CIII. nr. 1. pag. 46 sqq. ed. Kollar. vbi *Lambec.* contra Baronium aliosque illam tragoed. vindicat Gregorio Naz. et de hac controuersia consulere iubet *Phil. Labbaei* diss. de scriptor. ecclesiast. ac reliquos ab eo citatos. — in cod. CIV. cum scholiastae graeci expositione, partim in margine, partim inter lineas posita; diuersa tamen ab ea, quae exstat in mem. praecedenti codice, notante

Lambec. l. c. p. 48 sq. qui (vti quoque *Oudin.*) eam vocat *Tragicomordiam*, eumque sequitur *Nesselius*, vituperatus ideo ab *Iriarto* loco ante citato. *Harl.*

k) De scholiastis atque interpretibus graecis operum Greg. Naz. illorumque codd. nonnullis copiose differit *Oudin.* l. c. cap. VI. p. 647 sqq. Illos in multis codicibus, qui plura Gregorii opera continent, his adiunctos esse, iam passim adnotauimus. Quare eo breuioribus esse nobis licebit. *Harl.*

l) Vide infra pag. 690.

rum Greg. Naz. meminuit in orat. 1) in laudem Basilii, 2) in Epiphaniae festum diem, 3) in orat. inuectivas etc. sunt in cod. caesareo LXXIX. nr. 55. 56. 57. v. *Lambec.* et *Kollar.* III. pag. 452. sq. — In codd. bibl. *Coisl.* v. *Montfauc.* catal. illius bibl. pag. 118. cod. LL. — in codd. Laurent. Medic. v. *Bandin.* I. pag. 206. nr. 26. pag. 247. sq. nr. 54. sqq. ac p. 206. not. et saepius in Florentinis, Paris. aliisque codd. *Harl.*

S. MAXIMVS, monachus et abbas confessor, medio saeculo septimo clarus, in ambigua siue locos difficiles plurium Nazianzeni (¶) orationum ac quorundam carminum fusio-rem explanationem scripsit, ad Iohannem, archiepiscopum Cyzicenum, memoratam Io. *Tzetzas* Chil. IX. versu 866. et magnam partem latine olim versam a Io. Scoto Erigena. Prodiit cum iam dicti Scoti, graecarum litterarum non adeo periti, versione iussu regis, Car-oli Calui, composita, et eiusdem Scoti libris quinque de diuisione naturae, varia eruditione refertis, Oxoniae 1681. fol. °) Operae pretium esset hanc explanationem recudi in noua Na-zianzeni editione; nam et Oxoniensis haec non vbique obuia est, et in Maximi operibus, a Combesio iunctim vulgatis, explanatio in Nazianzeni ambigua desideratur; quamvis idem in bibl. concionatoria memoret eius codicem graecum regium, collatum cum altero abbatis Ge-rafini Blachi, Venetiis submisso, tertiumque scriptum pulcerrime et manu erudita collatum Ra-phaelis du Fresne, et versionem Scoti ex bibliotheca Cluniacensi, ad quos codices editio Oxoniensis recenseri poterit. *Fabr.* Plura vid. infra, in vol. VIII. cap. 30. nr. 48. de S. Maximo pag. 763. sqq. vet. ed. — Est vero *Maximi* expositio *Parif.* in bibl. publ. cod. DCCCXXXVI. qui is est, quem laudauit Combesius, (v. catal. codd. Par. II. pag. 171.) et in quatuor aliis codd. v. indic. ad vol. mem. — In cod. caesar. XCVIII. Basilii scholiis per-mixta alia sunt, quibus in margine nomen et *Maximi, monachi*, et *Georgii* cuiusdam (an *Mu-ceni*, de quo postea agitur?) adscriptum legitur. v. *Lambec.* cum *Kollarii* nota, in vol. III. pag. 502. — In cod. *Coisl.* LII. sunt Naz. orat. cum scholiis *Nicetae*, cuius tamen no-men reficetur: acc. alia similiter scholia, quae, vt *Montf.* in bibl. Coisl. pag. 118. ait, nomen auctoris non praeferunt, suntque ab editis latinis omnino diuersa, et interdum ex S. *Maximo* sumpta, eius nomine praefixo. Add. eundem *Montf.* ibid. pag. 411. de cod. CCXCIII. et *Bandin.* cat. cit. I. p. 537. nr. 1. *Harl.*

ELIAS, CRETENSIS, metropolita, qui concilio Nicaeno II. a. C. 787. interfuit, commentariis illustrauit orationes Nazianzeni 1. 3. 4. 10. 11. 19. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 33. 34. 35. 36. 37. 51. 52. Latine tantum edidit Billius, partim versa a se, partim excerpta. Graecus codex exstat MS. *Basilae* in bibliotheca publica in codice exinio, de quo *Carolus Patinus* in epistolis de itinere suo Amst. 1696. 12. pag. 132. *Les Oeuvres de Gregoire de Na-zianze sont écrites en caracteres rouges, et les Commentaires d' Elias Cretensis en caracteres noirs, qui n' ont encore été imprimez qu' en Latin. Ce Manuscrit Grec est parfaitement net, et enrichi même aux chapitres, de fort belles miniatures. On y voit souvent S. Gregoire en chaire, qui preche et qui semble disputer contre les Hérétiques, qui sont en bas à sa gauche, ayant à sa droite*

m) Edit. *Thoma Gale.* v. *Brüggemann* View etc. pag. 445. *Harl.*

droits les Orthodoxes principalement en son sermon in Εὐνομιανὲς ἐρεσδοῦντες. Fabr. Commentarii in Greg. Naz. orat. I. de Filio, quae est tertia de theologia, pars in cod. caesar. XVI. nr. 1. de quo v. Kollarium in supplem. pag. 145. sqq. et pag. 213. sq. de cod. XXV. nr. 2. in quo sunt, illo opinante, etiam excerpta ex Eliae Cretens. commentariis in Gregorii Naz. oratt. Harl.

NICETAS, ex Serrarum Macedoniae episcopo Heracleensis in Thracia metropolitani saeculo XI. ad finem vergente clarus, scripsit commentarium in sedecim Nazianzeni orationes. 6. 9. 15. 16. 18. 20. 21. 22. 32. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. quae latine exstant a Billio editae: Graece MStae superflunt in pluribus codicibus caesareae bibliothecae^{*)}, ne de regia Paris. aliisque in praesenti dicam. Idem Billius Paris. 1575. 8. Nicetae scholia latine vulgavit in quaedam Nazianzeni carmina, sub nomine *Cyri, Dadybrensis* (in Paphlagonia) episcopi. *Cyrus Κύρος* non nomen, sed honoris titulus est pro Κύριος. Vide *Barthii* [P] Aduersaria p. 1393. Quae autem Nicetae, Paphlagoni, in illo codice et aliis quibusdam tribuuntur, forte et ipsa sunt Nicetae, Heracleensis. Vide *Allatium* de Psellis cap. 13.

PSELLI in loca quaedam Orationis 41. et 42., leguntur latine in editionibus Parisiensibus a. 1609. et 1630. atque Lipsiensi tomo secundo, commentariis Nicetae inserta. At *Io. Leunclavius* in editione Basil. 1571. edidit, (itidem latine tantum, Pselli, philosophi Christiani, in difficiles locos sex orationum Nazianzeni, nimirum 20. 39. 40. 42. 44. et in unum alterumque locum Apologetici. Idem praemittit *Iohannis Pselli* in imaginem Gregorii Nazianzeni tetraſtichon. *Fabr. Florentias* in cat. cod. gr. Laurent. II. pag. 412. sq. de cod. LVII. nr. 8. 14. praecipue nr. 16. 18. 19. et pag. 415. nr. 43. add. supra in notitia codd. msst. Harl.

BASILII, Caesariensis^{*)}, iunioris, qui saeculo decimo scripsit, praeclaras luceque dignas *ἐκρηγῆς* et *ὑπομνηματισμῶς* in orationes XLV. Nazianzeni^{*)} habet MSS. biblioth. caesarea, regia

^{*)} In codd. XLV. XCI. XCII. XCIII. XCV. et XCVI. v. *Lambec.* comm. III. pag. 171. 489 sqq. 494. 495. et, nomine Nicetae non addito, in cod. XCVII. de quo multus est *Lambec.* l. c. p. 496. sqq. Item in cod. IX. anonymi excerpta, quae ex Nicetae contin. deprecata esse, docte copioseque demonstravit *Kollarium* in nota ad illud vol. pag. 50. sq. — Conf. antea de carminibus notata, et supra, in vol. VII. p. 750 sq. collecta. Add. catal. codd. *Nanian.* pag. 64 sqq. de cod. EVIII. qui continet XVI. oratt. Naz. cum *Nicetae* comment. — *Nicetae Davidi*, philosopho, tribuitur paraphrasis Tetraſtich. a *R. isero* in cat. codd. *August. Vindel.* p. 12. expositio *Arcanorum* etc. in cat. codd. gr. Venet. Marc. pag. 259. cod. CCCXCIV. et aliorum carminum Greg. Naz. v. supra in vol. VII. 748. ubi quoque pag. 747. de

Niceta, Dadybrensi, agitur. Harl. — Epistola *Christifr. Waechleri*, exhibens collationem oratt. Greg. Nazianz. cum cod. msto et scholiis graecis *Nicetae*. Lips. 1722. 4. — Huius Nicetae commentar. in I. ad Corinthios edidit *Lamius* in *Deliciis erudit.* In praefat. multa de eius scriptis [tom. a. 1743. edit. p. 137.] *Heum.*

^{o)} Magni Basilii *κοινωνὴν καὶ ὁμιλίαν καὶ θρόνον* se adpellat. Vide *Scherum* ad Iul. Pollucem pag. 99.

^{p)} Vide *Lambec.* III. p. 204. seq. et *Nouellas Reip. literariae* a. 1704. mense Octobri pag. 383. ubi habes *Clariss. Louvardi* Epistolam datam 13. Mart. a. 1704. de noua, quam parat, Nazianzeni editione.

regis Galliae, Augustana et II. Vossii, quae accessit academiae publicae Lugduni Batavorum. *Fabr.* Vid. *Lambec.* et *Kollar.* vol. III. comment. pag. 500. sqq. de codd. caesar. XCVIII. XCIX. C. — *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* pag. 253. de cod. CCI. praecipue pag. 296. de cod. CCXXXVI. qui habet collectionem variorum commentator. vett. a Basilio minimo congestorum: item p. 298. de codd. CCXL. et sequenti. — *ibid.* in cod. CCXLII. alius, anonymi, scholia in Gregor. Naz. oratt. exstant. — In primis notandus est cod. XIII. plut. 4. in bibl. Laur. Medic. quem copiosius et curiosius curatiusque, quam *Montfaucon.* l. c. pag. 296. fecerat in describenda eadem Basilii collectione, recensuit, multaque ex eo excerptis *Bandin.* in cat. codd. gr. I, pag. 536. sqq. Basilius iunior collegit commentarios aliquot vett. in XIV. oratt. Gregorii Naz. et ipse Basilius in epist. nuncupatoria ad Constantinum Porphyrogenetum, (vnde aetas illius Basilii definiri potest,) ἔχει, ait, δὲ καὶ Γεωργίου τὸ βιβλίον ἐμπνεύσαν τῷ Μωκηνῶ, καὶ ἄλλων. Illam epistolam *Bandin.* gr. excudi fecit l. c. Epistolam sequitur ipse commentarius ineditus *Basilii minimi, Georgii Moceni, Maximi, Theophili, Apollinaris* et anonymi. — In eod. cod. nr. XV. sunt explicationes mythicarum historiarum, quarum meminit Greg. Naz. in oratt. in SS. lumina et in S. Basilium. v. quoque *Bandin.* in monumentis eccles. etc. supra in notitia edd. gr. lat. memoratis. — *Parif.* in bibl. publ. cod. DLXXIII. *Basilii minoris* scholia in 45. oratt. *Greg. Naz.* — in cod. DCCCXVII. nr. 2. *Basilii, Georgii* et *Maximi* scholia in valedictoriam Greg. Naz. homiliam. *Harl.*

Cum THEODORI BALSAMONIS scholio carmen Nazianzeni de libris biblicis legitur in Synodico magno *Guil. Beueregii* tom. II. p. 178.

GENNADII siue potius GREGORII, presbyteri Caesareensis vitam Nazianzeni *) et scholia in orationes XVI. euoluit MSta atque in noua Theologi editione promere voluit *Franciscus Louvard.* Scholia illa Gregorii laudantur ab Elia Cretensi.

LEONTII, Byz., scholia ex ore THEODORI, abbatis et philosophi, ad excerpta q Nazianzeno de SS. Trinitate MSta in bibl. Caesarea. Vide *Lambecium* III. pag. 63. *Fabr.* p. 171. ed. *Kollar.* in cod. XLV. nr. 3. *Harl.*

NICEPHORI BLEMMIDAE encomium in Nazianzenum et expositio eius carminum memoratur a *Iabbeo* in bibl. noua MSS. p. 111. pro *Nicephori, Paphlagonis*, autem scholiis ibidem legendum puto *Nicetae.*

GEORGII ACROPOLITAE in quasdam Nazianzeni sententias laudat *Allatus* diatriba de Georgiis p. 357.

EVMOLPI PHILE expositio in quatuor orationes S. Gregorii Naz. *Iabbe* pag. 107. bibl. nouae MSS. Eiusdem hypotheses siue [P] argumenta versibus iambicis in orationes, MSS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* III. pag. 184. *Fabr.* f. pag. 456. sq. de cod. LXXX. nr. 2-8. et 18. ed. *Kollar.* vbi *Lambec.* *Philae* epigr. primum edidit, quod iteratum est a *Tollio*

g) v. *Lambec.* comm. III. p. 451. de cod. caes. LXXIX. nr. 54. et supra ad §. 1. *Harl.*

Tollio in insignib. itinerarii ital. pag. 200. et a *Gottl. Wernsdorfio* in ed. *Manuel. Philae* carmin. graec. Lipf. 1768. 8. p. 309. nr. IV. *Harl.*

IOANNIS ZONARAE paraphrasis et commentarius in Nazianzeni tetraſtica et alia opuscula, MSS. in bibl. Caesarea et Scorialensi. *Fabr. Vindobon.* in bibl. caesar. cod. XXV. nr. 4. est *Ioannis Zonaræ*, ex aulae imper. CPolitanae magno Drungario Vigiliae et protoſecretario aſcetae ſ. monachi, (v. infra vol. X. de Zonara, pag. 241. ſqq.) expositio canonum ſ. canticorum eccleſiaſtic. S. Io. Damasceni. conf. *Lambec.* in comm. III. pag. 103. Atqui *Zonaræ* illi potius, quam *Nicetae*, alias dicto *Dauidi philoſopho*, cuius comm. in Greg. Naz. tetraſtica et monofticha ab *Hercule Phaello*, preſbytero Imolenſi, latine verſus, et Imolae ap. Laur. Gianottum, 1588. 8. editus eſt, tribuere malit *Lambec.* IV. pag. 32. ſqq. anonymi cuiusdam auctoris *paraphraſes triginta tres* in totidem Greg. Naz. carmina, in cod. caesar. CII. Sed *Kollar.* in not. A. pag. 35. primum refutat *Oudin.* l. c. tom. I. pag. 645. negantem, Zonaram in carmina Greg. Naz. commentatum eſſe, cuius opinionis error iam ex iis, quae *Fabr.* de Zonara l. c. protulit, refelli poteſt. Neque tamen paraphraſes illas, quae in cod. mem. Vindob. exſtant, auſit *Kollarius* tribuere Zonaræ, quum et *Nicetam* et *Doxapatrium*, cuius explanatio admodum ſimilis videatur anonymi paraphraſi, in cod. illo obuiæ, in varia Nazianz. carmina *ἐξηγήσεις* ſcripſiſſe notum ſit, *Florentiae* in cod. XVIII. nr. 1. ſunt carmina Greg. Naz. cum anonymi paraphraſi, quam, licet quaedam varietas ſubinde intercedat, *Bandin.* in cat. codd. gr. I. pag. 257. eundem, ac cod. Vindobon. habere auctorem, ſcil. Zonaram, in nota ſuſpicatur; neque tamen decernere audet. At in cod. bibl. *Parif.* publ. CMXCH. in quo exſtant quaedam Greg. Naz. carmina, nr. 6. eſt *Nicetae* philoſophi expositio tetraſtichorum S. Greg. Naz. tum ſequitur nr. 7. *Io. Zonaræ* ad eum, qui rogauerat, vt tetraſtica S. Greg. Theologi interpretaretur, praefatio, quam excipit tetraſtichorum explicatio, Pauciora tamen ab illo, quam a *Niceta*, illuſtrari, monet confector catal. codd. *Parif.* olim regg. vol. II. pag. 198. Forſan Zonaras *Nicetae* aut alius commentarium compilauit, et in compendium redegit; quo fieri potuit, vt illius nomen in codd. omitteretur. *Harl.*

ANONYMI vnus pluriumque ſcholia atque paraphraſes in varia Nazianzeni carmina partim iam viderunt lucem, partim adhuc in bibliothecis inedita deliteſcunt. Paraphraſis in ἀπόκρίνα graece vulgavit *Hoeſchelius* Lugd. Bat. 1591. 8. Ἐρμηνείων in Epigrammata, memoriae S. Baſilii conſecrata, *Lambecius* VIII. pag. 368. [pag. 777. ſqq. *Koll.*] Anonymi ſcholia in orationes ſedecim et alio codice in orationes XXIV., nec non alia ſcholia in *Steleuticas* aduerſus *Iulianum*, diuerſa ab editis *Nonni*, monachi, ſcholiis: alio item in Nazianzeni *Chriſtum* patientem, iterumque alio in pleraque carmina exſtant MStæ in bibl. caesarea. Σημείων criticorum, marginibus codicum MStorum Nazianzeni adpoſitorum, expositionem edidit *Lambecius* III. pag. 174. ſqq. *Fabr.* ſ. pag. 438. ſqq. ed. *Kollar.* de cod. LXXIX. et pag. 468. de cod. LXXXIII. adde ſupra iam adnotata de illis ſignis et anonymorum ſcholiis. Atque *Eliæ*, *Cretenſis*, teſtimonium paullo poſt laudabimus. *Harl.*

NICOLAI DOXOPATRI, (τῷ Δόξῳ Πατρὶ,) notarii patriarchalis magnae ecclesiae, CPol. et proto-proœdri Syncellorum ac Nomophylacis ἐξηγήσεις siue scholia graeca MSS. in Nazianzeni carmina iambica, aliaque. Incipit: Διττῆς ὅσης ἀληθῆς φιλοσοφίας Lambec. VIII. pag. 457. *Fabr.* v. *Kollar.* ad Lambecii comm. IV. pag. 36. fin. in primis *Lambec.* VIII. pag. 958. sq. ed. *Kollar.* de cod. XLVII. nr. 2. — *Nicolai* cuiusdam scriptoris antiqui, saec. circ. XI. carmina in laudem Gregor. Naz. *Bandin.* in cat. codd. Laurent. I. pag. 214. sq. edidit ex cod. VIII. nr. 46. plut. 7. — *Nicolai Doxop.* comment. in varia Greg. Naz. carmina his subiunctus est in cod. *Parif.* bibl. publ. CMXCIII. *Harl.*

[Praeter ea in Nazianz. opp. commentatos fuisse THEOPHILVM quemdam APOLLINAREM et GEORGIVM MOCENVM, ex eorumque interpretatt. *Basilium* *minimum* suum adhuc ineditum commentarium, qui est in cod. XIII. plut. 4. in bibl. Laurent. Medic. auxisse atque ornasse, idque *Bandin.* in cat. codd. Laur. I. p. 536. sqq. docuisse, iam supra, quum sermo esset de *Basilii* comm. animaduertimus. *Bandin.* vero in nota I. pag. 536. monuit, *Montfaucon* in bibl. biblioth. MSSt. pag. 252. D. in commemoratione illius codicis male legisse Μαρκίῳ, vtpote cuius nomen esset ignotum. — In cod. *Coislin.* CCXXXVI. in quo etiam continentur *Basilii* *minimi* scholia in Greg. Naz. orationes, fol. 208. leguntur *Georgii Mocii*, *Mocis* f. Μωκηνῆ, scholia in Greg. Naz. homiliam in Pascha, teste *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* p. 296. sqq.

CALLISTI XANTHOPVLI glossas in oratt. Nazianz. iam memorauit *Possennius* ad calcem adparatus sacri pag. 28. Atqui *Greg. Naz.* oratt. XXX. cum scholiis *Nicephori Callisti Xanthopuli* exstant in cod. *Veneto* Marc. LXXVI. inscripto: Νικηφόρου Καλλίστου τῷ Ξανθοπούλου σύντομος σχολιασμός δι' ὅλης ἐξηγήσεως εἰς τὰς μὴ ἀναγνωσσκομένους τῷ Θεολόγῳ λόγους, quod copiose ostendit *Teupolus* in cat. codd. graec. Marc. pag. 53. — Eadem oratt. cum iisdem *Xanthopuli* scholiis, sed sine auctoris nominis, sunt in cod. seq. LXXVII. obseruante ibid. pag. 54. *Teupolo.* — In cod. *Vindob.* caes. XCVII. continentur *anonymi* cuiusdam comm. in sedecim Naz. oratt. quod quidem vtrum *Callisti Xanthopuli* opus sit, ignorare se fatetur *Kollarus* ad *Lambec.* III. pag. 497. contra, ait, compertum habeo, eius methodo, et quidem CPoli, esse (illum commentarium) scriptum: conicitur hoc ex commentarii prooemio ad orat. octauam, folio cod. CVIII. pag. 2. etc. *Eliae* tamen *Cretensis* locus, in *Leunclau.* Opp. *Greg. Naz.* edit. lat. pag. 1. ed. *Basil.* 1571. quem adducit *Lambec.* l. c. memorabilis est, et dignus ex quo quaedam repetantur. „*Greg. Naz.* orat. vna cum epistolis interiectis numerantur coniunctim quinquaginta duae, quarum illae sedecim, quae vno libro comprehensae sunt, magnam *interpretum* copiam nactae sunt tam *priscorum*, quam *recentium*; — ceterae vero a nemine. — quantum quidem nobis constat, sunt explicationem consequutae. Solutus *Basilius* quidam et GREGORIVS, qui et XVI. istis orationibus enarrandis operam impenderunt, voluerunt quidem illi quasdam adnotationes, scholiis consimiles, etiam in orationibus, quas nunc contemplaturi sumus, relinquere, etc.“ Atque in cod. XCVIII. *Basilii* scholiis in *Greg. Naz.* alia scholia esse permixta et in margine interdum adscripta esse nomina *Maximi* ac *Georgii*, monent *Lambec.* et *Kollar.* III. p. 591. sq. *Harl.*

Scripta,

Scripta, quae in Operum Nazianzeni editionibus hactenus editis non exstant,

VIII. In operibus Nazianzeni, iunctim editis, praeter *Carmina*, quae *Tollii* ac *Muratorii* solertia eruit, desiderantur. 1) *Philocalia* e scriptis Origenis, utraque lingua saepius iam vulgata, atque nouae operum Origenis *ἐκδόσεις*, quam Parisiis curauit *Carolus de la Rue*, opportunius inserta, ut recudere eam in noua Nazianzeni editione non sit necesse. Dixi de hoc opere, volumine quinto [p. 221. sq. vol. VII.]

2) *Liturgia*, latine ex arabico Iosephi Scaligeri codice versa editaque a Victorio Scialag, Maronita. Augustae Vindel. 1604. 4. Vide *Marci Velseri* epistolas ad Scaligerum 17. 30. et 35. et *Iosephi Scaligeri* 159. 170. 171. Graece et fortassis arabice vulgaturum se recepit Louuardus. Edita latine, e Coptico versa, ab *Eusebio Renaudoto*, inc. *Domine Deus omnipotens, qui nostri cogitationes hominum*. Paris. 1716. 4. tom. I. liturgiar. oriental. p. 167. Alia missa, quae ex latino Greg. I., papae, graece versa est a Georgio Codino, editaque graece et latine a *Fed. Morel*. Paris. 1595. 4. Inc. ὁ μέλλων ἱερεὺς ἱερουργῆσαι. Alia it. missa praeconsecratorum in *Iac. Geori* Euchologio graec. pag. 192. quam idem in notis [P] pag. 210. ab aliis *Basilio*, ab aliis *Gregorio I.* vel *II.*, papae, ab aliis denique *Germano*, patriarchae CPol., tribui testatur, et quam cum *Greg. Nazianzeni Liturgia* confundi a *Ludouico Iacobo a S. Carolo* in bibl. pontificia pag. 86. et 88. notatum *Thomae Ittigio*, in praelectionibus ad Hist. ecclesiasticam Saeculi IV. Inc. ὁ Διάκονος λέγει, εὐλόγησον Δέσποτα.

3) *Sententiae et regulae vitae*, capitibus XXIV. distinctae atque ex Nazianzeni scriptis olim incerto auctore collectae, et graece a *Io Sambuco* editae. Antwerp. 1568. 8. συναγωγή κηρύσεων etc.

IX. *Iohannes Leunclauius* operibus Nazianzeni, a se magnam partem versis et *Basil.* 1571. fol. editis, latine subiunxit CAESARII *Quaestiones et Responiones CXCV*. Idem fecit, *Leunclauium* sequutus, et seruata eius versione, *Iac. Billius* in latina Nazianzeni editione Paris. 1583. fol. Hic *Caesarius*, germanus Nazianzeni frater et domus Augustae archiater ac

Iii 2

quae-

r) Notae *Renaudoti* p. 301 — 314. *Fabr.* infra, in vol. XIII. p. 818. aiebat, in aliis non dici *Gregorii Theol.* sed *S. Seueri*, patriarchae, et mirabatur, *Gregorium* hunc non Theologum, sed *Nysseum* adpellari a *Iobo Ludolfo* p. 341. comment. ad historiam aethiopicam. Add. ibid. p. 823. Theol. epistol. Lacrozian. I. p. 164 sq. p. 173. atque de liturgia coptica passim in tom. II. agitur. — In cod. *Barocc.* VIII. Liturgia *Gregorii* dialogi, gr. *Basilii* precatio et adiuratio; *Gregorii* preces II. *Gregorii Naz.* adiuratio. — Inter codd. *Huntington.* in cat. codd. Angliae I. nr. 5880. liturgia *Greg. Naz.* iunioris, coptice et arabice cum precationibus *Seueri*. (Hinc fieri

potuit, ut *Seuero* tribueretur ipsa liturgia.) — *Dublino* inter codd. coll. S. Trinit. nr. DCCCXLVIII. et nr. MCCCXXVII. inter codd. *Narcissi*, archiep. *Dubl.* Liturgia *Gregorii Theol.* copto-arab. — *Romae* in bibl. Vaticana *Greg. Naz.* Liturgia, gr. bis, cum multis aliis *Greg. Naz.* operibus. v. *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSS. I. pag. 65. B. et C. — *Parisi.* in bibl. publ. inter codd. *syriacos* cod. LXVIII. nr. 1. liturgia *Gregorii, metropolitani*: inter codd. *copticos* XXVI. XXVIII. XXIX. XXXIX. XL. Lit. Naz. cum arabica interpretatione, et cod. XXXI. sine illa interpret. v. cat. codd. Paris. I. p. 57. 72 et 73. *Harl.*

quaestor Bithyniae *) post terrae motum, quem feliciter euasit, obiit coelebs et baptismo paucis ante mortem diebus demum suscepto *) a. C. 369. 25. Febr. atque a fratre, Nazianzeno, oratione X. funebri celebratus est. Licet vero medicam artem professus fuerit: tamen quaest. 78. extrema ait, se accuratiorem de partibus corporis tractationem relinquere medicis, ὃν τὸν λόγον καταλείψω τοῖς περὶ ἰατρικὴν ἐσχολακόσι. Et quamvis philosophiae ac mathematicis disciplinis *) dederit operam, vnde frater de eo orat. X. pag. 163. ποῖον μὲν εἶδος ἐν ἐπῆλθῃ παιδείᾳ; μᾶλλον δὲ ποῖον ὡς εὐδὲ μόνον ἕτερος, tamen naturalium rerum et astronomiae perexiguam notitiam prodit quaest. 36. seq. et 44. Quae vero quaest. 47. seq. aduersus fatum astrologicum disputat, valde similia sunt iis, quae ex Bardesane habet *Eusebius* VI. 10. praeparationis euangelicae, et quae in Clementis recognitionibus IX. 19. leguntur. Neque ad aliud opus respicere puto Suidam, quando Caesarium κατὰ Ἑλλήνων scripsisse refert, quod non vno loco fit in hisce quaestionibus, quas laudat etiam *Michael Glycas*, pag. 80. et 143. et *Photius* cod. CCX. *) qui κεφάλαια Ἑκκλησιαστικὰ adpellat, numeratque ducenta ac viginti. Atque totidem exstare etiam in codice MS. monasterii insulae Pathmi in mari Aegaeo, testatus est *Possseuinus* ad calcem Apparatus sacri. Titulus est: πύσεις προσαχθεῖσαι ἀπὸ Κωνσταντίας, Θεοχαρίσε, Ἀνδρέε, [P] Γρηγορίε, Δόμνε, Ἰσιδώρε, Λεοντίε, ἐπὶ σεκρέτῳ (familiariter) Καίσαριώτῳ ἀδελφῷ τῷ ἁγίῳ Γρηγορίε, Ἐπισκόπε Ναζιανζῷ, ὁπηγίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινπόλει, διδάσκων ἔτη ἑκοσι (huc, vt *Lambecius* IV. pag. 47. legit, ἔτη ἕξ.) Sed in latinis Leunclauii, Billique et in graecolatina *Frontonis Ducani* editione tom. I. Auctarii bibl. patrum Paris. 1624. et tomo XI. bibl. patrum Paris. 1644. exstant quaestiones CXCV. distributae in *Dialogos IV.* dies I. vsque ad quaest. 38. II. ad quaest. 52. etc. Ceterum *Elias Ehingerus*, qui quaestiones theologicas et philosophicas Caesarii graece ex codicibus MSS. Bauarico et Augustano *) vulgavit Augustae Vindel. 1626. 4. addita Leunclauii versione, tantum exhibet quaestiones LXXVIII. licet plures et ipse in codice Bauarico inuenisset; sed quas ex Nysseni libro de opificio hominis, Maximo et aliis graecis scriptoribus adsutas existimat; vnde totum opus Caesario, Gregorii Naz. fratri, abiudicarunt viri docti, maxime *Iac. Billius* praef. ad orat. X. Nazianzeni *). Vindicatur tamen Caesario et Photii et Glycae testimoniis

s) Vide *Lambecium* IV. p. 38. [pag. 66 — III. ed. Kollar. de cod. CVII. nr. 10. contra Billium et Riuetum nimis copiose disputat; et pag. 89. agit de Caesarii honoribus. Mire desudat in quaestione. istis Caesario vindicandis; sed Kollarus in notis pluribus refutat Lambec. ac p. 110. sq. etiam Oudinum, et negat, Caesarium esse dialogor. s. quaestionum auctorem, parumque fidei pag. 27 sqq. tribuit Eliae, Cretenis, saec. XIII. scriptoris, testimonio de istarum quaest. parente. Sed legat longam illam, licet doctam, disquisitionem, cui volupe erit. *Augustae Vindel. Caesarii* responsio ad quaestiones, a Constantino, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domino, Isidoro, Leontio propositas. v. *Reiseri* cat. pag. 23.

et 37. *Harl.*] et *Acta Sanctor.* tom. III. Februar. pag. 497. seq.

t) *Lambec.* IV. pag. 46. *Fabr.* pag. 97. sqq. sed conf. Kollarii notam. Fragmenta quaedam ex dialogis inserta sunt Greg. Nazianz. homiliis XVI. in cod. LXXXI. v. *Lambec.* notamque *Kollarii* vol. III. p. 465. *Caesarius* de vitiis et virtutibus in cod. Ottobon. *Romae.* v. *Montfauc.* bibl. biblioth. MSSt. I. p. 183. B. — *Schiada* in cat. codd. Mosq. p. 38. *Caesarii* capp. 218. citat. *Harl.*

u) Confer *Muratorii* *Anecdota graeca* p. 54.

v) v. infra vol. IX. p. 448. sq. *Harl.*

w) v. *Reiser.* catal. p. 23. 37. 39. *Harl.*

x) Etiam *Sam. Basnage* annal. ad a. 368. §. 2.

monii et auctoritate MStorum codicum, etiam Caesarei, de quo *Lambecius* IV. pag. 31. [pag. 70. sqq. ed. Kollar.] qui ad Billii argumenta prolixè respondet, et refellit quoque hallucinationem eorum, qui ex Photii verbis, male intellectis, existimarunt, Nazianzenum sub Caesarii, fratris sui, nomine quaestiones hasce scripsisse.

Alius Caesarius⁹⁾, praefectus vrbis CPol. et magister officiorum in aula Theodosii M. quem cum Nazianzeni fratre confundit Nicephorus XII. 44.

CAPVT X, (olim XIV.)

De S. CYRILLO Hierosolymitano.

I. *Cyrilli Hierosol. vita et aetas.* II. *Catecheses baptizandorum et ad baptizatos, atque epistola ad Constantium, imp.* III. *Editiones.* IV. *Alia eius scripta.* V. *De Nemesio.* VI. *et Iohanne Cassiano.*

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

CYRILLVS, episcopus ab a. C. 349.²⁾ Hierosolymitanus, Acacii, aliorumque Semi-Arianorum iam amicitia male audiens, (licet ipse cum catholicis^{aa)} sentiret,) iam [P] inimicitias et litibus, quae de iure metropolitico cum eodem Acacio, Caesareensi episcopo, ipsi intercedebant, addictus, atque semel iterumque, imo tertium^{bb)}, quoque depositus, tandem

lil 3

Heum. — item *Tillemont.* not. XII. sur S. Greg. de Naz. p. 701 sqq. *Kollarus* vt ad not. priorem vidimus; nec non *Oudin.* I. p. 543. et *Guil. Caus* in hist. litter. SS. eccl. I. pag. 249 sq. vbi de Caesario et dialogis copiose agit. Add. *Schroecckh.* I. c. pag. 317. *Harl.*

9) *Lambec.* IV. pag. 48. seq.

2) *Sec. Saxium* in *Onom.* I. p. 403. *Cyrillus* a. 350. praeful hierosolymitanus factus est. *Conf. Pagii;* (a Saxio iam citati,) *crit. Baron.* ad a. Chr. 351. nr. VII. VIII. p. 497. tom. IV. et ad a. Chr. 386. nr. V. pag. 612. tom. V. — *Touttée* in I. diff. (posthaec mem.) opinatur, *Cyrillum* natum esse circ. a. Chr. 315. et Hierosolymis educatum. Illo dein censente, circ. a. Chr. 349. mortuus est *Maximus*, episcop. Hierosolymitan. eique successit *Cyrillus*, quod circ. a. 350. factum esse *Caus* quoque in hist. litter. script. eccl. I. ad a. 350. pag. 211. ed. *Basil. Oudin.* in comment. de scr. eccl. I. p. 457. alique existimant. *Harl.*

aa) Vide *Petauium* lib. I. dogm. Theol. de Trinitate c. 13. §. 10. seq.

bb) Fallitur itaque *Epiphanius*, qui ex vno *Cyrillo* duos facit LXVI. 20. Ceterum vberius de *Cyrillo* eiusque vita ac fati *Godfrid. Henschenius* in *Aëtis Sanctor.* tom. II: ad 18. Martii p. 625. seq. *Guil. Caus* in vitis patrum, tomo II. *Tillemontius* memor. eccles. tomo VIII. p. 482 sqq. et *Tho. Milles* in iis, quae praeclarae suae *Cyrilli* editioni praenitit. His adde *Papebrochium* ante tom. III. Aët. Sanctorum Maii in serie chronologica episcoporum Hierosolymitanorum et tom. I. Martii p. 870. et tom. II. p. 625. seq. et 748. *Valesium* ad *Sozomeni* IV: 50. Quae *Id. Grodaci* de *Cyrilli* vita collegit, leguntur etiam apud *Suarius*, 18. Martii. *Fabr.* Add. *Hieronym.* de viris illustr. cap. 112. et adnotatores ad illum pag. 202. in *Fabr. biblioth. ecclesiast.* — *L. Ell. Du Pin.* nouv. bibl. tom. II. pag. 154 sqq. — *Stolle Nach.*

Idem tertia quoque vice in synodo CPol. generali a. C. 381. restitutus sub Theodosio inconcussum deinceps tenuit episcopatum, donec diem obiit a. C. 386. Memoriam eius Menaea et martyrologia celebrant die XVIII. Martij.

Scripta eius, quae *Κυρίλλεια* ab ecclesia dicta testatur *Nicephorus IX. Hist. cap. 46. sunt: I. Catecheses XVIII. Φωτισμένων, ad Competentes*, siue baptismi circa paschatos festum percipiendi candidatos de praecipuis doctrinae christianae capitibus *σχεδιασθεῖσαι ex tempore dictae*, Hierosolymis quadragesimae tempore a. C. 352. et a notariis exceptae, vt ex hac nota codicis Augustani obseruat Millesius: *πολλὰ μὲν ἐρρέθησαν καὶ ἄλλαι κατηχήσεις κατ' ἐνιαυτὸν ἑκάστη καὶ πρὸ τῆ βαπτίσματος καὶ μετὰ τῆ βαπτισθῆναι τὴς νεοφωτίσεως, ταύτας δὲ μόνας ἐν τῷ λέγεσθαι τῶν σπουδαίων τινὲς ἐκλαβόντες ἐγχαίψαν ἐν τῷ τυβ'. ἔτε τῆς τῆ Κυρίε καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρυσίας*. Ita iam episcopus fuerit Cyrillus, quum Catecheses illas haberet. At Io. Grodecius, similis adnotationis, quam vetustissimam vocat, faciens mentionem, pro a. C. 352. habet 333. quem numerum probat etiam *Henschenius tom. III. act. Sancto. Martij pag. 632.* sed ita, vt notet, a Graecis annos Christi numerari non tantum ab ortu, sed etiam ab adsumptione illius: quo pacto numerus ille 333. coincideret cum nostro 364. quod tamen nimis longe abesset a sententia Hieronymi, in catalogo de script. eccles. cap. 112. testantis, catecheses ab Cyrillo in adolescentia compositas fuisse. Praeterea a. 352. pulcre conuenit, quod Cyrillus septuagesimum⁶⁶) a Manetis haeresis, sub Probo, imp., exortae, annum computat VI. 12. et Perfici sub Constantio belli meminit XV. 3. *Fabr. Tillemontius* censuit, a 347. a Cyrillo illas catecheses esse dictas. *Touttaeus*, pluribus argumentis notus, in II. dissertatione iudicat et probare sustinet, a Cyrillo nullam illarum catech. s. orationum habitam fuisse ante a. C. 344. nec vllam post a. 349. Idem agit de *discrimine catech. Φωτισμένων* s. vt. vertit, *illuminandorum*, quibus prima sacrae doctrinae principia fuissent tradita, et catechesων mystagogic. s. scholarum quasi interiorum, in quibus doctrinae christianae sacris intertoribus prouectiores in scientia et vsu sacrorum seu quorundam mysteriorum fuissent ab episcopo initiati.

In haud paucis codd. occurrunt catecheses. *Augustae Vindel. catech. et Φωτισμένων* et mystagogicae. Atque Reiser. pag. 13. adnotat, in antiquo catalogo et in Ehingeriano adscribi illas *Iohanni*, qui longe posterior fuisset Cyrillo, sed ab Hoefschelio redditae esse *Cyrillo*, et

Nachricht. von den Kirchenvät. pag. 261 — 271. R. Ceiller Hist. gen. des Aut. eccl. tom. VI. pag. 477. Sam. Basnage Annal. polit. eccles. tom. III. pag. 113. Gottfr. Arnold in: Kirchen vnd Ketzer Historie part. I. p. 149. b. Io. Ge. Walchii hist. eccles. N. T. pag. 1316. — I. Matthi. Schroeckh christliche Kirchengeschichte, part. XII. p. 369 — 476. — I. L. Berti diss. hist. vol. III. p. 365 — 374. — N. Lardner's Credibility of the G. H. part. II. vol. VIII. p. 266. sqq. De Touttasi diss. postea agitur: alios, a Fabr. et a me citatos, vt prae-

termittam. Illi de Cyrilli vita, fati, ingenio, scriptis et doctrina opinionibusque satis copiose, et de quibusdam rebus in vtramque partem disputarunt, nobisque fecerunt otium. In Introduct. in hist. L. Gr. II. 2. p. 236 sqq. de Cyrillo Hier. quaedam dixi. Dublini in bibl. coll. S. Trinit. cod. CLXIII. nr. 4. siue cat. codd. Angl. II. 2. nr. 303. est historia de Cyrillo, Hierosolym. Harl. cc) Confer Petanum lib. XII. de incarnatione pag. 255. edit. Paris. et Vossium de tribus symbolis diss. I. sect. LI.

et Simlerum quoque in epitome biblioth. Gesneri, Ioannem fuisse illarum parentem, suspicatum esse. — *Vindobonae* in bibl. caesarea inter codd. quondam Neapolitanos nr. XXIX. et in cat. Possenini. v. *Lambet.* comm. I. pag. 770. B. et 260. B. — In prinis memorabilis est cod. LV. in quo sunt catecheses et extemporaneae et mystagogicae, quem *Lamb.* III. pag. 211. valde laudat, et ad fructum fore plenam censet illius cum edit. Io. Preuotii comparationem. — In cod. CXLIV. nr. 10. catechesis decima quinta ad illuminatos. v. *Lambet.* IV. pag. 218. — in cod. X. nr. 15. sqq. catecheses XXI. nec tamen semper integrae; desunt quoque catecheses XI. XVIII. et maxima pars cat. XVII. Curate recenset singulos *Kollar.* in supplem. pag. 86. sqq. atque animadvertit; in catech. XVI. quaedam interiici continuo ordine cum reliquo contextu; illam vero pericopen nihil aliud esse, nisi id ipsum fragmentum, quod *Tut-tacus* pag. 262. additamenti nomine ex cod. Coisl. vulgavit, et vetustissimum de processione Spiritus S. continet testimonium, in hoc cod. Cyrillo tributum. — In cod. XIII. catech. tam extemporaneae quam mystagogicae: In fine epigraphes orat. mystagogicae I. legitur, τὸ αὐτὸ Κρητικὸ καὶ Ἰωάννης ἐπισκόπος, vt in Augustano cod. cuius vero auctoritate male fretos Cocum, Riuetum, Albertinumque abiudicasse illas Cyrillo, monent *Kollar.* et in nota Forlosia laudatus; priorque ablegat lectores ad Tuttaei diff. N. cap. 3. pag. 18. — In eodem cod. nr. III. est *Cyrilli* epistola ad Constantium, (in graeco textu *Κωνσταντίνω* exaratum est, idque voc. *Græferus* quoque tom. II. de cruce pag. 512. vulgavit) de lucidae crucis signo, Hierosolymis in aëre viso.

Venetis in cod. Marc. DLXXV. catecheses a XII. ad XV. incl. (cat. codd. Marc. gr. pag. 502.) — In cod. *Naniano* LVI. catecheses 18. cum epistola ad Constantium, imp., v. (Mingarell.) in cat. cod. gr. Nan. pag. 62. sq. et excerptae sunt quaedam lectt. varr. ibid. inter codd. *Grimani*, patritii Veneti, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 40. — et ib. pag. 434. *Cyrilli Hier.* opp. inter codd. *Iulii Iustiniani*. — *Florentias* in bibl. Laur. Medic. cod. XI. plut. 60. excerpta quaedam de Trinitate et Spiritu S. ex Cyrillo et aliis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 600. qui etiam docet vol. I. pag. 433. 99. et 348. Cyrillum citari a Niceta et Io. Cantacuzeno. — Secundum *Montfauc.* bibl. biblioth. MSS. *Romae* inter codd. Ottobon. *Cyrilli Hier.* catecheses bis. et in *Genesin*, gr. cod. sec. (I. pag. 183. C. et 186. A.) — in bibl. *Scorialensi* regis Hisp. catech. ad illuminandos et epist. ad Constant., imp., etc. (I. pag. 618. E.) — in pluribus codd. *Mazarin.* (II. pag. 1307. A. et pag. 1319. C. et pag. 1324. B. *Cyr. Hier. de Antichristo*.) — quaestiones Athanasii et responsiones Cyrilli Hierosol. inter codd. *Armenicos* regg. (II. pag. 1020. E.) — Excerpta ex Dorotheo, Cyrillo Hierosol. et Damasceno, inter codd. *Baluzii.* (M. p. 1305. B.)

Parisi. in bibl. publ. sec. catal. codd. vol. II. catecheses in codd. CDLXXVI. nr. 18. *Cyr.* Procatechesis, quae in illo *Basilio* tamquam orat. de baptismo adscribitur; sed iam in margine notatur ab antiqua manu, illam non esse germanum Basilii foetum. — CMLIV. et CMLXIX. in quo pariter duae catech. *Basilio* tribuuntur. — Prophetia de Antichristo, in cod. MCXLVIII. — Homilia in purificationem, in tribus codd. — in Christi passionem in cod. DCCCLXXI. nr. 28. — in paralyticum, in cod. MCDXLVII. nr. 20. — Fragmentum, in cod. MDCCLX. nr. 27. — Sec. vol. I. cat. inter arabicos libros, catech. 18. 13. 15. 16. 17.

iii

in cod. LH. — oratt. de b. Virginis adsumptione, in cod. CVII. nr. 9. et CXLIII. nr. 3. — In codd. *Coislin.* secundum *Montfaucon* bibl. *Coislin.* partim excerpta in *Anastasio* et aliorum collectionibus etc. pag. 188. bis. 193. p. 305. 404 sq. 412. pag. 279 sq. vbi cod. CCXXVII. omnes continens catecheses recensetur etc.

Oxonii in bibl. *Bodlei.* catal. inter codd. Th. Roe, nr. 271. catech. 18. *Mystagog.* V. de adparatione crucis ad Constantinum M. (sic p. 37. cat.) et fragmentum homiliae in paralyticum nr. 290. inter codd. *Cromwell.* excerpta ex Cyr. catechetico. — nr. MMD. or. in purificat. b. Mariae. — nr. MMDCCLXXVII. plures catecheses. Add. *Oudin.* l. c. p. 460. de codd. MSS. *Hart.*

[P] 2. *Catecheses Mystagogicae* V. ad iam recens baptizatos, de baptisinate officiisque baptizatorum, chrismate et sacra coena. Dictio in his contractior pressiorque: quare non vnus auctor esse mystagogicas cum prioribus suspicatur *Combesius* in bibl. concionatoria. Et *Ioanni Hierosolymitano*, *Cyrilli* successori, istas posteriores tribui in *Indice Antonii*, eparchi *Corcyraei*, multi iam obseruauerunt. Sed idem etiam ex alio codice *Augustano* notatur de prioribus [v. notit. codd. H.] quae quidem diserte *Cyrillo* tribuuntur a *Ioane Cyparissiota* in initiaria expositione diuinorum nominum VI. 4. tom. XXI. bibl. patrum *Lugd.* *Photio* in collectaneis in synodi VII. siue *Nicaenae* secundae actione V. tom. III. *Bisii* pag. 600. a *Theophane* in *Chronographia*, *Ioanne Damasceno* orat. 3. de immag. *Leontio Byz.* in *Nestorium* et *Eutychen* et *Theodorito*, dialogo, qui ἀδύγχυρος inscribitur: atque illas ab *Hieronymo* etiam innui verisimile est: *Mystagogicas* autem qui laudet vel *Cyrillo Hierosol.* tribuat, nomen veterum noui ^{dd}). Quae vero *Cyrilli* ἐκ τῆς κατηχητικῆς citantur in *Anastasio Sinaitae*, an *Nicaeni*, quaestione II. in *uestibulo* legi monet *Millesius*: sunt quae in haec: εἰδὲν ἡμῶν ὄφελος τὴν τῶν χριστιανῶν κενήθειαν προσεγγόειαν, μή καὶ ἐργασίαν ἐπακολούθησαν, γέγραπται γὰρ εἰ τέκνα τῆς Ἀβραάμ ἦτε, καὶ ἐργά τῆς Ἀβραάμ ἦταί τε αὐ. *Nihil* nobis proderit, *Christianorum* adpellari nomine, nisi etiam ipsa subsequantur opera. Etiam scriptum est (*Ioh. VIII. 39.*): Si filii *Abraam* essetis, opera *Abraam* faceretis. Sub *Simplici* *Cyrilli* nomine idem locus auctor exstat in *Philippi* *sohrati* dioptra lib. I. p. 8.

Non diffiteor, insignia hae utrasque catecheses esse monumenta de ritibus veteris ecclesiae, et quarti saeculi doctrina, neque indigna patre scriptore illorum temporum incluto, qualis fuit *Cyrillus*, videoque illi tribui in antiquis codicibus MSS. quibus editores vsi sunt, et qui seruantur in bibliothecis, vt *Vindobonensi*, de quibus *Lambecius* lib. I. pag. 143. sq. et lib. III. pag. 76. [v. supra de codd.], tum haud difficulter posse responderi ad ea, quibus catecheses priores plane spurcias, posteriores saltem interpolatas vel corruptas esse disputarunt viri praestantissimi, beat. *Dorscheus* in VIII. *Religions-Scrupel* pag. 144. D. *Io. Hulsmanus* in

^{dd}) Sed *Touttaeus* in diff. II. cap. 3. pag. CV. laudat veterum, licet serioris aevi, testimonia, atque ex illis, tum ex *Cyrillo* ipso, et ex ipsis catechesibus vindicat illas *Cyrillo Hierosol.* acriter.

que et copiose dimicat contra *Ruuetum*, *Cocum* et *Albertinum*, docetque eas non posse tribui *Ioanni*, episcopo *Hierosol.* *Hart.*

in Patrologia pag. 1036. et in Gewissenswurm pag. 960-978. *Andreas Riuetus* critici S. III. 8. et 10. *Edmundus Albertinus* de Eucharistia pag. 422. ") *Rob. Cocus* in censura scriptorum pag. 238. *Hottingerus* in elensho scriptorum suppositorum pag. 78. etc. ^{ff)} Ad plerasque [P] etiam obiectiones responderunt *Tillemontius* ^{aa)}, *Caicus*, *Henschenius*, praecipue *Natalis Alexander* Sec. IV. cap. 6. artic. 12. et *Tho. Millefius*. Ac iampridem genuinae illae catecheses agnoscuntur a *Whitakero*, *Bullo*, *Vossio* et aliis eruditis etiam Protestantibus. *Fabr.* Quibus accedunt *Lambeckius* et *Kollarus* supra iam laudati, *I. G. Walch* l. c. pag. 1320 sq. — *Schroeck.* l. mem. pag. 374. - 382. qui Riueti potissimum et Oudini rationes contrarias examinat refellitque. Nemo tamen fusiùs et acrius vindicauit illas Cyrillo, quam *Touttaeus* in diss. II. iniquus autem et iniustus in-Riuetum aliosque, quos vocant, Protestantes. Legat is, cui volupe est, initium capitis II. — Idem in cap. V. p. CXX. demonstratum iuit, quo anno praecise, et anni tempore dictae sint catecheses, quibus diebus et horis, et quo in loco; ac de tota conuentuum illorum forma differit. — Catecheses Cyrilli esse genuinas, demonstrare quoque studeuit *Zaccaria* in diss. latinis de rebus ad historiam atque antiquitat. ecclesiast. pertinentibus. Fulgini 1781. min. 4. tom. I. pag. 188 sqq. — Summam catecheseon operose dedit exposuitque *Ceiller* in Hist. général supra citata. Diligentior tamen et magis criticam curam adhibuerunt in illis in compendium redigendis *Roeffler*, in: Bibl. der Kirchenväter, tom. V. pag. 330-456. (qui hinc inde in notis opiniunculas quasdam Cyrilli, et contortas Touttaei explicationes paucis monstrat ac refutat,) ac *Schroeckh.* l. cit. Catecheses autem illae quamquam ab interpolationibus non omnino sunt liberae, multum conducere possunt ad meliorem antiquitatis christianae et rituum quorundam ecclesiast. cognitionem. *Harl.*

Προκατήχησις, siue prologus, prioribus catechesibus praemissus, in antiquis membranis bibl. regis christianissimi cod. MCCLX. et MMCDIII. exstat sub nomine *Basilii*, teste *Cotelerio* ad patres apostolicos tom. I. pag. 331. Criticus tamen graecus in ora posterioris codicis adnotauit, ex stilo esse manifestum, quod alius sit auctor, quam *Basilius*. *Σαφὺς ἡμῶν δεικνύσι, ὁ χαρακτήρ τῆ προκατῆχης λόγος, ὅτι ἐστὶν τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ.* [add. Touttaeum.] Atque eundem προκατήχησης et catecheseon priorum auctorem esse probat *Millefius* in notis pag. 69. Exstat et catechesis *Chrysostomi* πρὸς τὰς μέλλοντας φωτίζεσθαι ad illuminandos tom. VI. edit. *Frontonis Ducae* pag. 703. et altera in homilia vicesima prima ad populum *Antiochenum* tom. II. edit. *Montfauconianae* pag. 234. quas cum *Cyrilliana* conferent *Audiolfi*.

3. *Epistola ad Constantium, imp.*, de Cruce, in coelo visa Hierosolymis, mense Maio a. C. 351. Hanc epistolam Cyrillo sine magna causa abiudicat *Riuetus* III. 11. Critici sacri; tribuunt

cc) ed. Deuentr. 1654. *Harl.*

qui Cyrillo adferant catecheses, et omnia tela eripere adlaborat secus sentientibus. *Harl.*

ff) *Oudinus* quoque l. c. capp. II. III. et IV. pag. 459 sqq. armis virisque dimicat contra eos,

gg) Note VI. sur S. Cyrille tom. VIII. des Mem. p. 784 sq. ed. Paris. *Harl.*

tribuunt ei diserte Sozomenus IV. 5. Theophanes, Simeon Metaphrastes, Mich. Glycas et Nicephorus. Occurrit etiam graece et latine apud Iac. Gretserum tom. II. de cruce pag. 512. et separatim edita est Parisiis apud Federicum Morellum vna cum eius interpretatione. Latine apud Surium 7. Maii. *Fabr.* Confer *Kollarii* supplementa ad Lamb. comm. p. 124 sq. et supra ad nr. I. in primis *Touttaeum* p. 345 sqq. edit. *Harl.*

Catecheses vtrasque primus Tridenti a. 1563. *latine* vertit *Ioannes Grodecius*, Polonus, decanus Glogouiensis e MS. graeco Stanislai Hosii ^{hh}), cardinalis, contulitque cum *Polonica* earum versione, quam e veteri *Slauonica* adornauit Iacobus Vchansky, Gnesnensis archiepiscopus, ex Bulgaria et Macedonia istam adeptus. Versio Grodecii latina vtrarumque catecheson cum subiecta ad Constantium epistola prodiit Romae, Coloniae, [1564. fol. ap. Mat. Cholin: est ed. in bibl. Erlang.] Parisiis et Antwerp. ex Christophori Plantini officina 1564. 8.

Recusa in bibliothecis patrum Paris. 1589. tom. II. Colon. 1618. ⁱⁱ) tom. IV. Lugd. 1677. tomo IV.

[P] *Graece* primus *Guil. Morellus* edidit catecheses *Φωτισμίων* IV. VI. IX. X. XI. et XVIII. et Mystagogicas quinque. Paris. 1564. 8. ⁴⁴) hinc catecheses vtrasque vniuersas et epistolam ad Constantium graece e MSS. Vaticanis in lucem protulit *Ioannes Preuotius*, Burdigalensis, et cum Grodecii versione vulgauit Paris. 1608. 4. ⁱⁱ) A Petauio editum Cyrillum Hiero-

hh) Pro Hosio male Perronum, cardinalem, vocat, et in eius domo multa Cyrillo adfuta esse, praeter rem scribit Ioh. Christophorus Meelfuherer in Corona centum patrum pag. 83. *Fabr.* Conf. *Miraeus* de scriptoribus saec. XV. cap. 32. *Heum.*

ⁱⁱ) Add. notit. codd. et infra vol. VIII. pag. 102. vet. ed. de Basilio VII. 33. *Harl.*

kk) *Touttaeus* in praef. vbi §. VI. sqq. editt. recenset, in mentione edit. Morell., ex codd. de Mesines mutilo et mendoso ductae, discedit a Fabricii descriptione. Primum continet ea secundum Touttaeum catecheses IV. VI. VIII. IX. X. XV. et XVIII. vna cum mystagogicis; dein in forma 12. ex prelo exiit. Denique, „adiuncta tamen est, ait, in exemplari bibliothecae regiae latina interpretatio, quae ad calcem reiecta et multis foliis mutila, eidem anno, eidemque typographiae tribuitur; usque ex Grodecio, qui suum eodem anno edidit, describi potuit; sed graecum in omnibus contextum diligenter et ornate reddit.“ Idem §. VIII. disputat de *Grodecii* interpretatione. A *Maittaire* A. T. II. pag.

730. memoratur ed. — *catecheses, graece, ex B. Huhemini* Par. ap. G. Morel. 1564. 8. — et in eadem forma occurrit in catal. Askew pag. 58. Verum ab Hambergero ex catal. bibl. regiae, Theol. tom. I. p. 340. citatur edit. *Cyrilli catecheses* — graece editae, ex biblioth. *Henr. Memmi*, cum versione latina cura Guil. Morelii. Paris. G. Morel. 1564. 4. — *Harwood* in Prospektu variar. editt. auct. class. pag. 151. versionis ital. a Pinellio factae editaeque citat edit. *gr. et lat.* Colon. 1564. sed Pinellius bene adnotat, se apud nullum bibliographum certum illius edit. notitiam reperisse, contra vidisse edit. *latinam* tantum Colon. 1574. fol. Ego vero antea edit. *lat.* Colon. 1564. fol. laudavi, quam Harwood confudisse videtur. *Harl.*

^{ll}) Editio, quam adtulit Fabricius, a Preuotio curata, prodiisse quoque dicitur ab *Hambergero* l. c. a *Maittaire* A. T. II. pag. 851. sq. item in praefat. Touttaei, qui illam perperuis mendis siue typographorum, siue codicum vitio laborare pronuntiat, et in bibl. Menken. I. p. 25. Paris. ap. Claud. Morel. 1608. 4. Contra in cat. bibl. Pinell.

Hierosol. scribit *Caveus* in Hist. litteraria, quoniam post editionem *Graecolatinae* Parisiensis 1622. fol. cum Petavii Synesio ibidem recusus est 1631. 1640. fol.

Viennensem editionem graecolatinae cum Grodecii versione, quae in catalogo bibl. Barberinae memoratur, haud vidi, et certe in numero errorem esse oportet, quia a. 1560. 2. prodisse traditur, cum Grodecius a. 1563. demum versionem suam absoluerit. [Nec memorat eam *Denis* in Wiens Buchdr. Geschichte.] Numquam etiam incidi in editionem graecolatinae Coloniensem a. 1564. cuius meminit *Caveus*. [De illa paullo ante dixi.]

Gallica versio catecheson Paris. 1564. 12. fuit in bibliotheca Bigotiana.

In editione graecolatina luculenta Oxon. 1703. fol. *Tho. Millefii*, qui ad emendanda graeca usus est codicibus Bodleianis, et variis lectionibus, notatis ab Isaaco Casaubono, latinamque Grodecii versionem ad graeca recognovit, et notas utiles atque eruditas adiunxit ^{mm}), praeter tria haec iam memorata Cyrilli monumenta in capita et sectiones distincta, porro exstant:

4. *Fragmentum homiliae in Paralyticum* Ioh. V. quam cum versione sua primus edidit *Millefius* e MS. codice Bodleiano p. 311. 317. A presbytero dictam illam homiliam colligas e pag. 317. v. 43. et 44. [v. *Touttaeus* p. 333. sqq.]

5. *Fragmentum homiliae in euangelium, ubi Christus aquam in vinum conuertit* Ioh. II. ex Actione V. Concilii Lateranensis a. 649. tom. VI. Concil. pag. 305. 306. Habetur in *Millefii* editione ante catecheses, statim post veterum testimonia de Cyrillo, diligenter ab editore collecta.

6. *Eis ὑπανάντην de occurſu Domini, et de Simeone Θεοδῶχος homilia* pag. 318 — 324. Incipit: Χαῖρε σφίδρα θύγατερ Σιών Κήρυττε. Hanc primus ediderat *Laurentius Sifanius* Colon. [P] 1568. cum homiliis Nysseni, Amphiloerii, Chrysostomi et Timothei, presb. Hierosolymitani, in idem festum purificationis Mariae. Ab eo tempore post *Iacobum Pontanum*, itidem vno codice nec satis emendato instructum, recensuit *Fronto Ducaeus* tom. II.

Kkk 2

Auctarii

nell. I. p. 58. signatur a. 1609. — Nec omnibus exemplaribus ed. 1631. et 1640. adhaeret Synesius; sic in exempl. in bibl. *Pinell.* I. p. 58. nr. 349. et in *Maittaire* III. pag. 896. et 902. deest Synesius qui iisdem annis iunctum cum Cyrillo editus dicebatur. *Harl.*

^{mm}) Inscripta est ed. r̄z — — *Κυρίλλου ἱεροσολ. — τὰ συζήματα. Sti. Cyrilli — Opera, quae supersunt, omnia.* Quorum quaedam nunc primum ex codd. MSS. edidit, reliqua cum codd. MSS. contulit, plurimis in locis emendavit notisque illustravit *Tho. Milles*, S. T. B. ex aede Christi.

Oxon. e. theatro Sheldon. impensis Rich. Sare, bibliop. 1703. fol. Splendida et correctae est editio operisque praefuit Io. Potterus. Laudat eam *Touttaeus* ipsiusque editoris eruditionem, et, quod in catholicos nihil asperere, nihil contumeliose dixit, animi moderationem: neque vero ipse *Touttaeus* hanc animi moderationem et acquiescentiam erga dissentientes servat: attamen haud pauca in illa desiderat et culpat. Longa huius edit. censura et singulorum opusculorum argumentorum expositio legitur in: *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürdig. Büchern tom. XI. pag. 153 — 168. *Harl.*

Auctarii bibl. patrum Paris. 1624. pag. 849. Denique ex pluribus codicibus emendavit et cum noua versione sua vulgavit *Franciscus Combessius* tom. I. auctarii noui Paris. 1648. p. 621. cuius editionem Millesius collatis etiam MSS. Bodleianis est sequutus. Ex Combessii versione exstat etiam haec homilia in bibl. eius concionatoria tomo VI. In MS. quodam Mazariniano refertur ad Cyrillum, non Hierosolymitanum, sed Alexandrinum. Millesio tamen genuinus Hierosolymitani foetus esse videtur, cui sententiae vide *su*, quae opponuntur a Tillemontio tom. VIII. memoriar. pag. 786. *Fabr.* V. infra in vol. IX. pag. 88. de vitis Sctorum. *Touttaeus* tamen in admonitione, illi homiliae praemissa, pag. 360. sq. eam esse, iudicat pluribusque rationibus demonstrat, alius auctoris, Cyrillo et quarto saeculo; nec tamen sexto, recentioris, et varias de auctore anonymo, Gregorium forsitan Nazianz. imitato et compilante, profert suspensiones. In omnibus autem edd. et fere omnibus codd. mss. paucis exceptis, Cyrillo Hierosol. tribui solet. Praeter codd. Parisinae bibl. olim regiae, Colbertinae et Coislin. quos contulit Touttaeus, et Bodleian. cuius varias lectionn. Millesius ad marginem adnotauit, exstat illa oratio *Vindobonae* in codd. caesareis CLI. nr. 36. et XI. nr. 7. teste *Lambecio* IV. pag. 307. et VIII. pag. 156. *Monachii* in codd. Bauar. VIII. et CXIV. v. cat. codd. gr. pag. 3. et 45. — *Florentiae* in codd. Laurent. v. *Bandin.* cat. I. pag. 419. nr. 32. et 522. nr. 38. — Inter codd. *Mazarin.* secundum *Montfaucon* in bibl. bibl. MSS. II. pag. 1316. D. et 1317. E. — *Taurini* in bibl. reg. cod. LXX. fol. 371. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 167. — *Ibid.* in cod. LXXXIV. sunt Cyrilli (at *Alexandrini* potius) capitula XII. contra Nestorium, et in cod. CV. fol. 415. cum gr. inscriptione *ὅτι οἱ τῆ Νεστορίου φροῦντες* etc. quod *Nestorii dogmata profiteres Diui Cyrilli auctoritatem respuunt.* S. *Cyrilli ex commentario in Mattheam liber II.* v. cat. mem. p. 179. et 198. *Harl.*

7. Ἱσορία ἢ ὁμοῖα ἐκκλησιαστικῇ καὶ μυστικῇ. *Allegorica expositio rituum quorundam ecclesiae suae liturgiae graecae* pag. 325-332. quae non magis Cyrilli est, quam cui in codice Oxon. Collegii Magdalen. et in altero, cuius *Rich. Simonis* ⁿⁿ⁾ ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 287. meminit, tribuitur, *Basilii*. Recte eam vero auctori suo, *S. Germano*, iuniori, patriarchae CPolitano, circa a. C. 1255. defuncto, restituit *Fronto Ducaeus*, atque sub eius nomine graece et latine vulgavit in auctario bibl. patrum Paris. 1624. tom. II. pag. 131. Quemadmodum etiam sub illo nomine prodiiit graece ad calcem Liturgiarum Iacobi, *Basilii* et *Chrysostomi*, Paris. 1560. fol. et latine in patrum bibliothecis Paris. 1575. tom. IV. et 1589. tom. VI. et 1644. tom. XII. Colon. 1618. tom. VIII. Lugd. 1677. tom. XIII. Venetiis etiam graece

nn) *Rich. Simonis* verba haec sunt: *Germani*, patriarchae CPol. *Theoria* dudum graece et latine edita est: *Parisiis* et *Venetiis*, sed interpolata, ut nihil in ea praeae faciei appareat, vixque dignosci possit, quid a *Germano*, et quid ab interpolatoribus profectum fuerit. Illam in locis plurimis prioris formae reddidi ex codice MS. qui erat ad calcem *Catenae Nicetae*, *Heracleensis*, in *Ioannem*, quae MS. asseruatur in bibl. patrum

Congregationis Oratorii Parisiensis prope Luparam. Ceterum non *Germani* nomen praefert, sed *Basilii* in meo codice, et ita inscribitur: τῇ ἐν αἵτοις Πατρὶς ἡμῶν Βασιλίδι Ἱσορία Ἐκκλησιαστικῇ. *Istud exemplar penes me retinui, ut illud publici iuris facerem.* In codice Oxoniensi *Basilii* iste vocatur, *Caesareae Cappadociae archiepiscopus*; ne de alio forte cogites.

græce et latine lucem vidisse Simonius testatur. *Fabr.* Germano tamen iun. patriarchæ, quominus tribui possit, prohibent ea quæ ad eadem leguntur cod. regii *Neapolit.* CCXXXVI. in quo historia illa et vberior est quam in edit. Cyrilli Hier. et *Basilio* adseritur. Ibi enim scriba cod. testatur, se a. C. 1140. exarasse cod. v. supra in vol. V. pag. 790. Add. infra de liturgia Basilii in vol. VIII. pag. 91. — de Germano, in vol. X. pag. 210, et vol. XI. pag. 765. de supposititiis epistolis. — *Touttaeus* in diss. II. cap. 1. pag. XCV. libentius se credere profiteatur, opus illud non a Germano II., patriarcha, circ. a. 1226. sed a Germano, qui Leonis Isaurici temporibus a. 726. floruit, esse profectum, et postea, additamentis, apertum, in maiorem molem exercuisse. Quia igitur Cyrillum non habuit operis architectum, id in suam non recepit editionem. Sub Cyrilli tamen nomine, exstat in aliquot codd. scil. *Barocc.* XXVII. — *Florentias* in cod. XLVIII. nr. 3. plut. 57. v. *Bandin.* in cat. codd. Laur. II. pag. 228. quaedam, nec tamen certiora, tradentem: — in cod. caesar. CXCVI. nr. 9. v. *Lambecii* comm. IV. pag. 472. vbi Kollarus in nota ea, quæ Fabricius h. l. scripserat, recudi fecit, adeoque comprobavit. *Harl.*

8. *Epistola ad Augustinum de miraculis Hieronymi*, p. 333 — 355. Latine, vt inter Augustini et Hieronymi opera sæpe edita est, foetus recentiorum temporum atque a Coco et aliis rectissime explosus. *Fabr.* Spurias esse Augustini ad Cyrillum et Cyrilli ad Augustinum epp. flammisque digniores, quam quæ typis recuderentur, censuit quoque *Touttaeus* in diss. II. p. XCV. ne tamen desiderarentur in sua edit. eas pag. 371. reposuit. Sunt secundum cat. codd. Angliæ etc. inter codd. Oxon. Cantabrigienf. et Dublini: *Venetis* inter codd. latinos Marc. in cat. p. 36. et bis p. 37. et alibi. *Harl.*

[P] In B. Thomæ Aquinatis opusculo contra Graecorum errores legas inter alia: *Item Cyrillus, Hierosolymitanus, patriarcha, dicit, ex persona Christi loquens: Tu cum sine, et ego sine sine cum omnibus, quos loco tui ponam, plene et perfecte, sacramento et auctoritate cum eis ero, sicut sum et tecum.* Haec in Cyrilli scriptis genuinis quæ exstant, nusquam leguntur, et nunquam ab eo scripta esse haud dubitat Io. Launcius, cuius vide lib. I. epist. 3. vbi plura testimonia in illo Thomæ opusculo adducta expendit. *Fabr.* v. *Touttaeum*, qui id spurium damnat, diss. I. p. XCVI. et 588. *Harl.*

Rufini historiam ecclesiasticam a Cyrillo, Hierosol. et Gelasio, Caesarensi, versam e latino graece testatur *Photius* cod. LXXXIX.

Commentarios Cyrilli, Hierosol. in *Marcum*, et *epistolas ad Olympium*, monachum, memorat Anastasius Sinaïta, siue Nicaenus in quaestionibus, Hierosolymitanum forte confundens cum Alexandrino, quæ laudati Millefii coniectura est. *Fabr.* *Touttaeus* pag. 357. sq. dedit tria fragmenta ex homiliis in Ioannis euangelium, Cyrillo Hierosol. tributis, ab antiquissimis auctoribus conseruata, de eorumque fide differit. De fragmento quodam v. supra in not. codd. caesar. a Kollaro adnotata. — Fragmenta reperiuntur in catena in euang. *Lucæ* in cod. caes. XLII. teste *Lambecio* in comm. III. p. 163 sqq. — In cod. *Coislin.* XX. qui continet quatuor euangelia cum commentariis, legitur in fine euang. Ioannis, τέλος τῶν σχολίων τῶ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ ἀπὸ διαφόρων ἐρμηνειῶν. sequitur index eorum, e quo

rūm scriptis conflatus sit commentarius, et inter illos nominatur Cyrillus, Hier. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 63. sq. — Ab eodem in bibl. biblioth. MSS. I. p. 185. C. memoratur cod. rec. gr. *Cyrilli Hier. in Genesin, Romae* in bibl. Ottobon. vti iam supra in notit. codd. est obseruatum.

In eadem bibl. *Ottobon.* apud *Montfauc.* l. c. p. 189. D. exstare dicitur:

Cyrilli Hier. chronologia brevis ab orbe condito ad Christum cod. peruetustus: ex quo eam quidem Touttaeus in adpendic. suae edit. p. 386. reiecit, nec vero *Cyrilli* esse iudicat, quia ab Eusebii chronico, quod sequutus est Cyrillus catech. XII. nr. 19. multum ista dissideat computatio. — Ab eodem *Montfauc.* l. mem. I. pag. 619. A. cod. *Escorial.* reg. Hisp. excitatur:

Cyrilli Hier. argumentum aduersus Iulianum et Theodosium, imperatores. Num vero sit fragmentum ex alio opusculo desumptum, an spurium, dicere nequeo: nec eius meminit Touttaeus.

S. Cyrilli Hier. ad Iulium, papam, et Iulii ad Cyrillum litterae. Illarum, in epitomen redactarum, mentionem facit Io. Nicaenus, (saec. X. aut XI. inchoante,) in epistola ad Zachariam, edita a *Combesio* tom. II. Auctarii bibl. patrum, gr. lat. p. 302. ex cod. Paris. et paullo discrepans anonymus in scripto, edito a Cotelerio in not. ad constitt. apost. V. cap. 13. et ex utroque repetiit Touttaeus p. 369 sqq. qui illas iudicat docetque esse spurias.

Fragmenta quaedam seruauit *Theodoretus.* v. supra pag. 291. in hoc vol.

Synodicon vetus, a Io. Pappo editum, perperam in cod. Paris. *Cyrillo, Hieros.* tribui, monuit Fabr. in vol. XI. p. 544. add. eundem pag. X. p. 207.

Optima est hucusque editio: Τε — Κυρίλλου — — S. Cyrilli, archiep. Hieros., opera, quas exstant omnia, et eius nominis circumferuntur, ad MSS. codd. nec non ad superiores editt. castigata et notis illustrata, cum noua interpretatione et copiosis indicibus. Cura et studio Domni Anton. Augustini Touttée, presbyteri et monachi Benedictini e congregat. S. Mauri. Paris. typis Jac. Vincent. 1720. fol. *Touttée*, natus Riomagi 1677. ante profligatam edit. obiit 1718. post cuius mortem *Prudent. Maran*, vt ex prelo emitteretur illa, curauit. Noua est et critica recensio, e multis codicibus gallicis, aliisque, quos ipse critice enumerat in notitia codd. praecipue *Ottoboniano* et *Coisl.* castigata, notisque doctis varii generis, vt plurimum tamen criticis, instructa. Calci adiectae sunt Grodecii, Preuotii et Millefii dedicatt. ac praefatt. atque Millef. selectae in Cyrilli scripta notae: praemissae autem tres diss. in quibus copiosius disputatur 1) de vita et rebus gestis Cyrilli Hierosol. in XVI. capp. 2) de scriptis Cyrilli, potissimum de catechesibus, de earum veritate atque integritate, natura, et ratione etc. ac de Cyrilliana docendi dicendique ratione, in VI. capp. 3) de variis Cyrillianae doctrinae capitibus. Quae edidit Millef. ea quoque, exclusa *Seapla*, nr. 7. memorata, reddidit Toutt. iisque pauca, quae antea citauimus, adiecit. At nemo maior exstitit Cyrilli admirator ac patronus, quam Touttaeus, qui in sancto suo heroe nil nisi perfectum omnibusque quasi numeris absolutum videt, et mirifice se torquet in Cyrillo, qui tamen neque ab

huma-

humanis infirmitatibus liber erat, et vero animus in controuersia cum Acacia praesertim, tristi odii theologici exemplo, satis declarauit, ingenio autem atque eloquentia et curatioe sacrar. litterarum scientia cessit Gregorio Naz. atque Chrysostomo, eiusque scriptis, etiam cum magna verborum acerbitate atque iniuria, vindicandis ab aliorum, ut putat, iniuriis calumniisque. In cunctis enim placitis opinionibusque cum conspirare cum doctrinis pontificiorum, saltem his hand refragari, omnibus ingenii atque eruditionis praesidiis adhibitis, demonstrare aduersus est. Quare haud defuerunt, qui partim in censuris editionis, partim in lib. separatim editis multa carperent, certe haud probarent. Longa et modesta est censura, propositis multis emendationum atque observationum speciminibus in actor. eruditior. Lips. supplement. tom. VIII. sect. V. pag. 193. sqq. Verecunde quoque dissentit censor in: Deutsche Acta eruditorum tom. VI. part. 72. (Lipsiae 1721. 8.) pag. 1036. sqq. Add. Journal des Savans, m. Maio 1726. pag. 554. sqq. et *Baugartens* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. XI. p. 168. sqq. Praecipue doctrina de sacra coena et Touttaei vindiciae sacrae, cui additas et disciplinae, plures offenderunt v. I. A. Ernesti Anti-Murator. pag. 43. sq. *Christoph. Matthaei Pfaffi* diss. apologet. de sententia *Cyrilli Hierosol.* in articulo de sacra coena adu. *Anton. Aug. Touttaeum*, et *Sal. Deylingii* diap. de *S. Cyrilli Hier.* a corruptelis pontificiis, quas recentissimus eius elucidator, *Anton. Aug. Touttaeus* aliique ei adfinxerunt, liberato. Lips. 1726. 4. reuul. in eius obs. miscellan. pag. 116. sqq. Nemo tamen acrius in eum strinxit calamum, quam collega quidam societatis Iesu in *Mémoires de Trevoux*, m. Dec. 1722. nr. 7. Dissertat. sur la Vie et les actions de *S. Cyrille de Ierusalem*, ou Histoire chronologique de ce Saint, telle qu'on la peu tirer des ses Ecrits, et des Auteurs ecclesiastiq. ou contemporains ou presque contemporains par le P. D. Aug. Toutée ^{oo}). Varia reprehendit actor in Touttaei diss. notisque et vindiciis, praesertim de doctrina sacrae coenae, s. quam vocant, consubstantialitatis, et in ipso Cyrillo. Sed (Maran) defendit aut excusat Touttaeum, hominem alias doctum probumque; sed partium suarum nimis studiosum, eumque liberat a furti litterarii erimine, eum compilasse, nec nominasse Tillamontium, in Diss. sur les Semi-Ariens, dans laquelle on defend la nouvelle Edition de *S. Cyrille de Ierusalem*, contre les Auteurs des *Mém. de Trevoux*. Paris. 1722. 12. Conf. Journ. des Savans, m. Jan. 1723. nr. 10. et nou. ephemer. litterar. Lips. a. 1723. nr. 37. pag. 344. sq.

Nouam edit. Venet. 1763. [ex typogr. Sanfoniana, fol. eodem modo vt Paris. inscriptam] a Mingarellio in cat. codd. gr. Nanian. pag. 63. memoratam, non vidi, nec illius uberiorem reperi notitiam. Forfan est repetitio edit. Touttaecanae. [Recte. Nam etiam paginae ed. vtriusque sibi respondent, nec praefatio noua accessit. Beck.]

Touttaeus pag. 84. sq. dedit Symbolum Hierosolymitanum ex variis Cyrillianarum catecheson locis collectum et pag. 79. sqq. longam doctrinamque in illud observationem. Inde rece-

oo) In iisdem actis litt. antea nr. VI. leuis est ethura edit. ipsius, et ex praefat. Touttaei quaedam narrantur. Laudatur tamen editoris diligentia curaque. Suspicio autem, Touttaeum scri-

psisse III. Lettres d'un Theologien à un Evêque sur cette question, si l'on peut permettre aux Iesuits de confesser et d'absoudre, 1715 et 1716. acuisse dicitur Iesuitarum iram.

recepit id C. W. F. Walch in bibliothecam symbolicam veterem pag. 43. sq. additis lectt. varr. et Schroeckh. id p. 405. germanice vertit.

Io. Gramscolas gallice vertit atque illustravit catecheses: Les Catecheses de S. Cyrille de Jerusalem, avec des Notes et des Dissertations dogmatiques, à Paris. 1715. 4. casque summis extulit laudibus; et in vita Cyrilli adiecta pag. 61. sqq. eum amplissimis verbis defendit; sed conf. sobrium Schroeckhii iudicium l. c. p. 449. sq.

Cel. Federus, theologus Wirzburg. germanice vertit opera Cyrilli sec. ed. Touttée notisque potissimum polemicis illustravit, Bambergae et Wirzburgi, 1786. 8.

Sub nomine *Cyrilli*, Hier. episc., circumfertur *quadrupartitus apologeticus aut apologeticus s. speculum sapientiae*: editt. antiquae sunt s. l. et a. in cat. Pinell. I. p. 59. vbi el. Morell. eam, adnotat, diuersam esse ab alia, in catal. libror. ducis de la Valliere p. 391. descripta: — s. l. et a. (Argentor. typ. Eggesteyn), — (Augustae Vindek. ap. Vind. Ant. Sorg.) — (Basileae ap. Mich. Wensler,) in fol. de quibus v. cel. Panzer. A. T. I. pag. 84. nr. 448. pag. 138. nr. 231. p. 196. nr. 287. et IV. p. 119. nr. 409. et quos ille citat. Tria diuersa exempla s. l. et a. describuntur in *Laire* indice librorum ab inuenta. tygogr. Senonis. 1791. 8. part. I. p. 123. Sed in cat. bibl. *Bernensis*, tom. I. pag. 84. ed. sine l. et a. fol. nominatur sub nomine *Cyrilli, episcopi Alexandrini*, et forsan rectius. Harl.

VI. NEMESIVS^{pp}), Emesenus in Phoenicia episcopus, non confundendus cum Nemefio, qui, antea a CHRISTO alienus, Cappadociae praefectum egit, (ad quem Gregorii Nazianzeni epistolae 79. 183. 184. 185. et carmen LXI. tom. II. pag. 140. vbi eum tamquam legum peritum celebrat, atque vt desinat idola colere hortatur,) tamen sub idem tempus^{rr}), antequam adhuc Pelagii, Nestorii et Eutychis haereses ecclesiam turbarent, scripsisse videtur [P] *librum* qui exstat certe insignem et praeclarum *de natura hominis*, περί φύσεως ἀνθρώπου. Nemefio eum, episcopo Emeseno, tribuunt codices plures MSS.^{rr}) Anastasius item Nicaenus quae-

pp) Alii *Nemesii* duo vel tres, ad quos Isidori, Pelussiotae, epistolae. *Nemesii* etiam, legum periti, mentio apud Aeneam, Gazaecum epistola XX. Fuit et *Nemesius*, presbyter Alexandrinus, qui depositioni Arii subscripsit. *Nemesius*, Aegyptius martyr, quem memorant martyrologia 19. Nou. in Eusebii codicibus VI. 41. Hist. pag. 240. est Nemefion.

qq) Confer eruditam praefationem, editioni Nemefii Oxoniensi praemissam. Pamelium, qui ad Tertull. de anima cap. 5. Nysseno hunc librum tribuere mauult, (quo inclinare etiam videtur Mich. le Quien ad Damascenum tom. I. pag. 196.) refellit Theophilus Raynaudus eroticatibus de bonis et malis libris pag. 150. Vide et

Hieron. Mercurialem IV. 4. Var. lectt. Rob. Coci censuram vet. scriptorum p. 150. *Casp. Barthium* ad Claudian. pag. 859. et ad Zach. Mytilenacum pag. 257. 270. *Fabr.* Add. *Fabric.* nostrum in syllab. scriptor. de veritate religion. christ. cap. 11. p. 114. *Caue* Hist. litt. eccl. tom. I. pag. 276. *L. Ell. du Pin* nouv. Bibl. tom. III. part. 2. pag. 280. *Stollé* Nachr. von den Kirchenvät. pag. 521 sqq. *Bayle* Diction. h. v. I. G. *Walch* Hist. eccl. N. T. pag. 1504. *Bruckeri* Hist. crit. phil. tom. III. p. 350. *Saxii* Onom. I. p. 428. qui *Nemesii* actatem adligat a. circ. 370. Harl.

rr) In quatuordecim codd. *Parisi.* bibl. publ. v. indic. catal. etc. vol. II. h. v. In cod. tantum MMCDXXVIII. ur. 4. citatur *Adamantionis* de natura

quaestionibus in S. Scripturam et Moses Barcephala cap. 20. libri de paradiso. Multa ex illo ad verbum, licet haud nominato, Iulianus Pomerius, Io. Damascenus, Elias Cretensis, Melletius, monachus, Adamantius siue Adamantion in *λόγω κεφαλαιώδης* MS. et Io. Grammaticus ad Aristot. de anima. Turrianus in scholiis ad Io. Cyparissiotae decad. V. cap. 9. citat *Nemesium Adamantium* lib. II. de homine. Et sub Adamantii Nemesii nomine exstat MS. in bibl. Bodleiana cod. LXXXII. Barocc. *Gregorio Nysseno* a nonnullis adscribi contigit, quod Nyssenus etiam librum huius arguenti composuisset. Hinc vicissim Gregorius pro *Nysseno* quibusdam *Emesenus*. Feruntur etiam inter Nysseni scripta in editionibus antiquis *libri octo de Philosophia*, quos post *Burgundionem* P'ianum ²⁵) qui a. C. 1194. obiit, latine interpretatus est Basileae a. 1512., Beato Rhenano hortante, *Iohannes Cono*, Norimbergenfis. Neque hi octo libri tantummodo idem cum Nemesii scripto opus sunt; sed etiam *λόγοι* siue *libelli duo de animo*, quos cum *Federici Morelli* versione exhibent graecolatinae Nysseni editiones, nihil sunt aliud, quam caput 2. et 3. libri Nemesiani. Quam peritus physices et anatomes fuerit Nemesius, satis hoc libro prodit, quo de usu bilis ²⁶), de splene, renibus, glandulis, et de admirando fan-

natura hominis tractatus; sed addit confector cat. siue potius *Nemesii*. — In codd. *Cotslin*. CXV. — CXX. et CCLVIII. loca ex Nemesio in Anastasii quaestionibus etc. et cod. CCXCIV. in eclogis etc. — *Florentiae* in codd. bibl. Laurent. Medic. II. nr. 62. plut. 7. in quo opusculum diuissum est in XXXVIII. *λέγες* 4. capita, et abundat scholiis margini; — in cod. XXXV. nr. 25. plut. 7. qui capp. XLIII. continet: (variant autem codd. atque editt. numero capitum:) — in cod. XXI. plut. 56. ubi constat capp. XLI. — in cod. VI. nr. 2. plut. 86. inscribitur *Adamantionos, τὰ καὶ Νεμεσίου ἐπιστολὴν Ἐμμανὸς περὶ ἀνθρώπου φύσεως λόγος κεφαλαιώδης*, in capp. XLIV. diuissus. v. *Bandin*. cat. codd. gr. Laur. I. p. 102. et 298. II. p. 320. et III. p. 293. — Sec. catal. codd. Angl. praeter cod. *Barocc.* a Fabricio citatum, in bibl. Bodlei. nr. MMDXXIV. *Nemesius* de natura hominis. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CCLXVI. *Nemesius* de nat. hom. opus confuse et turbate exscriptum cum notis criticis de vero operis auctore. Praemittuntur capp. duo, n. 29. et 30. operis *Nysseni* de officio hominis, (vnde colligi potest causa, cur opus Nemesianum interdum adscriptum fuerit Gregorio Nysseno.) v. cat. codd. gr. Marc. pag. 131. — *Vindobonae* in bibl. caes. fragmentum in cod. CLXVI. nr. 1. et integer paene liber, (tria enim capp. defunt,) in cod. CLXXV. nr. 4. vid. *Lambec.* comm. IV. p. 387. et 405. sq. — in cod.

XXXII. nr. 2. in capp. XXXVIII. diuissus est liber, et ibi Nemesius dicitur Cyrenaeae, urbis insulae Cypri, episcopus. v. *Lamb.* VII. p. 152. — in cod. XLII. nr. 15. sunt tria Nemesii opuscula; primum *de detentione animi et corporis* et inscribitur: *Νεμεσίου ἐπιστολὴν τῷ Ἀδμαντίῳ περὶ ἐνστάσεως ψυχῆς καὶ σώματος* etc. secundum *de elementis*, et tertium *de quinque sensibus*. v. *Lambec.* VII. pag. 177. sq. qui citat *P. Labbaci* diss. de scriptor. ecclesiast. tom. II. p. 100. — Sec. *Montfauc.* in bibl. biblioth. MSSa. *Mediolani* in bibl. Ambros. *Nemesii philosophiae* et theologicae, (tom. I. p. 521. A.) — in bibl. *Pelliser.* (tom. II. p. 1199.) B.) — *Tres Augustan. Vind.* duo *Dresdens.* duoque *Monach.* codd. contulit cl. Matthaei. *Harl.*

ss) De hoc *Burgundione*, qui Chrysostomi etiam nonnulla et Damasceni de fide orthodoxa latine vertit, dixi infra p. 647.

tt) cap. 28. ἡ δὲ ζωὴ καὶ etc. *Flauabilis et propter se et propter aliud constituta est, nam ad concoctionem confert, et depulsionem excrementorum mouet: ideoque fit quodammodo vna de partibus nutrientibus, quinimo et calorem quandam praebet corpori, ut vitalis facultas. At his quidem de causis propter se videtur extitisse, sed quia sanguinem purgat, sanguinis causa quodammodo videtur esse facta. Adde si placet quae ibi sequuntur.*

fanguinis periodo ac circuitu ^{uu)}, ea etiam [P] tradit, in quibus veluti eximius inuentis placuerunt sibi recentium temporum ingenia.

•
Editiones Nemefii.

Latine, Georgio Valla interprete, apud Seb. Gryphium 1538. 4. Ellebodio iudice Valla ἡ μάλλον ἡρμηνεύσεν ἢ συνέχεεν καὶ κατὰ χυνε τὸν φιλόσοφον, καὶ ἐκάστην χεῖρα περιέδον τῆς τῶ Νεμεσίου διανοίας ἀποσπίζτων.

Ex Nicafii Ellebodii, Casletani, meliore versione saepius prodiit in bibliothecis patrum, vt in nouissima Lugdunensi tom. VIII. pag. 619. a. 1677.

Graece primus edidit e duobus MSS. [mutilis] et ad calcem voluminis *latinae* versionem suam adiunxit Nicafius Ellebodius. Antwerp. apud Christoph. Plantin. 1565. 8. *Fabr.* Sed quod, *Ellebodio* absente, opus sub prelo sudabat; accidit culpa operarum, vt periodi omitterentur in textu graeco, nonnulla loca bis excuderentur; nonnulla transponerentur. Cl. *Seybold* in Lipf. A. L. Anz. a. 1801. nr. 6. pag. 54. sq. edidit notas paucas, quas possessor antiquo exemplo edit. principis manu sua hinc inde adscripserat; sed emendationes illae conspirant cum edit. Oxon. Eidem exemplo manu adiectus est index philosophorum, a Nemefio citatorum. — In iisdem actis diurnis litterar. a. 1801. nr. 26. pag. 247. alius V. D. *Lz.* nuntiat, se habere exempl. primae edit. cum nonnullis manu adscriptis coniecturis, quarum plurimae consentiant cum lectionibus in edit. Oxon. praeter duas, quas reddidit *Lz.* *Harl.*

Inde *graece et latine* prodiit in auctario Ducaeano bibliothecae patrum Paris. 1624. tom. II. p. 466. et in bibliotheca patrum Morelliana a. 1654. tom. XII. p. 748. [etiam in *Galland.* Bibl. PP. VII. pag. 353.]

Denique cum eadem Ellebodii versione, ad duos MSS. castigatus et docta praefatione notisque auctior nitide recusus est Oxonii e theatro Scheldoniano 1671. 8. curante, ni fallor, *Io. Fetto*, Oxoniensi deinde episcopo ^{vv)}. Confer *Martini Kempii* bibl. theologicam Anglor. pag. 514. In notis illis Nemefius subinde defenditur, vt pag. 42. aduersus Pelagianismi et pag. 20. Origeniani de animarum προπάρεξ erroris criminationem. *Io. Launoius* de varia Aristotelis fortuna pag. 24. *Videtur Nemefius Origenianae de animarum ortu sententiae nonnihil favere. Quicquid id est, natus in candidissimo pectore non multum deformitatis importat.*

Ex

uu) capite 24. Confer *Almeloousenii* inuenta nouantiqua §. XXVIII. vnde patet, minus aequum fuisse, ingeniosum licet illum antiquae aetatis detractorem, quo iudice, antequam Guil. Harvei orietur ingenium

- - on ignoroit iusqu' aux routes certaines
Du Maeandre vivant qui coule dans les veines.

vv) Inscr. *Nemefis* — *Nemefii*, philosophi et episcopi, de natura hominis liber vnus de nouo recognitus, et MSS. codicum collatione in integrum restitutus, annotationibusque insuper illustratus. (cura *Io. Felli.*) Oxon. e theatro Sheldon. 1671. 8. v. *Brüggemann View* etc. p. 416. qui etiam memorat versionem libri *anglicam*, a *G. Wither* confectam, Lond. 1636. 12. *Harl.*

Ex Nemefii, Emefeni episcopi, *sermone de providentia* vide, quae adfert *Anastasius Sinaita* quaeft. 18.

Cel. *Matthaei*, Prof. Witteb. adnuntiauit in Lipf. A. L. Anz. a. 1800. nr. 179. pag. 1762 sq. et a promissis stetit, curando editionem, cuius tantum inscriptionem noui ex nuntii litter. — Hanc tamen plagellam, dum typographo missurus eram, in tempore venit in manus meas edit. praeclara:

Nemefius Emefenus de natura hominis, gr. et lat. Post editt. Antwerpensem et Oxon. adhibitis III. codd. Augustanis, duobus Dresdens. totidemque Monachiens. nec non duabus vetustis versionibus latinis, *Cononis* et *Vallae*, denuo multo, quam antea, emendatius edidit et animaduersis, adiecit *Christi. Frid. Matthaei*, Profess. Vitemberg. Halae. 1802. 8. Contextum gr., antea multis in locis corruptum, dedit, quantum fieri potuit, correctiorem; eoque spectat maxima pars animaduersionum. Versionem Ellebodii seruauit non mutatam, nisi ubi ad textum graecum, a V. C. correctum, conformanda atque immutanda fuerit: loca veterum, a Nemefio laudata, saepius notauit. De codicibus, quos consuluit, et versionibus Cononis Vallaeque post praefat. diligenter disseruit. Textum gr. excipiunt supplementa varr. lectionum, et adnotationes editoris Oxoniensis. Illas sequitur versio. lat.: denique index nominaum propriorum auctorumque citatorum, e Fabricio petitus, paullulumque auctior.

Iure postliminii ex vol. X. init. huc reducam *Caspari Barthii indicem scriptorum*, in *Nemefii libro de homine citatorum*, ex Matthaei edit. aliquantum auctiorem. *Harl.*

Ad paginas graecae editionis Plantin. a. 1565. 8.

| | |
|---|--|
| Aegyptii, 140. | Elias, propheta, 147. |
| Ammonius, 36. (29. 56.) | Enoch, 147. |
| Anaxagoras, 165. | Epicurei, 79. |
| Anaxarchus, 125. | Epicurus, 28. 104. 168. 169. |
| Apollo, legumlator Spartanus, 151. | Eunomius, 45. |
| Apollinaris, Laodiceus, 9. 47. 73. | Eunomiani, 61. |
| Aristoteles, 9. 12. 28. 29. 40. 45. 61. 63. | Euripides, 169. |
| 69. 72. 79. 96. 97. 105. 114. 150. 168. | Galenus, 36. 53. 54. 79. 94. 108. 114. |
| 169. 170. | Hebraei, 15. 21. 91. |
| Christiani, 45. 148. 160. | Heraclitus, 28. 74. 168. |
| Chrysippus, 32. 138. | Hiob, 154. 198. |
| Cleantes, 32. bis. | Hipparchus, (corrigendum, Hippasus,) 74. |
| Critias, 28. | 78. |
| Cronius, 50. | Hippocrates, 37. 63. 74. 108. |
| Daniel, 26. | Hippon, 28. |
| Democritus, 28. bis. 114. 168. | Iamblichus, 51. |
| Dinarchus, (corrigendum, Dicaearchus) 28. | Ibyci fatum, 161. |
| 29. 35. | Ioseph, Iacobi filius, 125. |

Iupiter, Cretenſium legiſlator, 151.
 Lacedaemonii, 151.
 Lazarus, 179.
 Manichaei, 29. 47.
 Menander, 169. 179.
 Moyſes, 13. 16. 45. 46. 73.
 Numenius, 29.
 Origenes, 62. (forte Ariſtoteles,) 91. 125.
 Panaetius, 96.
 Paullus, 14. 26. 178. 179.
 Philopator, ſtoicus, 138. 140.
 Plato, 10. 28. 32. 35. 45. 49. 50. 51. 55.
 56. 70. 71. 72. 77. 79. 91. 92. bis. 103.
 144. 148. 167. 168.

Platonici, 32. 50.
 Plotinus, 9. 29. 56.
 Porphyrius, 51. 60. 89.
 Pythagoras, 28. 44.
 Pythagorei, 91.
 Simmias, 35.
 Socrates, 35. 148. 180.
 Stoici, 28. 29. ſaepe.
 Suſannae hiſtoria, 125. 161.
 Thales, 28. 74.
 Theodorus, platonicus, 51.
 Thucydides, 108.
 Xenocrates, 31. 44.
 Zeno, ſtoicus, 96. — Eleates, 125.

VII. Claudam hoc caput breui de IOANNE CASSIANO ^{uu)} obſervatione. Hic non graece quidem ſcripſit, vt Trithemio [P] viſum, qui venuſtatem eloqui etiam apud interpretem conſpici ſcribit; at ex eius *quatuor libris* ad Caſtorem *de inſtitutis coenobiorum et libris octo de totidem capitalibus vitis*, epitomen, iam olim graece verſam, legit Photius laudatque cod. CXCVII. Ex his prior exſtat MS. in bibl. caeſarea, teſte Lambecio IV. 167. et V. 276. ^{xx)} atque inter ſcripta, *Athanaſio ſuppoſita*, prodiit graece et latine in editione Athanaſii Mont-

^{uu)} Obiit a. C. 444. aetatis 97. de quo *Henr. Noris* lib. II. Hiſt. Pelag. et diſſ. de V. ſynodo pag. 110. ſeq. *Tillemontius* tom. XIV. memor. eccleſ. etc. *Fabr.* Add. *Io. Bapt. Queſnoy* Caſſianus illuſtratus, ſ. chronologia vitae S. Ioan. Caſſ. Lugd. 1652. 4. Qui vero Caſſianum, non qualis reuera fuerit, ſed qualem ipſe eundem eſſe voluerit, deſcribit nobiſque exhibuit. Quare in eum acriter inuehitur *Henr. de Noris* in Hiſtoria Pelagiana, libr. II. capp. variis: quorum argumenta reſert *Oudin* et multus eſt de Caſſiano, eius ſcriptis, ingenio, diſciplina et doctrina erroribusque in comm. de ſcript. eccl. tom. I. pag. 1133 — 1163. — *G. Caue* hiſt. litt. SS. eccl. tom. I. pag. 410. — *L. Ell. du Pin* nouv. bibl. tom. IV. p. 14 ſqq. — *Guil. Cuperi* ſylloge hiſtorica de S. Ioanne Caſſiano, in Act. SS. Antwerp. d. 23. Iul. pag. 458. — *R. Ceiller* hiſt. gener. des ant. eccl. tom. XIII. p. 37. — Hiſtoire litt. de la France, tom. II. p. 215. — *Longchamp* in: Criſtiſchen Entwurf einer gelehrten Geſchichte Frankreichs. pag. 366. — *I. A. Fabric.* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 355 — 357. ed. Manſ. — *Ham-*

berg. Z. N. III. p. 131. ſqq. — *Saxii Onom.* I. pag. 475. — *Schoenemann* in bibl. hiſtorica patrum lat. II. p. 669 — 697. Atque ego de Caſſiano, eius ſcriptis, horum edd. egi et in breuiore notiſſima litterat. rom. p. 680 ſq. et in ſupplement. ad illam, part. II. p. 321 ſqq. De patria, num, quae vulgaris eſt ſententia, ex Scythia minore, vna ex prouinciis Thraciae, au, quod *Norſius* in hiſtor. Pelag. lib. II. c. 21. pag. 159. et *Longchamp.* l. c. probare ſtuderunt, ex Prouincia, in Galliis, ortus fuerit; de anno natali, circiter a. 350. aut 360, et quando mortuus fit, num circ. a. 440. quod *Longchamp* et *Schoenemann* arbitrantur, au ſecundum Saxium alioſque, a. 444. aut prius, aut ſerius, n. a. 448. (vt *Lambec.*) diſſentiunt viri docti laudati aliiſque. Auctor habetur ſectae Semi-Pelagianae: qua de re vberius diſputat *Oudin.* l. c. pag. 1149. ſqq. capp. 5 — 7. *Harl.*

^{xx)} In cod. caeſar. CLXV. nr. 4. vol. IV. p. 375. ſqq. ed. Kollar. vbi legitur *epitome ſeptem priorum collationum ſanctorum anachoretarum Sitten-*

Montfauconiana tom. III. pag. 366. In eadem caesarea bibl. vt *Lambecius* IV. p. 166. [373. Kollar.] refert, habetur etiam epitome graeca, lecta et ipsa Photio ex septem Cassiani Leontio dicatis collationibus prioribus patrum, siue anachoretarum, ἐν τῇ ἐρημῇ Ζηήτῳ in *Secti*, Aegypti eremo; vnde quidam malè *Scythiam* effinxerunt, atque Cassianum genere^{yy)} Scytham esse voluerunt. Graecam Cassiani epitomen vel versionem videtur legisse Io. Climacus, qui laudat gradu IV. Incertum vero, num illa epitome adornata a graeco scriptore sit ex ipsis Cassiani scriptis, an ex latina *Eucherii*, Lugdunensis, translata. Nam *Geunadius* c. 63. de Script. eccles. testatur, *Eucherium Cassiani quaedam opuscula lato tenso sermone, angusto verbi resoluente tramite, in unum coegisse volumen.* De Cassiano ipso *Prosper*, (qui singulari scripto collationem XIII. quae est de protectione DEI, oppugnavit,) in chronico ad annum VI. Theodosii, iun.^{zz)}, *Cassianus compertus in Aegypto vitas patrum, doctrinasque, et regulas libris, ad plurimos datis, exprimit.* Prodierunt *Cassiani Opera* latine, qua lingua auctor illa composuit, Basileae primum a. 1485. fol. Lugd. 1561. 8. 1497. 4. inde cum Io. Darnasteb. Basil. 1575. fol. atque cum *Henrici Crycquii* notis Antwerp. 1578. et ex *Petri Ciacconi* castigatione Rom. 1588. 1611. 8. et cum notis *Alardi Gazari*, Vedaastini, ord. S. Benedicti, Duaci. 1616. 8. duobus voll. atque cum eiusdem Gazari et aliorum notis, Atrebatii 1628. fol. Paris. 1642. fol. [Francos. 1722. Lipsiae 1733. fol.] *libri VII. de incarnatione Christi*, (multis

Lib. 3

Scetenium, ad Leontium, episc., *Lambecius* tamen observat, in alio cod. caesareo peruetusto, et optimae notae (qui esse is videtur quem in vol. V. p. 219. descripsit posthaec,) esse similem quidem nec tamen eandem epitomen graecam *Cassiani* librorum ad Castorem, episcopum, de institutis regulisque coenobiorum Aegypti atque Orientis, et has esse gr. opusculorum asceticorum Cassiani epitomas, a Photio lectas. Quod vero Cassianus in utroque libello cognominatur *Ῥωμαῖος*, et Photius quasi suffragatus cognomen *Ῥωμαῖος* paraphrastice reddit *Ῥωμὴν λαχόντος πατρὶδα* ex eo *Lambecius* pag. 376. colligit contenditque, Cassianum reuera natum fuisse *Romae*. Enimvero ista ratiocinatio haud legitima indicatur. Nam *Scythia* minor in Thracia quoque dicta est *Romania*, — In vol. V. comment. aliquoties occurrunt Cassiani libelli nomenque: in cod. scilicet caesar. CCXXXVII. nr. 13. fragmenta quaedam ascetica. (*Lamb.* V. pag. 190.) — in cod. CCXLII. nr. 12. (*Lamb.* V. pag. 219 sq.) ex Cassiani libris IV. de institutis et regulis coenobiorum et ex eiusdem libris VIII. ad eundem de octo primariis cogitant. vitiosis, graeca anonymi cuiusdam epitome: — eadem duarum epitomarum opusc. in cod. CCCXV. nr. 3. et 4. de quibus et de Leontio Kollar. ad *Lamb.* V. pag. 581. sqq. docte fuseque differit. — in cod. CCXLI. nr. 1.

in Io. Antiocheni eclogis asceticis Cassian. de patribus Scetenibus, et in cod. CCLI. in anonymi cuiusdam locis commun. asceticis aliquoties citatur. (pag. 224. et 326.) — In codd. *Coislin.* XXXVII. — CXVII. — CCI. — CXX. — CCXXXII. et CCXCVI. loca in Niconis et aliis collectionibus etc. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 131. 191. 198. 251. 294. et 413. — *Paris.* in bibl. publ. in decem codd. (praesertim altera epitome) *Cassian.* epitome de institutis coenob. de octo capital. vitiis et collationum de patribus in Secti de gentibus. — Eadem exstant *Florentiae* in codd. Laur. Med. XX. nr. 11. plut. 8. — I. nr. 21. et III. nr. 14. et 15. plut. 10. — et IX. nr. 14. plut. 11. tum citatur Cassianus in exposit. sacrorum praecept. cod. IV. plut. 6. v. *Bordin.* 495. codd. gr. Laur. I. pag. 366. 469. 472. 504. et 98. vt alijs codd. praetermittam. *Harl.*

yy) Vide *Anton. Pagium* ad a. Chr. 404. nr. XXII. seq. *Fabr.* Rdd. *Lambec.* IV. pag. 376. sq. *Harl.*

zz) Ad *Theodosii* XIV. et *Maximi* consulatum, h. e. a. Chr. 455. pag. 304. vid. Saxii *Onom.* I. pag. 475. *Harl.*

a) Laudat *Vossius* episc. CCCCLV.

(multis adhuc locis, Vossio iudice, medicam manum desiderantes,) primum, viderunt lucena Basil. 1534. 8. Paraphrastica enarratioq. librorum de institutis coenobiorum et collationum patrum composita a *Dionysio Carthusiano*, Colon. 1540. *Fabr.* — Plures latinorum opp. edd. excitari possunt. At quoniam illorum opp. atque edd. notitia ad litteratur. romanam pertinet, et a me, Schoenemanno, aliisque, supra citatis, satis dictum est de illis, hic crambem bis coctam recocquere nolo. *Hartl.*

CAPVT XI. (olim XV.)

D. E. S. IOHANNES CHRYSOSTOMVS.

- I. *Chrysostomus*. II. *Eius vitae et encomiorum scriptores graeci, et latini, veteres ac recentiores*. III. *Index Homiliarum singularum editarum Chrysostomi tractatuumque, adscriptis primis verbis graecis, observationibusque variis et editionum Basilianae et Ducaeanae [ac Montfaucon.] paginis*. IV. *Index similis epistolarum, et eorum, ad quos Chrysostomus scripsit*. V. *Recensio scriptorum potiorum eiusdem, cum variis observationibus*. VI. [Codd. et] *editiones operum latinae, graecae, graecolatinae, et nouae, curante Bernardo de Montfaucon.*

(Cum auctario G. C. Hartes.)

I.

De IOHANNE, patria *Antiocheno*, qui ab eloquentia, *μελίσσας* ^{b)}, ὁ τὴν γλῶτταν *Χρυσῆς* ^{c)} *Χρυσοδόμων*, et CHRYSOSTOMVS ^{d)} dictus est, et de eius scriptis tam multa in litteras relata et a tam multis sunt, vt adum agere videar, qui de eo commentari post tot viros doctos velim. Quod solum igitur restat mihi, fungar vice indicis, et post summa

b) Auctor vitae Stephani, iunioris in *Cotelerii* tom. IV. monument. p. 410.

c) Philotheus, CPol., iu tres Hierarchas, et alii passim.

d) Haec quidem Chrysostomi adpellatio, aliquot saeculis ipso recentior est, vt notat Sauilius in limine notar. ad Chrysostomum, itaque et Sozomeni codicibus VIII. 2. a iuniore aliquo adiecta et a Valesio omissa. Tamen a tempore sextae synodi, a. C. 680. CPoli celebratae, communiter obtinuit. *Theodulfo Areltianiensi* lib. IV. carm. v. 5. *fuluo ore Ioannes*. *Nicephorus* XIII. 5. τὸ δὲ γὰρ πλῆθος διὰ τὸ τῆς διδασκαλίας εὐφραίνει, καὶ τὴν ἐκείνου πηγάζουσαν ὄψιν εὐφραίνει ἐξάγει τὰ ἀνδρῶς,

ὑπερφύει ἐκείνου τῆς γλῶττης, ὡς καὶ Χρυσόστομος αὐτὸν προσαπῇ. Suidas in *Ἰωάννης*. Atque Moscis etiam lingua sua *Zloto vsti*, hoc est *aurei oris*, adpellari, notauit *Colomesius* p. 100. obseruationum sacrar. *Βίβλος χρυσοστόμου* apud *Theophylactum* epist. XXI. Praeter hunc nostrum *ματταεὶ* sunt etiam alii hoc elogio, et cognomen Chrysostomi tulere, vt *Seuerianus*, Gabalorum in Syria episcopus, et *Antiochus*, episcopus Ptolemaidis in Phoenicia, ambo laudum eius aemuli. Vide *Sozom.* VIII. 10. *Nicephorum* XIII. 9. vt ethaieum taceam scriptorem, Dignem Chrysostomum, de quo dixi lib. IV. c. 10. *Fabr.*, f. in h. ed. cap. XII. supra, in vol. V. p. 122. 123. *Hartl.* Aristotelem, dicit *Cicero*, acad. libr. II. cap. 58. [vbi v. 10. *Davif.*] *flumen orationis aureum fundere*. *Heum.*

[P] Summa de vita eius capita breuiter perscruta, scriptores de eius rebus veteres ac recentes recensendo, deinde monumenta Chrysostomi, editiones atque interpretes, quantum potero, accurate ac distincte persequar. Natus est disertissimus ille nec minus doctus et acutus sacrarum litterarum interpres ingenio, ~~et eloquio admirabilis~~ et morum formator vnice commendandus iis, qui populum Christianum docere instituunt, Antiochia, in clarissima Coelestriae vrbe, a. C. 354.) parentibus honestis, sed minus opulentis atque ethnicis, patre non diu post defuncto). Mater deinde vna cum filio, tres et viginti annos nato, baptizata est a Meletio, episcopo Antiocheno. In eloquentia Libanium doctorem habuit, cui vehementer se probavit ^{a)}: in philosophia Andragathum ^{b)}, in sacris litteris eundem Meletium, et in monastica disciplina Euagrium, Carteriumque et Tarsi postea episcopum, Diodorum, quem encomio ^{c)} etiam celebravit. Ab eodem Meletio lector et deinde circa a. 381. (aetatis 27.) diaconus, ac denique presbyter Antiochenus a Flauiano ^{d)} a. C. 386. (aetatis 32.) ordinatus est. In episcopatu deinde CPolitano successit Nectario a. C. 398. (aetatis 44.) 26. Febr. Inuidia Theophili Alex. et aliorum aemulorum semel in synodo ad Quercum a XLV. episcopis, deinde a. C. 402. (aetatis 48.) iterumque in synodo altera CPol. a. C. 404. [P] 20. Iunii, (aetatis 50.) suffragante Eudoxia Augusta, depositus relegatusque in exilio obiit a. C. 407. 14. Sept. (aetatis 53.) Condiscipuli et familiares Chrysostomi fuere Basilus, Caesareensis postea episcopus, diuersus a Basilio magno et iunior; Theodorus, qui postea Mopsuestiae in Cilicia, et Maximus qui Seleucia in Isauria episcopatum gessit; Helychius, Syrus, Chrysostomi in monasterio socius, alique innumeri. Ossa defuncti a. C. 438. Proclo patriarcha relata CPolin, et tumulata religiose in basilica SS. Apostolorum. Nomen diptychis sacris restitutum ^{e)} ab Alex-
andro

^{a)} Secundum *Montfauc.* in vita etc. (qui monet, eos, qui a. 355 natum illum esse dicunt, valde errare,) aliosque, quorum rationibus subscribit *Schroeckh*, a. C. 347. *Harl.*

^{f)} *Chrysostomus* ipse lib. I. de sacerdotio.

^{g)} *Sozom.* VIII. 2. vbi Libanii morituri dictum, se neminem successorem sibi magis peroptare, quam Iohannem, *ὃ μὴ χριστιανὸν τῶν ἐκ λησῶν, nisi Christiani eum surripissent.* Apud *Isidorum Pelusiotam* lib. II. epist. XLII. pag. 159. edit. Paris. ad Ophelinum, grammaticum, existat eiusdem *Libanii* epistola ad Chrysostomum, qua orationem eius in laudem imperatoris Theodosii M. et liberorum impense laudat. [Est in maiore *Wolf.* Libanii epp. edit. epist. 1576. p. 714. eiusque conf. notas: in quibus adfert *Valesii* ad Socrat. VI. 3. hist. eccl. pag. 75. suspicionem, illam epistolam ad alium *Ioannem*, qui tunc CPoli agebat causas, esse scriptam. *Harl.*] De Chrysostomi videndi confer *Nic. Caussinum* lib. XVI. de eloquentia c. 20. seqq.

^{h)} *Socrates* VI. 3. Cui adde, quod etiam *Eusebium* Emesenum sectatus legitur apud Hieronymum de S. E. c. 129. Ille Eusebius *Suidas* in *Ιουάννης* vocatur philosophus.

ⁱ⁾ Incipit: *ὁ σοφὸς ἄνθρωπος καὶ γενναῖος. Fabr.* De hoc *Diodoro* multus est cl. *Schroeckh.* in vita Io. Chrysostomi tom. X. pag. 247. sqq. hist. eccles. christianae. Add. infra, in vol. VIII. p. 358 sqq. vet. ed. *Harl.*

^{k)} Ita rectius Palladius et alii, Chrysostomo ipso, qui Meletianas partes sequutus semper est, suffragante: licet Socrates ab Euagrio, Paulini successore, factum hoc affirmet. Idem scribit, lectorem ordinatum a Zenone, Gazae siue Maiumae episcopo, Hierosolymis reuertente, quod itidem aliorum testimoniis refellitur. De depositione ac restitutione Chrysostomi confer praeter alios *Petrum de Marca* lib. VII. de concordia sacerdotii et imperii cap. 9.

^{l)} Vide Sirmondum ad Facundi librum IV. tom. II. Opp. p. 505.

andro, Antiocheno, primum, deinde ab Attico, CPolitano, ipsoque Cyrillo, Alexandrino etc.

II. *Scriptores veteres de S. Chrysoſtomo graeci.*

Palladii, episcopi Helenopolitani, Aſponam deinde translati, et *Theodoti*, ecclesiae rom. diaconi, de vita Chrysoſtomi dialogus apologeticus, qui Romae per plures dies habitus fingitur. Legerunt pridem *Photius* cod. XCVI. Georgius Alexandrinus et anonymus *Sauilianus* et *Theodorus Trimithuntis*. Latine vertit et Eugenio IV. dicatum edidit *Ambrosius Camaldulensis*, Venet. 1523, 8. ex qua editione recusatus est tom. II. Aloysii Lipomanni, et in latinis Chrysoſtomi editionibus. Graece laudatur a *Valesio* ad *Sozom.* Primus e codice medico DC. annorum in lucem protulit, et cum noua latina sua versione aliisque monumentis antiquis vulgauit *Emericus Bigotius*, vir eruditissimus. Paris. 1680. 4. [ap. *Hamberger*. Par. 1797. 4.] De scriptore ipso, atque vtrum *Palladio*, Helenopolitano, recte hic dialogus tribuatur, infra dicam in *Palladio*: nunc *Christophori Sandii* satis sit notare hallucinationem, qui pag. 280. nuclei hist. ecclesiasticae scribit, in bibl. Ambrosiana Mediolani exstare MS. ineditum Chrysoſtomi de vita *Palladii*. *Fabr.* *Palladii* dialog. de vita Chrysoſtomi gr. et lat. reposuit *Montfauc.* in Opp. Chrysoſt. vol. XIII. p. 1. sqq. cum paucis notis criticis et varr. lectt. denuo collato ab amico quodam cod. Florent. cum edit. Bigot. et in praef. ad illud vol. pag. VII. sqq. illam praefationis Bigot. partem, quae ad vitam Chrysoſt., a *Palladio* expositam, pertinet, repetendam curauit. — De cod. Laur. Medic. XIV. nr. 15. plut. 9. vbi exstat *Palladii* dial. plura dedit *Bandin.* in cat. codd. graec. Laur. I. p. 411. sq. et in nota animaduertit, Bigotii in notitia de Ambrosii versione interpolata iudicium ab Ant. Mar. Saluiniio, codicem Medic. denuo conferente, argui erroris, ablegatque lectorem ad vitam Ambrosii, a *Laur. Mohus* exaratam editamque Florent. 1759. fol. p. 309. Excerpta ex *Palladii* dialogo sunt in eadem bibl. cgd. VI. init. plut. 7. et cod. IX. nr. 26. plut. II. v. *Bandin.* I. p. 206. et 506. — Idem *Montfauc.* in tom. XIII. p. 257. collegit veterum de Chrysoſtomo testimonia, Photii, qui Chrysoſtomi opera saepe et aliquando addita crisi commemorat; immo haud raro multa ad litteram refert ex eius scriptis; Nili, Isidori, Synesii, Snidae aliorumque, add. *Sauilii* edit. tom. VIII. *Harl.*

Socrates lib. VI. *Sozomenus* lib. VIII. et *Theodoretus* lib. V. c. 27. seqq. Chrysoſtomi res narrant in historia ecclesiastica.

De *Theodoriti λόγους* quinque in Chrysoſtomum videndus *Photius* cod. CCLXXIII. Io. *Garnerii* auctarium Operum *Theodoriti* pag. 30. seq. De *Aëtis synodi ad Quercum*, in qua Chrysoſtomum condemnatum constat, idem *Photius* cod. LIX.

Procli CPol. Homilia in Chrysoſtomum latine solum exstat. [P] Incipit: *Certe gratias DEO fratres*. Prodiit inter eius opuscula p. 164. edit. Elmenhorstianae, et in *Combesii* Auctario nouo, tom. I. p. 466. et in *Proclo* Vincentii Riccardi.

Cyrilli, Alexandrini, de Chrysoſtomi vita commentarius, quo vsus Georgius, Alexandrinus, intercidit. Vide tom. VIII. *Sauil.* pag. 293.

Isidorus

Isidorus Pelusiota, multus est in Chrysostomi, doctoris sui, laudibus lib. II. epist. XLII. et alibi, atque inde forte ab Anonymo Sauiliano inter eos, qui de Chrysostomo scribere, refertur.

Georgius, Alexandrinus, Photio cod. XCVI. memoratus, et a fabulis non abhorrens vitae Chrysostomi scriptor, ex quo hauserunt pleraque Leo, imperator, Anonymus Sauilianus, Metaphrastes, Zonaras, Glycas, Nicephorus, Cedrenus et alii. Incipit: *Πάντες οἱ πατέρες ἰσαγορεύουσιν*. Graece primum edidit *Sauilius* tom. VIII. p. 257 — 265. e duobus MSS. Palatino et Bauarico CXCIV. Latine vertit *Gadfridus Tilmannus* Paris. a. 1557. *) for. et in fronte latinorum editionum Chrysostomi Paris. 1581. 1598. De MS. Vindobonensi vide *Lambecium* VIII. p. 272. *) Alia memorat Allatius p. 217. de Georgio. Errores et fabulas *Georgii* persequitur *David Blondellus* in libro, gallicè edito, de primatu in ecclesia p. 1229.

Sophronius, patriarcha Hierosolymitanus, inter scriptores de vita Chrysostomi ab Anonymo Sauiliano laudatur, non aliam, opinor, ob rationem, quam quod graece vertit catalogum Hieronymi de scriptoribus ecclesiasticis, in quo de 18. Chrysostomo sermo est capite 129.

Cosmas Vestitoris, εἰς τὴν ἐπαύδα πρὸς ἀντὶν πρὸς τὸν ἱερεὺς τῶν Χρυσοστόμους. Incipit: *Ἐκαστὸν πάντως ὑμῶν, ὁ φιλόχρηστος πανήγυρις*. Vetus est Anonymus Sauilianus. Habuit etiam Sauilius, ut testatur in notis tom. VIII. p. 944. sed editione putauit indignum.

Martyrius, patriarcha Antiochenus, inter scriptores de vita Chrysostomi ab anonymo [v. *Lambec.* VIII. p. 635. sq.] laudatur, cuius nihil quod sciam huius argumenti exstat, uti nec *Nili*, nec aliorum, quos memorat *Euagrii Ascetae*, nec *Nicetae*, sceuophylacis, alteriusque *Nicetae*, Paphlagonis, aut *Eustathii*, *πρίμης*, vel *Basilii*, quem *πρωτόθεον* appellat, et encomium scripsisse Chrysostomi refert. *Fabr.* *Martyrii* vita, sed in fine mutila, exstat in cod. Naniano CXLV. nr. 6. graece: atque (Mingarell.) in cat. eodd. gr. Nan. p. 337. sq. initium vitae speciminis loco exscripsit. — De *Niceta*, Sceuophyl: v. supra, vol. VII. pag. 755. et p. 749. de *Niceta*, Paphlagone. *Harl.*

[P] *Simeonis Metaphrastae* de vita Chrysostomi, ex duobus MSS. regis graece prodit tom. VIII. Sauilii p. 373 — 428. De MS. caesareo vide *Lambecium* VIII. p. 297. *)

Latine

m) a. 1537. ap. *Lambec.* a. autem 1559 ap. *Fabr.* infruon vol. IX. pag. 65. vet. ed. inter vitas *Saot.* *Harl.*

n) De cod. XIX. nr. 13. pag. 578 sqq. ed. *Kollar.* cuius not. conferes: *Lambecius* ibi multa ex Photii narratione et iudicio de Georgio Alex. in cod. XCVI. refert. Idem mouet, cod. caesar. differre in fine ab codd. Bauar. et Palatino, ex

Vol. VIII.

quibus desumfit Sauil. Verum, quia Georgius filo humili atque ineleganti innumera narrat fabulosa, iis exceptis, quae ex Palladio et Socrate mutua sunt, eius vitam omisit Montf. in sua edit. Est illa quoque in cod. *Naniano* CXLV. nr. 5. *Harl.*

o) In cod. caesar. XXVI. reperitur Chrysostomi vita sine nomine auctoris; sed *Lambecius* VIII.

Mmm

com-

Latine vertit Gentianus Heruetus, ex cuius interpretatione hanc vitam dedere Lipomannus tom. V. ad 13. Nou. et Surius tom. I. ad 27. Ianuarii. Incipit: Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσάμενων. Laudat Nicephorus XIII. 2. Hist. p. 349.

Eiusdem de transportatione reliquiarum S. Chrysostomi, ἀλλὰ πῶς ἄν τις ἡμᾶς ὑπερβαλεῖ αἰτίας καὶ λόγων. Meminit Allatius de Simeonum scriptis p. 124.

Constantini Porphyrogeniti de translatione earundem reliquiarum. Incipit: τὶ περὶ πάντων τῶν ἐν ἡμεῖς διαμαρτυρίας. MS. in bibliothecis romanis, Savilio teste. Habuit etiam Allatius. Vide, quae dixi lib. V. cap. 5. p. 490. [in hoc vol. p. 6. §. 7.]

Georgii Pachymerae, librum de vita Chrysostomi laudat Casaubonus in Casaubonianis. Vide vol. VII. huius bibl. [p. 785.]

Anonymi de earundem reliquiarum translatione. Incipit: ἦκεν ἡμῖν ἡ λαμπρὰ καὶ χαρμύσυνος καὶ ποθεινὴ πανήγυρις. Meminit Allatius de Simeonibus p. 121.

te) *Anianum* hunc eundem esse cum celebri Pelagiano huius nominis, Hieronymi aduersario, diacono Celedensi, et *Traduciani* nomine Augustinum perfringere, cuius temporibus suppar, adeoque nec a Chrysostomi aetate valde remotus fuit, iam notarunt viri doctissimi. Vide *Hieronymum* lib. I. hist. Pelagianae, cap. 19. et *Io. Garzerium* ad Marium Mercatorem. In praesenti autem monere iuvat, quod *Anianus* non modo primas octo homilias Chrysostomi in *Matthaeum* vertit, sed etiam ceteras usque ad XXVI. quae a *Gregorio Trapezuntio* translatae dicuntur, quum is tantum harum fuerit interpolator, editorque ceterasque deinde addiderit, ut ex MS. codice regis Galliae obseruat *Rich. Simon* tom. I. epistolarum selectarum pag. 81. 84. cui adde *Maillonii* insulam italicum pag. 164. Versioni praemisit *Anianus* epistolam ad *Oruntium* siue

Hortuntium, episcopum, ob haeresim Pelagianam eiecsum Italia et deinde in synodo Ephesina damnatum. Vertit idem *Anianus* etiam septem Chrysostomi homilias de laudibus Pauli, easque Evangelio prophyetico Pelagiano diuinitus. Epistola ad *Evangelium*, integrum existit. tom. VII. *Opera* Bedae, et inter epistolas selectas, quas *Calistus* ad calcem epistolae Clementis Romani recensit, continet pag. 164. Denique vertit etiam *Anianus* Chrysostomi epistolam ad *Neophytos*. Latine graeco in huius similes versione homiliarum de *Matthaeo* deprehendit sibi visus est *Simonius* XXVI. epist. Sed *Rich. Simonius* non tantum graeco codice usum, in quo *Evangelium* ab *Oruntio* gebatur. Huic *Aniano* *Garzerio* tribuit epistolam ad *Demetriadem*, quae inter Augustini et Hieronymi opera legitur. Alius *Anianus*, qui *Leges Theodori M.* in compendium misit, de quo

pag. 148. [et *Papirius Masson* lib. VI. de roman. pontific. in Ioanne papa XXI.] Similis vox Dionysii Carthusiani IV. 11. de nouissimis, *mallem habere opus imperfectum Iohannis Chrysostomi super Matthaeum perfectum, quam esse dominus ciuitatis Parisiensis.* Sed opus hoc imperfectum diuersum plane esse constat ab illis in Matthaeum homiliis, et licet dignum lectu atque eruditum, tamen alterius scriptoris, atque ut videtur, latini.

Opus imperfectum in Matthaeum, latine in latinis Chrysostomi et graecolatinis editionibus saepius editum et in Antwerpiensi a. 1537. ²⁸) variis locis, a Mahusio Franciscano editore truncatum procedit ab initio euangelii ad cap. XIII. vers. 14. et a cap. XIX. ad finem capitis XXV. *Guilelmus* quidem *Whistonus*, (essay on the apostolical constitutions pag. 662.) auctorem refert ad saeculi decimi initia, quod homilia secunda scribat, se aetatem hominis antediluuii a Christi natiuitate abesse. Sed dicere hoc potuit, etiamsi sexcentesimo vel quingentesimo post Christum natum scripsisset anno. Homilia prima etiam promittit expositionem in Lucam pag. 13. C. edit. Paris. *Fabr.* Montf. reiecit id opus spurium ad calcem vol. VI. post pag. 618. et longam praemisit diatriben, in qua primum retulit Erasmi, Mahusii, Sixti Senensis, Baronii, et Tillemontii de isto iudicia. Tum demonstrat, parentem istius foetus non esse Chrysostomum, sed hominem quemdam vere Arianum, et Anomoeum, vel circa finem sexti, vel septimo saeculo, eumque multa decerpisse ex libris apocryphis. *Harl.*

Libellum quoque graece haecenus *ineditum quaestivum in Matthaeum* habuit Sauilius, sed quem interpres Christophorus Serrarius latine vulgavit, sub nomine veriore Titi Bostrensis. Incipit: *Διὰ τὸ λέγεσθαι Εὐαγγέλιον.*

In Marti loca Homilias XIV. latine editiones exhibent ex Godfridi Tilmanni recognitione, sed Chrysostomo indignas.

In varia *Lucae*, euangelistae, loca, Homiliae VI. una cum Homiliis [P] de Lazaro, in latinis Chrysostomi editionibus. Vide *Montacutium* tom. I. Orig. p. 41. *Fabr.* — Suidas quidem commemorat Chrysostomi comment. in Marcum et Lucam. At *Montf.* in praefat. ad vol. XIII. pag. II. monet, in codd. gr. innumeris, quos vidit legitque, nullam Chrysost. commentar. in Marcum et Lucam vel descriptionem vel commemorationem comparuisse; inter opp. quidem Chrysost. ante finem saeculi XVI. latine excusa, Basileae primum, deinde Lutet. 1581. p. 1118. legi homilias in Marci et Lucae euang. Chrysostomo tributae; sed editorem ipsum de vero auctoris nomine dubitasse; ideo se in hac edit. illas omisisse. Id tamen verum est, quod forsan Suidam adduxit, ut Ioanni nostro adscriberet eiusmodi commentarios, in catenis in illa duo euangelia multa ex variis Chrysost. operibus congesta loca adferri, et Montf. prouocat ad codd. in bibl. Coislin. p. 248. et 251. recensitos. *Harl.*

Gerhardus Vossius Tungrensis habuit *ἑρμηνείαν σύντομον*, Chrysostomo tributam, in Iohannem et Lucam, quam latine vertere voluit, sed in primum tantum caput Iohannis absol-

gg) Vide D. *Attigii* praef. ad librum de collectionibus patrum p. CXVIII.

absoluit, quae legitur in *Stuartii* auctario veterum scriptorum, Ingolstadt. 1616. 4. pag. 518. seq. Etiam librum quaestionum ineditum in Iohannem habere se, scripsit Sauilius incipientem his verbis: *Τίς ἐρεω πάντα αἱμα*. Sed Chrysostroni esse, (licet ex Chrysostroni scriptis collectas,) negat. Enarratio autem in Lucam graece et latine plus simplici vix prodiit vero auctori suo vindicata, Tito Bostrensi. Incipit: *Ἰσὺν ὄντι αἱμα*.

In *Iohannem* homiliae LXXXVIII. graece tom. II. Sauli. et cum versione a Ducaeo recognita tom. VIII. editionis Paris. ex his LXII. LXIII. et LXIV. perperam inter Basilii Seleucienensis homiliae eiusque nomine vulgatae sunt^{aa}). Primus Chrysostronum in Iohannem latine vertit *Burgundio*^{bb}), iudex et citis Pisanus, de quo Robertus abbas Montis in continuatione Chronici Sigeberti ad a. C. 1180. *inter alios venit quidam cuius Pisanus nomine Burgundio, periturus tam graece quam latine eloquentiae. Hic attulit Eucharistiam S. Iohannis, translatus ab ipso de graeco in latinum, quod Iohannes Chrysostronus sermonis homilistico exposuerat. Hic etiam fatebatur magnam partem libri Geneseos a se iam translatus. Dicit etiam, quod Iohannes Chrysostronus totum vetus et nouum Testamentum exposuit.* Versio illa a *Francisco Aretino* recognita primum vidit lucem Rom. 1470. fol. 14) Colon. 1486. fol. vnde Aretinus ipse pro auctore habitus in edit. Antwerp. 1542. 8. atque aliis. Germanice vertit Caspar Medio.

Commentarios Chrysostroni in Evangelistas *Arabice* versos testatur Christianus Ravius obtestatione ad Europam; exstant etiam nonnulla MSS. in Bibliotheca publica Academiae Leidenensis. Translatos etiam non nullos in *Armenicam* linguam, refert *Richardus Simon* lib. II. hist. criticae Vet. Test. cap. 16. *Fabr.* In bibl. *Paris.* publ. plures exstant codd. qui orientales modo paucarum modo plurium Chrysostr. homiliarum versiones continent, et in catal. codd. *Paris.* vol. I. nominantur; sic pag. 8. cod. VIII. nr. 3. *hom. in linguam arabicam conversae,*

Aaaa 2

versae,

hh) Partem commentarii brevis in Ioann. lat. vertit *Gerard. Vossius* et recepit *H. Canisius* in *Lection. antiquis*, tom. V. p. 518. aut in ed. *Basnag.* tom. I. p. 218. — Montf. in vol. VIII. primum dedit LXXXVIII. genuinas in Ioan. euang. homiliae: in praefat. autem ostendit, quam diuersum in illis sit dicendi genus ab eo, quo in ceteris in scripturam S. commentariis usus est Chrysostron. In ed. *Morell.* numerantur 87. quandoquidem *Mor.* primam prooemii loco posuit. Tum docuit, illas contra *Anomoeos* potissimum, de quibus multus est, habitas fuisse ab a. 390. ad a. 394. vel 395. Antiochiae, antequam homiliae in utramque *Pauli* epist. itidem Antiochiae recitasset Chrysostron. Praefationem excipit monitum de vndecim Chrysostroni homiliis, CPoli. a. 398. et 399. dictis, antea nondum editis, genuinis autem, earumque titulis, initia et argumenta sequuntur.

Illas e cod. Vaticano descriptas primus e tenebris in diem lucis oras produxit in vol. XII. et in monito praemisso p. 319 sqq. de singulis paullo copiosius et curatius disputauit. — Inter codd. *arabicos* bibl. publ. *Paris.* cod. XXX. continet comment. in euangel. S. Ioannis ex Chrysostroni et aliorum scriptis collectum. *Harl.*

ii) De hoc *Burgundione*, qui a. C. 1194. Pisae obiit, videndus *Laur. Pignori* in symbolis epistolice, epist. 39. Vertisse dicitur etiam, quae in pandectis graece leguntur, et *Geoponica* quaedam, et *Nemesium* de natura hominis, et *Io. Damascenum* de fide orthodoxa, et Chrysostroni in *Matthaeum*.

kk) Vid. *Freytag.* adpar. litt. I. p. 92. sqq. et infra in cat. edd. *Homil.* *Harl.*

verfae, charactere tamen fyriaco. — in linguam *fyriacam* pag. 62. codd. CXV. et CXVI. — pag. 65. cod. CXXXVI. nr. 16. — pag. 68. cod. CLIX. nr. 10. — in ling. *armenic.* pag. 82. cod. LVI. nr. 2. et LVIII. in quo sunt 81. hom. Chryfoft. e graeco conuerfae. — pag. 83. codd. LXI. et LXIV. — pag. 91. cod. LXXXVIII. nr. 6. oratt. in laudem S. Gregorii Illuminatoris. — In linguam *arabicam* pag. 104. cod. LII. — pag. 105. codd. LVI. nr. 5. — LX. qui continet 65. homilias in Genefin. — LXI. - LXII. qui comprehendit homilias in ep. ad Heb. aeos, ab *Andalla* quodam, diacono Antiocheno, negligentius conuerfas: — LXIII. decem homil. — LXIX. homil. 85. aut potius excerpta, feruato temporis ordine, qua illae in ecclefiis Iacobitarum Alexandrinorum legi confueuerunt — pag. 107. et 108. codd. LXXIV. et LXXVI. — pag. 110. cod. XCV. nr. 2. — pag. 117-121. codd. CXLIII. — CLI. — CLIV. — CLVIII. — CLX. — CLXVI. — CLXVIII. *Harl.*

[P] *In acta apoftolorum* homil. LV. graece tom. IV. Sauii. ex quibus quatuor primas vertit Erafmus, plures noluit transferre, quod opus putaret Chryfoftomo indignum. *Nihil, inquit, vnquam legi indoctius. Ebrius et flertens fcriberem meliora. Habet frigidos et ineptos fenfculos, nec eos ipfos commodè poteft explicare.* pag. 1478. epift. edit. Lond. Alii tamen viri docti longe aliter de hisce commentariis sentiunt, atque id iudicium in Erafmo, tanto viro, vehementer mirantur. Vide *Theoph. Raynaudum* de bonis et malis libris p. 24. *Rich. Simonem* tom. III. Hift. criticae N. T. p. 161. feq. *Petri Baelii* Lexicon tom. II. edit. secundae pag. 1199. Ceteras a quinta homilias quis latine verterit, adnotatum non reperi. Prodiit Chryfoftomus in acta latine feperatim Paris. 1548. 8. Meminit huius operis *Nicephorus* XIII. 2. et CPoli compofitum a Chryfoftomo teftatur. Legit et *Photius* cod. CLXXIII. et *Damascenus* de Orthod. Fide III. 15. *Fabr.* Montfauc. dedit illas homilias, 2. 400. et 401. CPoli dictas, in vol. IX., et more fuo praemisit monitum, in quo et recentiorum et veterum de illis iudicia refulit, aperuitque cauffas, cur illae humiliore ftulo conſcriptae viderentur, et vade inſignis illa in codd. lectionis varietas orta fit. *Harl.*

In epiftolam ad Romanos homiliae XXXII. [In ed. Montf. tom. IX. p. 417. ſqq. vbi praef. non eſt negligenda.] Laudat hoc opus *Iſidorus Peſuſota* V. 32. epift. Homilias priores ſedecim vertit Germanus Brixius Antiſiedorensis, canonicus Pariſienſ. qui lanum Laſcarem in graecis praeceptorem ſuum laudat, et praeter Veronenſem editionem graecam, codice MS. Eraſmi eſt uſus. Baſil. 1533. 4. Ceteras Wolfgangus Muſculus interpretatus eſt. Vtriusque verſionem Philippus Montanus ſuppleuit et caſtigauit. Has homilias et illas in priorem ad Corinthios, et ad Galatas atque ad Titum Antiochia a Chryfoftomo habitas, CPoli ceteras Sauiius conſicit, licet *Nicephorus* XIII. 2. ſcribat, uniuerſas in apoſtolum in CPolitana vrbe compoſuiſſe. D. *Ittigius* praef. ad librum de Catenis Patrum p. CXXIV. memorat has in epiftolam ad Romanos verſas a Luciano Mantuano, Brixiae 1588. quam ego interpretationem non vidi.

In priorem ad Corinthios homiliae XLIV. in quibus vertendis elaborarunt Franciſcus Aretinus, priorum XXIX. interpres, et Simon Grynaeus: hunc enim abſoluiſſe quae deerant, teſtatur Eraſmus lib. XXVI. epift. 14. quem vide ſis etiam epift. 59. 60. illius libri. Ab illo

tem-

tempore transtulit hoc opus Gentianus Heruetus, cuius versionem Commelinus et Ducaeus praetulere. *Fabr.* Homiliae in vtramque ad Corinth. epistolam et comm. in ep. ad Galatas sunt in tom. X. ed. Montf. qui homilias illas inter praestantissima Chrysostomi opp. referendas esse iudicat, probatque, orationes in vtramque ad Corinth. epistolam Antiochiae habitas esse, aliaque scitu vtilia scribit in praefatione. In his et in comm. retinuit veterem latin. interpretation. sed plurimis in locis emendatam. In praef. ad comm. in Galatas cuius ne vnum quidem, quem conferret, reperit codicem, demonstrat, illum scriptum fuisse Antiochiae. *Harl.*

In posteriorem ad Corinthios homiliae XXX. Ex his non plures quam primores septem Erasmus latine conuertit, praeter rem opus [P] hoc quoque non Chrysostomi, sed summi cuiusdam arbitratus, ceteras Wolfgangus Musculus subiunxit. Sed in Commeliniana et Parisiensi alia graecis adiuncta est versio, Gentiani ni fallor Herueti, nullum enim nomen est adscriptum.

In epistolam ad Galatas commentarius, ab eodem Erasmo versus, cuius interpretatio in editionibus Chrysostomi latinis et graeco-latinis, et tom. VIII. operum Erasmi legitur. Prodierat etiam latine separatim, Basil. 1527. 8.

In epistolam ad Ephesos homiliae XXIV. quas vertit Godfridus Tilmanus. Sed in graecolatinis editionibus est adiuncta graecis interpretatio Herueti. *Fabr.* — Montf. in tom. XI. dedit illustravitque hom. in ep. ad Ephesos et reliquas vsque ad hom. in Philemonem. In praef. ostendit homilias in ep. ad Eph. et ad Timotheum, it. ad Titum, dictas esse Antiochiae, retinuitque lat. Herueti interpr. priorum homiliar. multis in locis castigatam; homil. autem in ep. ad Eph. et ad Coloss. docet habitas esse CPoli. — Pag. 424. dedit Chrysost. homil. CPoli recitatas XI. in *priorem* ep. et libm. V. in *posterior.* ad *Thessalonicenses*, cum vers. Herueti latina, multis in locis castigata. *Harl.*

In epist. ad Philippenses homiliae XV. Versioni Erasmi et Musculi, in graecolatinis editionibus [etiam Montf.] praefertur Flamini Nobilii interpretatio, quae primum vidit lucem Rom. 1578. 4.

In epistolam ad Colossenses homilias XII. *In priorem ad Thessalonicenses*, homiliae XI. et *in posteriorem*, homilias V. Wolfgangus Musculus vertit, cuius in latinis, et Gentianus Heruetus, cuius in graecolatinis editionibus [etiam Montf.] versio legitur.

In priorem ad Timotheum homiliae XVIII. et *in posteriorem* homilias X. vertit incertus, cuius interpretationem etiam in graecolatinis editionibus seruarunt Commelinus et Parisienses [nouam fecit Montf.] Ambrosii Camaldulensis versionem Chrysostomi in 1. ad Timotheum Florentiae apud Canonicum Strozam inuenit MS. Io. Mabillonius in itinere Italico pag. 194.

In epistolam ad Titum homiliae VI. ab Ambrosio Camaldulensi [male] versae in latinis editionibus exstant, atque eadem versio etiam in graecolatinis occurrit. [Montf. novam confecit.]

In epistolam ad Philemonem homiliae III. translatae ab eodem Ambrosio in graeco-latinis non minus quam latinis Chrysostomi editionibus leguntur: [at reiecta ea versio a Montf.] Sed separatim has homilias cum noua accuratiore versione sua, ut gustum aliquem sacrae eloquentiae Chrysostomianae iuuenibus daret, excudi curauit doctissimus *Georgius Rappellus*, Pastor Luneburgensis ecclesiae, et obseruationibus Xenophonteis Polybianisque atque Arrianeis in sacros Noui Testamenti libros celebratissimus. Lauenburgi 1712. 4. Vtile hoc institutum, ex vasta illa ac sumtuosa voluminum Chrysostomi mole feligere quaedam et [¶] iuuentuti minoribus facileque parabilibus libellis legenda commendare, quod Tubingae etiam non ita pridem selectis quibusdam homiliis Chrysostomi graece et latine praelo subiectis fecere viri docti.

In epistolam ad Hebraeos homiliae XXXIV. a *Mutiano* Scholastico pridem translatae Cassiodori Senatoris auspiciis et rogatu, ut hic ipse cap. 8. Diuinarum lectionum testatur. Haec versio viri, ut ab eodem Cassiodoro adpellatur, disertissimi, doctique *Sauilii* iudicij ac diligentis interpretis, etiamnum exstat excusa Coloniae 1530. 8. apud Io. Gymnicum, atque inde latinis Chrysostomi editionibus inserta ex *Wolfgangi Musculi* et *Philippi Montani* recognitione, vbi quandoque perperam Mutius pro Muciano adpellatur, quemadmodum

B) Titulus operis est: *Ἐπιστολὴ πρὸς Ἑβραίους*. — *Ἐπιστολὴ πρὸς Ἑβραίους* μετὰ τῆς κοίτης αὐτῆς παρὰ Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείου. Verba ἀπὸ σημείων vertunt: ex adnotationibus et commentariis ipsius, sed reddendum est: ex notis siglisque, quibus nempe Homiliae Chrysostomi conuentionatim ἐκγράφηται ac notarii exceperunt, ut testatur *Socrates* IV. 4. hist. Notas certe eiusmodi graeci σημεία adpellant, et ἐκγράφηται, qui illis videntur, σημειώματα, siue ut *Philostatus* in vita *Alexandri*, sophistae cap. 3. σημείων γραφίς. Ad Constantinum istum presbyterum exstant Chrysostomi epistolae, et sub ipsius nomine aliae quinque tom. VII. *Sauil.* p. 205. quae et ipsae Chrysostomi sunt. *Fabr.* Montf. in praef. primo monet, loco *Constantini*, in epistolis (v. tom. III. pag. 730.) legi *Constantium*; quae quidem nomina quoniam in MSSis confundi solent; verisimile quidem, nec tamen omnino certum esse, illum Constantinum, siue Constantium, colligendis ac publicandis Chrysostomi in ep. ad Hebraeos homiliis operam nauasse. Tum inquit, num illud exemplar, quod *Constantinus* emisit, sanum ad nos usque peruenit, et an sit aliis exemplaribus semper auteponendum; quod vtrumque negat, et adfirmat, praeter *Constantinum*, presbyterum *Antiochenum*, alios multos tunc temporis Chrysost. homil. in

epist. ad Hebr. collegisse, et in multis feliciorem, quam *Constantin.* posuisse operam: inde etiam intelligi potest mira illa in codd. lectionum varietas. Idem *Montf.* paucis agit de *Mutiani* interpretat. latina, quam, prodit, excusam fuisse *Basil.* 1517. inscriptam: *B. Io. Chrysostomi episc. CPolit. expositio in epist. B. Pauli, apostoli, ad Hebraeos, ex notis edita post eius obitum a Constantino, presbytero Antiocheno, Mutiano scholastico interprete. Harl.*

mm) Hic *Mucianus*, cuius magna est auctoritas apud auctorem diff. de iudiciis criticorum et interpretis gallici super loco Chrysostomi Homil. 3. in epist. ad Hebraeos *Parif.* 1691. 4. medio saeculo sexto vixit, et Gaudentium etiam musicum olim verterat, ut testatur *Cassiodorus* de musica. Nescio autem, unde hauserit *Sirmondus* ad *Facundum*, cumque sequutus *Colomesius* obseruat. sacr. pag. 227. quod scribit, vertisse etiam Chrysostomum in epistolam ad *Philemonem*. *Facundi* liber contra hunc *Mutianum*, siue, ut subinde adpellat, *Mocianum*, scholasticum causae occidentaliū episcoporum cum impugnatoribus concilii Chalcedonenis communicare nolentium aduersum, exstat tom. II. operum *Sirmondi* p. 825.

modum etiam in Huetii libro de claris interpretibus. Editiones graecolatinae aliam versionem, quam nempe *Gentianus Heruetus* adornavit, adiunctam habent. *Fabr.* In tom. XII. Montf. qui lat. Heru. versionem retinuit, sed subiecit quoque *Mutiani* interpretationem hominibus, quas CPoli, quum episcopus esset Chrysostomus, habitas esse, demonstrat. *Harl.*

Scripta alia Chrysostomi.

De sacerdotio *περὶ ιερωσύνης* libri VI. graece Louanii 1529. 4. et tom. VI. Sauii. [tom. I. Montfauc. p. 362. sqq.] et cum Iac. Ceratini per duos primores libros, Germanique [P] Brixii per ceteros versione et *Dau. Hoefschelii* notis, Augustae Vindel. 1599. 8. ⁿⁿ) hinc in graecolatina edit. Chrysostomi tom. IV. Ducaeano. Paris. 1614. fol. et praemissis *Iohannis Hughes* dissertationibus de dignitate sacerdotali, Cantabrigiae 1710. et 1712. 8. cui posteriori editioni *Styanus Thirlby* apologeticum Nazianzeni pro fuga sua subiunxit. Gallice vertit *Rich. le Blanc* Paris. 1553. et centum fere annis interiectis *Lamius* Paris. 1650. 12. Basilium, quocum in his libris Chrysostomus colloquitur, Caesareensem ^{oo}) alii, alii Seleuciensem, alii rectius episcopum Raphanaeae, alii Basilium Bybli intelligunt. Vir doctus in Actis eruditior. tom. V. supplementi pag. 306. Basilii nomen fictum putat, sub eoque latere Euagrium, episcopum Antiochenum. De MSto graeco codice, qui exstat in Caesarea bibliotheca, vide *Lambetium* II. pag. 787. [p. 599. ed. Koll.] Vertit hos libros etiam *Ianus Cornarius* Basil. 1544. *Fabr.* Montfauc. in praefixo monito postquam multa de controuersia amica inter Basilium et Chrysostomum inter ann. 372 et 375. mota disputarat, verisimile esse putat, Basilium intelligendum esse eum, qui synodo CPolitanae a. 381. episcopus Raphanaeae, quae vrbs in Syria prope Antiochiam sita erat, subscripsit. Quando autem Chrysostomus hos ediderit libros, non ausit pro certo pronuntiare: inclinat tamen in narrationem Palladii secundum latinam quidem Ambrosii Camaldulensis, (qui in suo exemplari gr. forsan id legerit, quamquam in textu graeco, quem Bigotius edidit, ne γὰρ quidem hac de re compareat,) interpretationem, Chrysost. hunc librum composuisse in secessu et solitudine, h. e. ab anno circiter 375. ad a. 381. Add. *Montf.* in vita Chrysost. in tom. XIII. pag. 94. et *Baron.* in annal. ad a. Chr. 382. *Montf.* autem, interpretationem Germani Brixii, utpote quae paraphrasin saperet, nec ita accurate concinnata esset, reiecit, nouamque graeco adposuit contextui. Omnes autem inprimis laudant et reliquis Chrysost. scriptis praefereunt illos libros, et cl. *Schroeckh.* l. c. pag. 254-287. summam illorum in epitomen redactorum dedit.

Mont-

ⁿⁿ) Praestantis rariorisque huius edit. inscriptio est: *S. Ioan. Chrysof. de Sacerdotio libri sex graeci et latini.* DCC amplius locis emendati, aucti, illustrati, ope librorum MSS. ex bibliothecis Palatina et Augustana. Opera *David. Hoefschelii*, Aug. Augustae Vind. e typogr. M. Mangeri. M. D. IC. 8. Subiuncta versio latina, peculiarem habet inscriptionem: *D. Ioann. Chrysofomi de sacerdotio dialogi VI. Iac. Ceratino*

et *Germano Brixio* interpretibus, a *Dauid. Hoefschelio* Aug. passim correcti, et lacunis perquam multis expletis redintegrati. Aug. Vind. ap. Mich. Manger. anno M. D. IC. Calci adhaerent Chrysost. vita aliaque et a pag. 500. Hoefsch. notae vltimum criticae. *Harl.*

^{oo}) Ut *Erasm.* et *Brixius*, quos vero errasse, docet *Billius* sacr. obseruat. H. c. 3. *Harl.*

— *Montfaucon* contulit libros cum codd. quatuor quondam regius, cum quinque Colbertinis, unoque Coislin. Sed secundum catal. codd. bibl. Paris. publ. vol. II. sunt illi in XXIII. codd. MSS. v. indic. voc. *Ioann. Chrysost.* — Idem exstant *Florentiae* in bibl. Laur. cod. XIV. plutei 7. ex quo indicem capitum libri I. diuersum ab eo, qui legitur in ed. Montf. exscripsit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 251. — tum in cod. XXXV. nr. 1. plut. 9 — in cod. IX. nr. 25. plut. II. vbi inscribitur *Ἰωάννης — Χρυσόστομος πρὸς τὰς ἐγκαλῆτας Φεργεν τὴν ἱερωσύνην*, apologetici sermones VI. v. *Bandin.* I. p. 458. et 505. — *Patauii*, cum Lilio Tifernate in sermones Io. Chrysost. v. *Tomafini* bibl. Patauin. p. 30. VI. — *Veneris* in bibl. Marc. cod. CVII. v. cat. codd. illius bibl. p. 64. vbi citantur *de sacerdotio homiliae* VI. — in cod. CVII. *de sacerdotio sex.* — *Vindobonae* in cod. caesar. CXI. nr. 5. — cod. CXLVIII. nr. 3. secundum Nesselii catal. part. h. pag. 193. et pag. 226. — *Taurini* in bibl. regia, codd. CXIV. et CLIV. v. catal. codd. graec. p. 237. et 243. Spuria homilia *de sacerdotio*, quae incip. *ὁ θεὸς παραίδεζεν* est in cod. CL. et CCXCVI. v. cat. pag. 242. ac 390. vt omittam eorum memoriam codd. qui a *Montfaucon.* in B. bibl. MSS. aliisque citantur.

Editionum, quarum quidem notitiam acquirere mihi licuit, catalogum statim adtexam. *Chrysost. dialogi de dignitate sacerdotii.* f. l. et a. 4. (Augustae Vindel.) lat. x. *Zapp.* Augsb. Buchh. Gesch. II. p. 249. *Panzer* A. T. I. p. 134. nr. 204.

Incipit liber dialogorum Sancti Iohannis crisostomi, constantinop. episcopi, et sancti basilii caesariensis episcopi college beati gregorii nazāzeni. De dignitate sacerdotii. lat. char. goth. f. l. et a. aliaque signis typogr. 4. Est exempl. in bibl. publ. Erlang. Cel. *Panzer* A. T. I. p. 328. nr. 391. inter libros Coloniae typis Vlr. Zell excusos, laudatque *Bologar.* Creuen. cat. I. p. 101. et *Laire* ind. libror. etc. I. p. 36.

Cum Chrysost. homiliis in Psalmos etc. lat. f. l. et a. in min. fol. v. plura in *Panzeri* A. T. IV. p. III. nr. 328.

— De sacerdotio, libri VI. graece. Basil. 1525. 8. ap. Io. Froben. cum Erasmi ad Bilib. Pirkeimerum epistola, cuius maximam partem reddidit excerptam *Montaire* in A. T. II. p. 661. sq. in nota b. —

— latine, interprete Iac. Ceratino, Antwerp. ap. Mich. Hillen. 1526. 8. *Maitt.* l. c. pag. 673.

— latine, interpr. Germano Brixio Altissiodorensi, Canonico Paris. sub prelo Ascens. 1526. 8. *Maitt.* in ind. I. p. 258.

— de dignitate sacerdotali lib. IV. Germano Brixio interpr. graece et lat. Colon. ap. Io. Gymnicum. 1530. 8. v. *Lambacher* bibl. antiq. Vindob. ciuic. pag. 98. *Panzer* VI. pag. 412. nr. 584. — Sub titulo:

— *dialogi sex, quod multae quidam dignitatis, sed difficile sit episcopum agere*, graece Basil. ap. Io. Froben. 1525. 8. v. *Lambach.* l. c. — iidem a Nicol. Clenardo, gr. Louanij per Rutger. Rescium. 1529. 4. v. *Pinelli* cat. I. p. 68. — *Hoeschelii* ed. iam laudau.

— de

— de sacerdotio libri VI. gr. et lat. Accessere dissertt. quasdam prooemiales de dignitate sacerdotali. — Editionem adornavit praefationemque adiecit *Ioann. Hughes*. A. M. Cantabrig. typis academicis, 1710. 8. — Tum correctior auctiorque, cum codd. collata iterum prodit:

— de sacerdotio libri VI. graece et lat. Quibus diss. quasdam praemisit contra librum, falso inscriptum, ecclesiae christianae iura vindicata, notasque adiecit *Ioh. Hughes*. — Edit. altera, priore illa emendatior et auctior. Acc. S. Gr. *Nazianzeni* — de eodem argumenti conscripta oratio apologetica. Opera S. *Thirlby*, A. M. Cantabr. 1712. 8. v. *Brüggemanns View* etc. p. 424.

— de sacerdotio libri VI. gr. et lat. utriusque recogniti, et notis indicibusque aucti. — Acc. prodromus N. T. graeci recte cauteque adornandi, opera I. *Alb. Bengelii* Stuttgart. I. B. Metzler. C. Erhard. 1725. 8. Est praecleara ed. ex prima *Erasmi*. 1525. ducta, collata cum cod. Augustano, antiqua versione lat. v. Montfauc. addita noua interpr. lat.

Los seis libros de S. Iu. Chrysostomo sobre el sacerdocio etc. auctore *Felipo Scio de S. Miguel*, cum textu graeco notisque criticis. Matrit. 1773. mai. 4. — iterum, sed sine textu graeco, ibid. 1776. 8.

In linguam anglicam sex libri de sacerdotio, (six Books on the Priesthood,) translati sunt ab H. *Hollier*, Lond. 1740. 8. — et a *Io. Bunsen*, ibid. 1759. 8. v. *Brüggemanns View* etc. p. 427.

In linguam italicam a Scipione *Affito*, Placent. 1574. 4. v. *Paitoni* bibl. degli Auctori — volgarizz. tom. II. p. 112. *Harl.*

De providentia dei ad Stagirium monachum, quem πάντων φιλάτων vocat, libri III. latine incerto interprete, prodire Alofii in Flandria 1487. vna cum sermone de humanae originis dignitate, quae versio seruata in latinis et graecolatinis Chrysostomi editionibus. Gallice vertit *Godfridus Hermantius*. Incipit: ἔδει μὲν ἡμᾶς. *Fabr.* — In *Montfauc.* ed. tom. I. p. 154. sqq. inscr. λόγος παρανεητικός πρὸς Σταγείριον ἀσκητὴν δαιμονιῶντα, cum versione incerti hominis, innumeris in locis a Montf. emendata, et varr. lectt. e Saul. et vno cod. Colbertino. In admonitione praecua ostendit Montf. hos libros scriptos esse Antiochiae, sub finem a. 380. aut a. 381. — Versio lat. in ed. a *Fabr.* citata, Alofii 1487. 4. curauit *Ambrosius*, abbas generalis ordinis Camaldul. Plura v. apud *Maitt.* A. T. IV. p. 482. — qui quidem ibid. p. 537. ex cat. Roth. citat: *Chrysost. liber de providentia ad Stagirium monach.* graeco-lat. Dauent. 1491. 4. sed in not. dubitat, num Dauentriae tum temporis aliquid graece excusum fuerit, atque cel. *Panzer.* I. p. 359. eam esse fabulosam arbitrat. — Exstat *Florentiae* in bibl. Laur. cod. II. nr. 66-68. plut. 8. — in cod. XXII. nr. 9. sqq. plut. 9. — in cod. XXXV. nr. 8. plut. 9. *Harl.*

De virginitate Liber, primum graece editus est a Io. Linencio, canonico Gandensi, qui versionem etiam et breves notas adiunxit, Antwerp. 1575. 4. Incipit: Τὸ τῆς παρθενίας. *Fabr.* — In *Montf.* ed. I. p. 267. sqq. cum lat. Io. Liuinei interpret. multis tamen in

locis emendata. Is in monito praemisso argumentatur contra Tillemontium, librum illum eximium a Chrysof. fuisse emissum antequam episcopus esset. — Est in cod. Laurent XVII. nr. 4. plut. 8. v. *Bandin.* cat. codd. gr. I. p. 356. — in cod. bibl. publ. *Parif.* DCCLXIV. nr. 26. citatur *homilia de virginitate.* — *Vindob.* in cod. caesar. LXXXIX. et XLIII v. *Nessl.* cat. codd. caes. I. p. 127. et 170. *Harl.*

Adversus vitae monasticae vituperatores libri tres, latine versi sunt ab Ambrosio Camaldulensi. Incipit opus: ὅτε τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεών. *Fabr.* — In ed. Montf. I. p. 44. sqq. In monito praeuio contra Tillemont. pluribus demonstratum iuit Montf. Chrysostomum illos libros post secessum ad montes a. 375. vel seqq. euulgasse; interpretationem autem Ambrosii paraphrasticam reiecit, nouamque adposuit textui gr. — Exstant in codd. bibl. publ. *Parif.* DCCCI. et DCCCXIV. — *Florant.* in cod. Laur. XXII. nr. 4. plut. 9. v. *Bandin.* I. p. 426. — *Augustae Vindel.* v. *Reiseri* catal. MSS. p. 4. *Harl.*

Comparisonem regis et monachi Erasmus graece addidit homiliis duabus in epistolam ad Philippenfes, vtraque lingua vulgatis Basil. 1526. 8. quam editionem Sauilius contulit cum MS. Palatino. Vertit latine Polydorus Virgilius, et, cuius versionem Ducae seruire placuit, Germanus Brixius. Incipit: ἐρῶν ἐγὼ τὰς πολλὰς τῶν ἀνθρώπων. *Fabr.* — In Montf. ed. I. p. 116. sqq. cum *Germani Brixii* interpretatione, aliquot in locis emendata: isque opusculum quod contulit cum cod. Coistlin. 242. non modo Chrysostomi foetum ceaset, sed etiam inter elegantiores eius libros numerandum esse. Est in cod. CXIV. bibl. Marc. *Venet.* (cat. codd. gr. 68.) et alibi.

Compar. regis et monachi — interprete Io. *Oecolampadio.* Moguntiae, ex aed. Io. Schoefferi. 1522. 4. (*Maitt.* A. T. II. pag. 625.) — *Augustae Viad.* in aedib. Simperti Ruf. 1523. 4. (*Panzer* VI. pag. 162. nr. 210.) — Basil. ap. Andr. Gratandr. 1523. 4. (*Panzer.* ib. p. 240. nr. 502.) — *Comparatio regii potentatus, diuitiarum ac praestantiae ad monachum etc.* gr. et lat. *Polydoro Vergilio Vrbinate* interprete: rursus ab interprete recognitum opus illustriusque factum (cum Vergilii ad Erasmus epistola, data Londini III. Non. Aug. 1528.) Basil. 1533. 8. sine nomine typographi, quem tamen Frobenium fuisse coniectat *Maittaire* II. p. 779. *Harl.*

Liber de educandis liberis a Francisco Combefis. graece et latine editus *Parif.* 1656. 8. vna cum Seueriani Gabalorum episcopi de cruce, Basilii Seleuciensis de S. Stephano eiusque reliquiis, Zachariae episcopi Hierosol. epistola ad suae plebis reliquias e Perside, et incerti de eadem captiuitate, vrbisque excidio. *Fabr.* Exstat *Venetis* in bibl. Marc. cod. CXIX. qui continet Eclogas, s. selecta ex opp. Io. Chrysof. homil. XXXII. quarum titulos v. in cat. codd. gr. Marc. pag. 69. — *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCLXXV. nr. 12. et CMXII. nr. 30. ex quo, olim Mazarin., Combefisius edidisse videtur librum, quem ille vocat *antenum.* *Harl.*

Liturgiae Chrysostomi tributae codices et editiones ^{pp}) mirum in [?] modum inter se differunt. Itaque *Iacobus Goarus* in *Euchologio graecorum* pag. 58-86. graece cum versione sua exhibuit exemplum illius hoc, quo frequentius inter celebrandum hodie vtuntur Graeci, et quod cum Romana editione *Demetrii Ducae* Romae ac Venetiis aliquoties recusa maximam partem conspirat. In notis copiose confert, quae in aliis codicibus siue impressis siue MSS. aut adiecta aut aliter expolita leguntur. Incipit: *Μέλλων δὲ ὁ ἱερεὺς*. Tradunt graeci, Basilium ex Liturgia, quam tribuunt Iacobo Apostolo, et Chrysostomum e Liturgia Basilii, ne prolixitate molesta esset, quaedam subtraxisse, breuioremque eam fecisse, vt notauit *Allatius* de libris ecclesiasticis graecorum, p. 17. seq. Codicem graecum *Wagenseilianum* Liturgiae Chrysostomi, breuiorem editis, et ante aliquot saecula in oriente manu exaratum laudat *W. E. Tenaxius* in dialogis mensuris, germanice editis a. 1698. pag. 441. Latina versio *Leonis Tusci*, qui circa a. C. 1180. contra errores graecorum scripsit, in lucem prolata est a Beato Rhenano, et saepius deinde recusa. *Fabr. Montf.* reddidit tom. XII. pag. 778. sqq. eam, cuius mira est in codd. inconstantia, ex Goaro, et Sauilio, et inc. *Μέλλων ὁ ἱερεὺς τὴν θείαν πνευματικὴν*. eamque, adnotat, toto coelo differre ab ea, quae habetur in edito *Morelliano*, tom. IV. pag. 522. cum hac inscriptione: *St. Ioannis Chrys. sancta Missa, a Desiderio Erasmo Roterodamo in gratiam episcopi Rossensis versa*. Copiosius autem agit de illa, in qua multa habentur, quae infimi aevi notam praeseferunt, nihil vno paene refert eorum, quae variis in locis, a *Montfauc.* collectis, Chrysostomus de sui temporis liturgia commemorat, in tom. XIII. in synopsi eorum, quae in opp. Chrysostomi observantur, diatr. II. pag. 183. sq. — Exstat in nouem codd. bibl. publ. *Paris.* — *Voss.* in cod. *Marciano* DLII. *Liturgias S. Io. Chrysost.* et *S. Basilii*, ac liturgia *S. Gregorii, papae*, graece versa vid. *Reiser.* cat. MSS. p. 38. — *Monachii* in bibl. elect. cod. CXXI. v. cat. codd. gr. p. 52.

Liturgiae S. Chrysostomi, Basilii M. et praesantificatorum, et Germani, archiep. CPolitani ecclesiastica et mystica theoria: graece: industria *Demetrii Ducae* Romae. 1526. 4. 7. *Maitt.* A. T. II. p. 672.

Diuina Missa S. Chrysostomi: gr. et lat. Venetiis per Io. Anton. et fratres de Sabio. 1528. 4. v. *Maitt.* ind. A. T. I. p. 261. et *Panzeri* A. T. VIII. p. 410. nr. 1468.

— *Missa graeco-lat.* Erasmo interprete. Paris. in off. *Christ. Wecheli.* 1537. 8. *Maitt.* III. 266.

Missa — latine; a *Leone Tusco* — iam olim conuersa; eadem recentius ab *Erasmo* in gratiam episcopi Rossensis supra complures annos tralata; hic autem adiecta, quod diuer-

B b b b s

sum

^{pp}) Praeter editiones separatim factas liturgia Chrysostomi excusa prodiit graece et separato volumine latine inter alias liturgias *Paris.* 1560. fol. typis regijs apud *Guil. Morellum*. Deinde cum *Sentiani Hermeti* interpretatione in tomo secundo auctarii *Ducaeani* bibliothecae patrum, *Paris.* 1624. fol. *Leonis Tusci* versio exstat in Li-

turgiis *Claudii de Sainctes* Antwerp. 1562. 8. p. 49. cum *Leonis* praefatione ad *Rainaldum de monte Catano*. Quae in editionibus Chrysostomi *Sauiliana* VI. pag. 983. et in *Ducaeani* IV. p. 522. cum versione *Erasmi* tributa exstat, nonnulla omittit, statimque incipit a verbis *Κύριε ἰησοῦ*.

sum uterque exemplar sit sequutus. Colmar. exc. per Barthol. Gryeninger. 1540. 4. Praemittitur *Beati Rhenani* epistola Seleſtadii IX. Cal. Febr. a. 1540. data, qui scribit, se illam Tusci versionem in illius coenobii bibl. inuenisse. v. *Maitt.* III. p. 311.

— *diuinæ Miſſæ* exemplaria duo, gr. lat. Venetiis. 1644. 8. Liber, ait cel. *Morrell* in cat. Pinell. I. pag. 69. inuentu difficilis duplicem textum habet Liturgiæ Chryſoſtomi: priori accedit latina interpretatio Demetrii Ducae Cretensis, posteriori Deliderii Erasmi, utraque ex vet. edd. repræſentata. Add. infra, vol. XIII. pag. 814 ſqq. ac p. 820. ſqq. it. pag. 833. atque 835. et *I. A. Affemani* codex liturgicus ecclesiæ vniuerſalæ. Romæ 1755. 4. V. voll. *Harl.*

Apud Arabes sub Io. Chryſoſt. nomine lingua illorum circumferri *Chronicon*, narrat *Humfredus Hody* prolegomenis ad Iohannem Malalam.

Solet etiam Chryſoſtomus a quibusdam venditari auctor *verſionis Armenicæ Bibliorum*, sed quam non minus, quam ſlauiſicam Hieronymo tributam chimæris adcenſere licebit.

Homiliæ variæ Chryſoſtomi, [et harum aliorumque opuſc. peculiareſ edd. item de codd.]

[Chryſoſtomi ſumma auctoritate ſtorentia Opera, præſertim commentarios et homilias, ſæpiſſime exercuiſſe manus librariorum, haud mirum videbitur. Quare tanta ſuperæſt codicum multitudo, vt copia pæne nos premat. Sed, quia omnium libror. et ſingularum præcipue homiliarum, in codd. obuiarum enumeratio moleſta foret, atque Sauil. et vero Montſauc. iam quam multos codd. Paris. Romanos, alioſque Italicos, Anglic. alioſque contulerunt atque vbiuſ laudarunt; mihi quidem, de illis, ſed omiſſis iis, quorum iam iniecti mentionem, breuiter agere licebit. v. Montf. in præf. ad vol. XIII. init. qui teſtatur, ſe commentariorum in Mattheum plus quam centenos noſſe codd. — In bibl. publ. Paris. quantus ſit numerus codd. in quibus vel plura, vel pauciora opera Chryſ. continentur, vel ex eo intelligi poteſt, quod enumeratio ſingulorum libr. complet ſex pæne columnas pag. XX — XXX. indicis ad vol. II. catal. codd. Paris. — Codices *Coislin.* qui etiam multi ſunt, ipſe Montſauc. inſpexit, partim contulit et recensuit in bibl. Coislin. — In indice ad catal. gr. codd. bibl. *Laurent.* a Bandinio conſectum vel tituli operum aut excerptorum admodum breues, aut catenarum aliorumque libror., in quibus loca Chryſoſt. occurrunt, commemoratio a col. 524 — 527. legitur. — *Venetiis* in bibl. Marc. quot exſtent codd. variorum Chryſoſt. operum, cognoſces ex cat. codd. gr. p. 60 — 70. 167. 259. 295. — 298. 300. 301. et 307. atque in catenis, pag. 17. 19 — 24. 289. et 290. Zauert. vero pag. 66. notat ineditam nec a Montſauc. repertam indicatamque homil. quod vtilis ſint tentationes moderatæ ad omnia, et quod maximo lucro ſit in tribulationibus gratiarum actio et de iudicio dei et dilectione, cuius init. *Ὡςπερ* (an *ὅπως*?) *πρώην εἶπον πρὸς τὴν ἐμετέραν ἀγάπην, τὴν καὶ πάλιν ἐγὼ* etc. eſſe in cod. Marc. CIX. — Idem p. 296. ſq. obſeruat, in ed. Montſauc. deliderari homilias, quæ exſtant in cod. DLXV. de poenitentia, inc. *μὴ ταῦτα διαβῶμεν.* — in *S. martyres encomium*, hom.

hom. spuriam: inc. *μαρτύρων μὲν ἡμᾶς πανήγυρις*. — quod non oporteat maledictis adficere alterum, caput morale: inc. *ἴδες πῶς ἀνεπαχθὲς τὸ δικαστήριον*. — quod magnum sit malum, non legere et ignorare diuinas scripturas: init. *Ἀσόμεν τοῖνυν, ὅσοι τῆς τῶν γραφῶν*. — de poenitentia et eis τὸ ἀνεμποδίζας σχολάζειν ἡμᾶς τοῖς ἀγίοις συνάξεις, inc. *Ἀγαπητοὶ ἐκ ἀρκεί*. — in centurionem: inc. *ταῖς εὐαγγελικαῖς διδασκαλίαις*. — in cod. DLXIX. (p. 299. catal.) reperitur homilia, quam non habet Montf. in *terrarum motum, in diuitem et in Lazarum*. Init. *ἴδετε θεῶν δύναμιν*. Homiliae autem in *lacum Genezareth*, quae inc. *ἔσον ὁ πόδες ὑμῶν* aliud esse initium ap. Montf. Coisl. p. 132. animaduertit Zanetti. Aetioris tamen inquisitionis erit, num illae sint genuinae. — Atque Zanettus postea ad margin. catal. p. 296. dicitur scripsisse, illas homilias, quas ibidem iudicasset ineditas, nihil aliud esse nisi excerpta ex diuersis Chrysostomi homiliis. Forſan idem de aliis, quae adhuc reperiuntur, valet. Post confectum catal. in bibl. illam cod. DCXXX. qui continet Chrysost. in *Genesis* homilias 30. priores, illatus est teste cl. *Villoison* anecd. gr. II. p. 247. qui ibidem superius Zanetti adtulit iudicium. — *Venet.* in Nan. codd. XLI. et LXXX. (qui 33. select. homilias Chrysost. in his ineditam, eis τὸ ἀνέβη ὁ Ἰησοῦς eis τὸ ἱερόν. Inc. *Ἦθελον μὲν αἰεὶ*, cuius initium et finem dedit (Mingarell.) in cat. codd. gr. Nap. pag. 161. sq.) et saepius. — Bibl. caesar. *Vindob.* abundare codd. Chrysost. uno quasi obtutu videbis in indice 1. ad *Nesseli* catal. codd. caes. pag. 70 — 75. In Lambecii com. sparsa est per plures tomos illorum recensio. — Alios codd. qui in eadem custodiuntur bibl. recensuit *Kollar*. in *Supplem.* ad Lambec. com. p. 175. homilias 44. in *Matthaeum*; — p. 184. hom. 26. priores in eundem. — p. 186. hom. 44. priores in *Ioann.* — p. 248. XVIII. hom. incertas et spurias, partim nondum editas. — p. 192. commentar. in epist. ad *Galat.* et *Ephesios*. — p. 193. homiliar. fragmenta; — p. 325. cap. canonicum alterum de poenitentia, (ad cap. legitur in iure graeco-romano *Leunclauii* libr. III. pag. 186.) — pag. 604. hom. in adiunxit Chrysostomo tributam et p. 740. excerpta ex sermonibus. In his codd. sunt duo, qui quondam ad biblioth. *Vindob. ciuicam*, postea autem iussu imperatr. *Mariae Theresiae* in bibl. caesaream translata, pertinuerunt, ideoque a *Lambach*. in bibl. antiq. ciuica *Vindob.* p. 95. sq. describuntur, praecipue is, qui continet homilias in *Matthaeum*; sed a *Kollar* p. 184. sqq. inprimis alter, qui continet interpret. in ep. ad *Ephesios*, pag. 192 sqq. diligentius curatusque recensetur. — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. multi codd. in his nonnulli a praestantia et antiquitate inprimis laudandi, custodiuntur; quos copiosius designat *Reiser*. in cat. MSS. illius bibl. pag. 1. usque ad p. 9. p. 21. 22. 24. 28. 39. 40. — Nec pauci Chrysost. codd. sunt *Monachi* in bibl. elector. v. cat. codd. gr. p. 2. 3. 6. 8. 10. et per multis aliis locis. — *Wratisslau.* in bibl. *Rehdiger*. haud paucos esse Chrysost. codd. testatur *Kranz*. in *Memor. bibl. Elisabethanae* pag. 83. — Quae Chrysost. opusc. sunt in codd. *Patavinis*, refert *Tomassinus* in *bibliothec. Patavinis* pluribus locis. v. indic. voc. *Ioann. Chryss.* — Nitens longum est, vel titulos, qui in ind. p. 498. et 499. duas complent columnas, breues singulorum Chrysost. opp. quae sunt in codd. bibl. regiae *Taurinensi* et quae per multa sunt, ex catal. codd. gr. *Taurin.* repetere. — Notandam codd. qui sunt in regia bibl. *Neapolit.* multorum Chrysost. dedit index, supra in vol. V. p. 793. — Inter codd. quondam *Vindob.* *Francosi* in codd. VIII. et IX. variis exstant Chrysost. opp. atque in vetusto curateque scripto cod. IX. saec. 10. sunt Chrysost. ad *Stagirium* de prouidentia libri III. (inscripti in illo cod. *πρὸς Σταγίρειον περὶ τῆς προνοίας* τῆς

τικὸς λόγος,) atque de compunctione cordis lib. I. et II. atque Io. Henr. Maius in bibl. Vffenbachii. MSst. col. 435 — 480. contulit illum cod. cum ed. Francos. variasque cod. lectiones excerptas dedit. — *Matriti* in bibl. reg. cod. CV. nr. 68. est sine auctoris nomine *exorcismus*, siue precatio ad vexatos ab immundis spiritibus; inc. ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος ὁ λυτρωσάμενος ἐκ τῆς ἀρχαίωσας, quae in *Geari* euchologio p. 733. Chrysostomo adscribitur: tum ibid. alius est *exorcismus* Io. Chrysostomo tributus, qui habetur quoque in *Geari* euchol. p. 734. sed in multis a isto diuersus. v. *Iriart.* cat. codd. Matrit. p. 422. — in cod. LXXVII. fol. 335. est Chrysost. sententia de vxore mala; inc. ὁ ἔχων γυναῖκα πόνησάν. v. *Iriart.* p. 287. — In cod. XVI. fol. 208. est homilia de iis, qui ad diuina mysteria cum intentione animi accedunt, in eos, qui ad Encaenia relictī sunt: inc. ἐκ ἀρκῆς τὸ ἀπλῶς καὶ ὡς ἐτύχευ ἀκῆν. Quam *Iriarte* pag. 63. nondum editam esse arbitratur; eius tamen mentionem deprehendit in Antonii Augustini biblioth. graeca MSSt. cod. XLIV. qui cod. in bibl. *Escorial.* postea transiisse videtur; inter eas quidem Chrysost. *Escorial.* bibl. occurrit homilias, quarum ingens numerus indicatur in *Pluier* itiner. per Hispan. p. 173 — 175. — *Mosquae* in bibl. synod. per multos homiliarum et commentar. codd. latere, cognoscimus ex *Schiadae* catal. codd. gr. Mosq. pag. 28. sqq. 35 sqq. 38. sq. 41. sq. 44. sq. 49. sq. Forſan in his sunt quaedam nondum edita. Quosdam bibl. *Mosquensis* synod. codd. in quibus Chrysost. opusc. exstant, recenset cl. *Matthaei* in notit. codd. MSSt. gr. bibl. Mosquens. p. 5 sqq. (in parte prima cod. V. nr. 13. ἐκ τῶν ἡθικῶν τῷ Χρυσόστομῳ. In parte altera eiusd. codicis inter varias variorum patrum orationes, quae praeleguntur in ecclesia domin. portitoris et pharilaei ad diem festum omnium Sctorum, plures Chrysost. homiliae. — p. 22. in cod. XIII. fragmenta. — p. 38. in cod. XXVI. tres homiliae. — pag. 53. in cod. XXXII. quaedam fragmenta. — Plures codd. Mosq. Homiliarum Chrysost. recensuit *Matthaei* in praef. ad singulos tomos N. T. a se editi. In *Montf.* bibl. biblioth. MSS. et catal. codd. Angliae etc. atque bibl. *Leidens.* quanta vis codd. opp. Chrysost. excitetur, intelligi potest ex indicibus, nec vacat diuinius amplae illorum repetitioni, aut commemorationi *catenarum* in libros diuinos altiarumque *collectionum*, in codd. obuiarum immorari.

In bibl. publ. *Erlang.* eximii V. membr. codd. latinae autem versionis, exstant in fol. Primus continet Chrysost. commentar. in epistol. Pauli ad Hebraeos, a Mutiano translatus in ling. lat. Sed quantum differat lectio huius cod. ab edit. Antwerp. 1614. docet *Hocker* in bibl. Heilsbron. (nunc *Erlang.*) p. 24. sq. — In altero sunt LXXXVIII. hom. super euangel. Ioannis, a *Burgundione* translatae: cum tabula illarum praemissa. Prologus vero accensetur homiliis. v. *Hocker* l. c. p. 22. — in tertio XXX. homiliae — in quarto homilia: inc. *Quoniam* *universus mundus conclusus in peccatis.* — denique in quinto *de reparatione lapsi.* v. *Hocker.* p. 20. 38. et 58. — De codd. opusc. Chrys. in linguam *syriacam* translatorum in bibl. *Vaticana* v. *Assmann.* vol. IV. bibl. oriental. init. post indicem capp. et in tomo I. p. 566. nr. XV. pag. 593. VIII. XII. p. 2600. etc. — Sed satis de codd. msst. Progredimur ad edd., in quibus nonnulla tantum Chrysost. formulis typographicis descripta sunt, antiquiores. In publ. bibl. *Erlang.* est edit. antiqua, sine a. l. et vlla alia nota typogr. Incipit:

Translatio librorum Sancti Iohannis Chrysostomi fr̃ mathēi ex greco in latinū edita a Gregorio Trapedozio fol. Convenit cum ed. quam *Braun* describit in Notitia. — de libris — in bibl.

bibl. S. Vdalr. et Afrac. I. pag. 4. et Argent. typis Io. Mentel. excusam esse statuit. Add. cl. Panzer. A. T. I. p. 66. In breui catalogo, (constante duobus foliis in 8.) librærum sæc. XV. et XVI. inuente impressorum, qui prostant venales in bibl. publ. vniuersitatis Argentor. occurrit eiusdem edit. exemplar, (cuius pretium manu adscriptum est 36. tt.) addita hac nota: „prodiit ex offic. Ioh. Mentelini ante a. 1468. Ligaturae alterius exempli apud nos hic annus est adscriptus, et litterae sunt eadem, quibus impressus est Augustinus de arte prædicandi, cuius editor sic in præfamine: *discreto viro Iohanni Mentelin incole Argentinenfi impressorie artis magistro modis omnibus persuasi, quatenus ipse assumere dignaretur onus et laborem multiplicandi hunc libellum,*“ add. *Fossi* cat. — bibl. Magliabech. tom. II. col. 13. qui col. 14. recenset rarissimam edit. sine typogr. notis:

Io. Chrysost. sermones XXV. epistola ad monachum Theodorum, libri II. de cordis compunctione — et dicta super euangelium loquente Iesu ad turbas: omnia latine sæc. XV. fol. min. charact. goth. cl. *Morell.* ad *Pinellii* cat. I. p. 69. sq. extremam quoque illius ed. raritatem testatur.

In cat. *Pin.* l. c. p. 70. exstat:

S. Io. Chrysost. de compunctione cordis libri II. et *S. Augustini* liber de contritione cordis. Absque vlla nota, sæc. XV. in 8. — add. *Panzer.* IV. p. 111. vbi alia ed. *de compunctione cordis.* in 4. aliaque opusc. *Chrysost.* f. l. et a. nota ex Seemilleri, Denifii aliorumque iudicio memorantur, scil. super Psalmum miserere et epp. Pauli. — Sermones XXV. epist. ad Theodorum; de compunctione cordis etc. — homil. in Psalmos quosdam etc. de compunctione; de sacerdotio libr. VI. homiliae in ep. Pauli ad Hebraeos, Muciano interprete. — Sermones XXV. noniter e graeco traducti. fol. — Ep. ad Cyriac. et XXV. sermones.

In memorato catal. librærum Argentorati venalium occurrunt, f. l. et a.

Chrysost. de superscriptione Psalm. L. — et comment. in ep. S. Pauli ad Hebraeos. fol. Praeterea sæc. XV. prelia exierunt:

— Homiliae LXX. in euangel. *S. Matthæi*, Georg. Trapez. interprete, lat. Morguntiae, per Io. Fust. 1468. fol. Maitt. A. T. IV. p. 281. Sed ego cum cel. *Panz.* A. T. II. pag. 119. apocrypham esse putem edit.: atque Panzer adnotat, forte illam esse, quam Denis. pag. 538. adferat sine anni nota. — Super *Matthæum*. Colon. per Io. Koelhoff de Lübeck. 1487. fol. v. *Panzer.* I. pag. 296. et quos ille citat, imprimis *Clement.* in bibl. cur. tom. VII. pag. 97 sq.

In *Fossi* cat. cit. tom. II. pag. 914. sq. *Chrysost.* epistola ad Cyriacum episc. ex loco exilii, pariter exulanti transmissa, *Leodrisio Cribello* interpr. cum prologo ad Aeneam Silvium Piccolomini. Norimbergae. 1481. exstant cum Aeneae Silvii epistolis nr. 305. et 306.

— (XI.) homiliae, ex antiqua lat. versione, in Pauli Diaconi homiliario doctorum, Rasch. 1498. — et Lugd. per Io. Clesin. 1516. fol. (v. cat. Koloff. I. p. 281. sq.) add. Fabr. infr. vol. XIII. p. 794.

Hom.

— *Homiliae in euangel. S. Iohannis*. lat. interp. *Franc. Aretino*. Romae (ap. Ge. Lauer.) 1470. fol. de qua prima edit. vid. *Preytag* adpar. litt. I. pag. 91. sqq. qui negat contra Fabr. nostrum, (v. supra de homiliis in Iohannem,) Burgundionis versionem ab Aretino fuisse recognitam; sed docet, duplices et diuersas exstare versiones antiquas, quarum prima a Burgundione confecta fuerit, altera ab Aretino, quem fuisse Francisc. Accoltum, Aretinum, cum Baelio arbitratur. Dissentit *Clement* in bibl. curieuse tom. VII. pag. 96. (vbi multus est de illa edit. variss.) et subscribit iudicio *P. Simon* in *Lettres choisies*, tom. I. Amstel. 1730. 12. p. 116. Fr. Aretin. non esse unicum versionis illius auctorem, sed usum esse multo antiquiore, at minus exacta interpretatione, docet, acceditque nostri Fabricii sententiae *Audiffred.* in cat. edd. rom. saec. XV. vbi p. 67. sqq. late recenset illam edit. erroresque Lairii in Specim. p. 161. sq. commissos carpit corrigique. Statuit, versionem Burgundionis longo post tempore ab Aretino ope gr. exemplaris emendatam et expolitam esse, deinceps ipsi Aretino adtributam. Add. *Pauzer*. I. p. 296. aliosque ab eo citatos. — *homil. super Iohannem*. [cum praef. Franc. Aretini. Colon. 1486. fol. ap. St. Laurent. v. *Seemiller* bibl. Ingolstadt. incunab. III. pag. 63. sq. aliosque ap. *Pauzer*. I. pag. 296. sq. qui ed. Colon. a. 1487. a *Maitt.* IV. p. 487. ex cat. Suffrid. Sixtin. adlatam, reiecit.

torque tandem haereseos Apollinaristarum, qui Damasceno et aliis Ἀπολλινάριος, siue Ἀπολλινάριανος. Pater et Filius ambo Libanii^{f)} et Epiphani^{g)}, ethnicorum sophistarum amici, ambo christianae religionis aduersus ethnicos egregii adsertores, et quum Iulianus, imp., ethnicorum poëtas, oratores, philosophos, in christianorum scholis legi prohibuisset^{h)}, Apollinaris, pater, sacris poematis hymnisqueⁱ⁾, filius dialogis, more Platonico compositis, aliisque scriptis conati sunt efficere, vt ethnicis scriptis sine magna iactura carere christiana iuuentus posset. Filius etiam inigne illud aduersus Porphyrium opus pro christiana veritate composuit. [V. supra, vol. V. pag. 747. et *Fabr.* in delectu et syll. scriptor. pro verit. relig. christ. p. 163. sq.] Hunc Antiochia se frequenter audisse, Hieronymus^{k)} testatur. Idem, antequam haeresin [P.] a. C. 376. proderet, amicus Basilii^{l)}, Georgii Nazianzeni^{m)}, Athanasii, Epiphaniⁿ⁾ et omnium cathol. episcoporum. Haeresis damnata in Concilio Rom. a. C. 378.^o Antioch. a. 379. et OPolitano a. 381. [item in Definition. fidei orthodoxae, edit. a *Montfaut.* in bibl. Coislin. p. 265. sq. *H.*] Apollinaris non diu post [ante a. 392.] in prouecta aetate defunctus, primis annis^{p)} Theodosii M.

Alii.

Dagalaiphi, nomen eius in primis celebrari tradidit Saxius, argumento *Prosperi Aquitanici* in *Chronico integro* apud *Canisium* Lect. antiqu. tom. I. pag. 293. vt alios historiae ecclesiast. et scriptorum vett. adeoque Apollinaristarum scriptores praetermittam. — *Iac. Basnagii* dist. de Apollinaris haeresi adiuncta est eius editio *Chrysostomi* epistolae ad *Caesarium*, in *synachum*, Traiecti ad Rh. 1687. 8. *Harl.*

f) Suid. in Ἀπολλινάριος.

g) *Socrates* II. 46. *Suid.* in Ἀπολ. Supra cap. [VII. pag. 255 sqq.] vbi etiam de huius Epiphani^{h)} Hymno in Bacchum, in cuius exordio etiam sophista profanos exesse iussisset; Apollinaris tamen vterque et qui cum eis fuere christiani exire auditorio noluerunt: quare illi duo, vtpote clerici, a Theodoto, episcopo, ecclesia ad tempus eieciti sunt, vt narrat *Sozomenus* VI. 25.

h) Vide scriptores laudatos supra, [vol. VI. p. 721. sq.]

i) *Socrates* III. 16. *Sozomenus* V. 18. et VI. 25. *Niceph.* X. 15. [Conf. I. G. *Walch.* Hist. eccl. N. T. p. 1502. sq.]

k) *Hieron.* cap. 104. de S. E. et epist. LXV. ad Pammach. *Fabr.* Conf. *Martianay* Vie de St.

Hieron. Paris. 1706. 4. libr. II. et *Baumgart.* Nachr. von merkwürdigen Büch. tom. VIII. pag. 49 sq. *Harl.*

l) Vide Basilii et Apollinaris epistolas apud *Cotelierum* tom. II. monument. ecclesiae graecae. pag. 84. seq. Et Basilii epist. LXXXII. T. I. Opp. pag. 992. [Montfaut bibl. Coislin. pag. 297. cod. CCXXXVII.]

m) Suidas in Ἀπολλινάριος.

n) *Epiphanius* XXXVII. 5.

o) Latine decreta synodi Romanae edidit e bibl. Barberina *Hofstenius* in collectione Romana 1662. 3. pag. 165. graece seruauit *Sozomenus* VI. 16. *Theodoritus* II. 2. *Nicephorus* XI. 31. De OPolitana vide *Boueregium* ad synodicum magnum p. 225. *Fabr.* Contra etiam scripsit Athan. de incarnat. et de salutari aduentu Christi, disp. cum Apollinare. Atque de Ephraimi animo erga eum frandeque vid. *Stolle* Nachr. von den Kirch. Vät. p. 358 sq. *Harl.*

p) Colligas hoc vel ex Hieronymo, qui catalogum suum anno XIV. Theodosii scripsit et Apollinarem sub Theodosio defunctum testatus, plures adhuc post illum scriptores commemorat.

Alii Apollinares.

Apollinaris, quem episcopum *Rauennas* fuisse et sub Vespasiano martyrium subisse. ferunt. Vide [*Pin. in act. Sctor. m. Iul. tom. V. Autw. 1727. H.*] *Baronium* ad martyrolog. Romanum 23. Iul. qui etiam de aliis tribus martyribus huius nominis consulendus.

Claudius Apollinaris, Hieropolitanus episcopus circa a. C. 171. de cuius scriptis dixi hoc libro V. cap. 1. [vol. VII. p. 160. sqq. add. ind.]

Apollinaris, *medicus*, qui latine scripsit, et cum Plinio, Apuleio, Celso et Designatiano laudatur a Marcello Empirico in praef. *Fabr.* — Alius *Apollinaris*, Cremonensis, *medicus*, qui sub Eugenio IV. scripsit practicam et alia quaedam. *Fabr. infra in elencho medicorum*, vol. XIII. pag. 73. et pag. 305. de *Julio Rosiano Apollinare*, medico. — *Apollinaris*, *Cremonensis*, in librum de anima, in cod. *Parif. bibl. publ. Harl.*

Apollinaris, *mathematicus*, qui scripsit graece *περὶ ἐκλέψεων ἡλίου, κατὰ τὰ ἑπτὰ κλίματα*, laudatus Achilli Tatio in Aratum, et Paulo Alexandrino in praef. atque Porphyrio Isagoge in Ptolemaei tetrabiblum. [v. supra vol. IV. p. 151.]

Apollinaris, cuius *Epigramma* vnum alterumque exstat in Anthologia. [v. supra vol. IV. pag. 463.] Nisi illa a Laodicensi filio vel patre eius scripta fuerunt, a quorum altero etiam non diuersum duxerim eum, ad quem Libanii epist. v. *Libanii ep.* [449. p. 226. ed. mai. Wolfii, in qua is scripsit ad Anatolium, *Apollinarium* in Italiam ab hominibus duci, qui multa iam ciuitates deuorauerunt, vt et ipsum absorbeant. Libanii epistolae ipsae ad Apollinarium exstant ibid. ep. 234. — 307. — 541. — 552. — 617. 716. — (ubi Wolfius notat p. 343. Apollinarium et Gemellum fratres fuisse atque Anatolii filios. — 835. et 1556. *Harl.*]

Aurelius Apollinaris, iamborum latinorum scriptor, qui Car, imp., gesta in literas retulit, teste *Vopisco* in Numeriano sub init.

Abbas Apollinaris, qui prophetas graece descripsit ex Hexaplis et Tetraplis, ab ipso Origene, Eusebio ac Pamphilo emendatis, cuius libri apographum est vetustus codex graecus prophetarum Marchallianus, qui exstat Parisiis in bibl. Claromontana Societatis Iesu. Vide [*P.*] *Henr. Valesii* epistolam ad Vilerium, in calce notarum ad Historiam Eusebii p. 313. Idem forte *Apollinaris* intelligitur in scholio MSti bibl. regis Galliae ad Historiam adulterae, obelo notatam, Ioh. VIII. apud *Rich. Simonem* lib. I. Hist. criticae N. T. p. 146. τὰ ὠβελισμένα ἐν τισιν ἀντιγραφοῖς ἐκ τῶν Ἀπολλινάριον. Ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κατὰ

Apollinaris, episcopus *Alexandrinus*, cuius apud Euagrium lib. IV. c. 38. mentio: idem, ni fallor, cuius libellus de fide *Chalcedonensi* memoratur in Chronico Orientali p. 121. *Fabr.* Ad *Apollinarium*, Alexandrinorum patriarcham, aliosque est libellus *Theodori*, episcopi Scythopoleos in cod. *Coisl.* XXXIV. fol. 24. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 86. qui ib. pag. 44. eum edidit. gr. ac lat. *Harl.*

[*Apol*

[*Apollinaris Agresta*, summus praefectus, f. vti dicitur, General. ord. S. Basilii, concinnauit *Αετρεγικὸν κατὰ τὴν τάξιν τῆ τυπικῆ τῆς πανσέπτε Μονῆς τῆς κρυπτοφύρου* etc. edit. Romae 1683. fol. v. *Baumgart.* Nachricht. von merkwürdig. Büchern. tom. III. pag. 359. sq.

Apollinaris Iosephi in librum de anima cum philosophia, vol. I. citatur inter codd. monasterii S. Trinitatis de Vindocino a *Montfauc.* in bibl. bibl. MSS. II. p. 1204. B. *Hart.*]

Sidonius Apollinaris, Aruernorum episcopus, a. C. 482. defunctus, de quo in *Bibliotheca latina*: sicut et de *Sulpicio Apollinare*, Carthaginienfi. De *Apollinari*, Sidonii Apollinaris filio, *Fillemontius* tom. XVI. p. 281.

Apollinaris, episcopus *Valentiae* in Gallia ad Rhodanum circa a. C. 494. de quo *Vincentius Barralis* in *Chronologia Sanctorum Lerinensium* p. 377. seq. *Labbe* tom. I. bibl. noua MSS. fol. 689. seq.

Apollinaris, *Monachus Lerinensis*, de quo idem *Barralis* tom. II. p. 194.

Omitto P. Coelium Apollinarem, qui cum Q. Sosio Prisco Romae consul fuit a. C. 169. [et sanctam *Apollinariam*, cuius vita etc. pro Ian. die 4. in cod. Barocc. CXLVIII. etc.]

II. *Apollinaris utriusque, Laodicensi et Patris eius Scripta deperdita.*

Patri Socrates III. disertè tribuit 1) *Moyfis libros ceterosque Vet. Test. historicos usque ad Saulem descriptos versibus heroicis.* Τὰ τε Μωυσέως βιβλία διὰ τῆ Ἡρωικῆ λεγομένη μετρῆς μετέβαλε, καὶ ὅσα κατὰ τὴν παλαιὰν διαθήκην ἐν ἰσορίας τύπῳ συγγέγραπται. Hoc opus XXIV. libris imitatione Homeri secundum numerum graeci alphabeti digesserat, et *Ἑβραϊκὴν ἀρχαιολογίαν* inscripserat, teste Sozomeno V. 18. ex quo Io. Sarisberienfis VIII. 21. Policratici: *Scriptit Apollinaris, vir doctus et ingeniosus, heroicis versibus pro Homeri poemate hebraicam antiquitatem.*

2) Ceteros sacros libros, argumentaque sacra illustrata vario carminis et descriptionis genere. Socrates loco laudato: Καὶ τῆτο μὲν τῷ δακτυλικῷ μέτρῳ συνέταττε, τῆτο δὲ καὶ τῷ τῆς Τραγωδίας τύπῳ δραματικῶς ἐξεργάζετο. Καὶ παντὶ μέτρῳ εὐθμικῷ ἐχεῖντο, ὅπως ἂν μηδεὶς τρέπος τῆς ἑλληνικῆς γλωττῆς τοῖς χριστιανοῖς ἀνήκας ᾗ. Ac [P] paullo disertius Sozomenus V. 18. sed qui ad iuniorē Apollinarem omnia referre videtur: Ἐπερχοματεύσατο δὲ καὶ τοῖς Μενάνδρῳ δράμασιν αἰκασμένας κωμωδίας. Καὶ τὴν Εὐριπίδῃ τραγωδίαν, καὶ τὴν Πινδάρῳ λύραν ἐμιμήσατο. Καὶ ἀπλῶς εἰπὲν, ἐκ τῶν θείων γραφῶν τὰς ὑποθέσεις λαβὼν, τῶν ἐγκυκλίων καλεμένων μαθημάτων ἐν ὀλίγῳ ἐπενήσαν ἰσαριθμῆς καὶ ἰσοδυναμῆς πραγματείας, εἶδε τε καὶ φράσεις καὶ χαρακτηρισμοὺς καὶ οἰκονομίας ὅμοια τοῖς παρ' Ἑλλήσιν ἐν τέτοισι εὐδοκίμησασιν. Sarisberienfis loco laudato: *Et in alio opere imitatus est comoedias Menandri, fabulositate deducta. Euripidis quoque tragoedias et lyram Pindari sequutus est, et absolute dicendum, quia ex diuinis scripturis argumenta sumens, omnes ex cyclicas lectiones tempore paruo composuit, numerō, virtute, moribus, conscriptione, characterē,*

Eccc 2

et dispositione Graecorum valde pares. De iuniorē Apollinari loquens S. Nilus cum πολλὰ με-
τεῖναι καὶ ἐποποιῆσαι scripsit lib. II. epistola 49.

Iuniori Apollinari Laodicensi ab eodem Sozomeno tribuuntur 3) *Hymni*, siue ἑμμε-
τρὰ μελῦδρια, quae in coetibus suis loco νενομισμένων ἱερῶν ᾠδῶν decantare soliti Apollinari-
ae. Sozomen. VI. 26.

4) *Euangelia et Apostolorum scripta ad formam dialogorum exposita*. Socrates III.
16. de Apollinari, filio: ὁ δὲ νεώτερος Ἀπολλινάριος εὖ πρὸς το λέγειν παρεσκευασμένος τὰ
Εὐαγγέλια καὶ τὰ Ἀποστολικὰ δῶματα ἐν τυπῶ διαλεχῶν ἐξέθετο, καθὰ καὶ Πλάτων
(τὰ ἑαυτοῦ) παρ' Ἑλλήσιν. Eadem Nicephorus X. 26.

5) Λόγος πρὸς βασιλέα τὸν Ἰουλιανόν, ἥτοι τὸς παρ' Ἑλλήσι φιλοσόφους λόγος,
ὃν ὑπὲρ ἀληθείας ἐπέγραψεν, ἐν ᾧ καὶ διχα τῆς τῶν ἱερῶν λόγων μαρτυρίας ἰδεῖται αὐτὸς
ἀποβεκολληθέντας τὸ δέοντος περὶ Θεοῦ φρονῶν. Sozom. V. 18. Sarisberienſis loco laudato:
*Fecit et librum nobilem ad ipsum imperatorem, siue contra Philosophos, in quo tacitis sacrae
Scripturae testimoniis illos irrefragabili ratione desipere probavit, et se vera sentire de Deo.
Quae legens imperator (Iulianus) claris tunc scripsit episcopis: agnoui, legi, et reprehendi.
Ἐγγων, ἀνέγγων, κατέγγων. Cui episcopi rescripserunt: Etsi legisti, non agnouisti. Si
enim agnouisses, nequaquam reprehendisses, καὶ ἀνέγγως, ἔκ ἔγγως. Ἐάν γὰρ ἔγγως,
ὲ κατέγγως. Hanc responsionem Basilio M. non Apollinari plerosque tribuisse Sozomenus
narrat. Videtur autem inde Apollinaris permotus esse, ut post breuem istum libellum edi-
tum, iusto deinde opere libros, quorum maxima erat apud ethnicos auctoritas, Tyrii phi-
losophi, Porphyrii, aduersus Christianos confutaret. Aegre enim adsentior [P] viris doctis,
qui libros XXX. contra Porphyrium, cum hoc λόγῳ confundunt. Post Porphyrium a pluri-
bus Christianis confutatum, videtur Iulianus ipse deinde causae labentis ethnicismi voluisse
consulere nouo aduersus Christianos opere, de quo supra [vol. VI. pag. 738. sqq. add. Fabr.
de scriptor. pro verit. relig. christ. p. 100. sqq. et p. 167. Harl.]*

6) *Aduersus Porphyrium libri XXX*. Suidas in Ἀπολλινάριος. Vincentius Com-
monitorio pag. 392. vbi haeresin eius detestatur: *Sed forsitan eiusmodi ille vir erat, qui dignus
esset facile contemni. Imo vero tantus ac talis, cui nimium cito in plurimis crederetur. Nam
quid illo praestantius, acumine, exercitatione, doctrina? Quam multas ille haereses multis vo-
luminibus oppresserit, quot inimicos fidei confutauerit errores, indicio est opus illud triginta
non minus librorum nobilissimum ac maximum, quo insanas Porphyrii calumnias magna proba-
tionum mole confundit. Longum est, vniuersa ipsius opera commemorare, quibus profecto sum-
mis aedificatoribus ecclesias par esse potuisset, nisi profana illa haereticae curiositatis libidine no-
men, nescio quod, adinuenisset etc.* Philostorgius VIII. 14. ait, Apollinarem ἐπὶ πολὺ κρατῶν
multum praestare iis, quae aduersus Porphyrium scribere Eusebius ac Methodius. Laudat et
Hieron. c. 104. de S. E. *Exstant Apollinari aduersus Porphyrium triginta libri, qui inter
cetera eius opera vel maxime probantur.* Meminit idem 2. in Rufin. et epistola ad Magnum,
itemque ad Pamnachium, et in alia ad Pammachium atque Oceanum fortissimos libros
adpellat.

7) *Adversus Mnichaeos.* Meminit Epiphanius LXIV. 21.

8) *Adversus Eunomium Apologia, Philostorg.* VIII. 12. Sed plures haereses scriptis confutasse, iam Vincentii Lirinensis testimonio cognouimus. Vnde magnus *ἀγωνιστὴς ὑπὲρ τῆς ὁρθῆς πίστεως* vocatur ab Acacio, epist. ad Cyrillum, quae in Actis concilii Ephesini occurrit.

9) *Commentarii*, si non in omnes, in plerosque certe S. *Scripturae libros*. In omnibus fere Catenis Patrum ad sacros libros utriusque foederis fragmenta Apollinaris occurrunt, ut infra capite, quo Catenas recensere, adparebit⁹). Nonnulla ex illis refert etiam latine Combesius in bibliotheca concionatoria. In Psalmos atque in epistolam ad Galatas vel certe ad locum eius de Petri reprehensione scripsisse, docet Hieronymus epist. 74. ad Augustinum. Quales vero fuerint Apollinaris commentarii, docet idem Hieronymus praef. expositionis suae in Esaiam: *Apollinaris more suo sic exponit omnia, ut universa transcurrat, et*
 Eeee 3 punctis

9) Hinc nomen Apollinaris in catenis in libros utriusque testamenti mssis frequenter occurrit, e gr. in *Coislinian.* in Montfaucon. bibl. Coisl. pag. 57. 61. 66. (vbi de cod. XXIII. s. quatuor euangelii cum commentariis adfert ille locum, quem Apollinarius ex Papiæ, Ioannis discipulo laudavit, et quem Papiæ locum, notat, pleniorē efferrī in cod. XXV. fol. 9. et cod. XXVI. fol. 5. vbi alia de morte Iudae eiusque sepultura narratur, quae omnia, indice Montfauc. apud Oecumenium habentur;) — pag. 67. 75. 76. 245. 247. 248. 249. 263. 266. et 267. — *Venetis* in codd. Marc. secundum cat. codd. gr. pag. 17. 19. 20. 21. 22. 24. — *Florentiae* in bibl. Laurent. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 21. VI. — 52. I. — 91. XXIV. — 102. IV. — 161. IV. 291. XVI. et pag. 363. I. vbi est catena quidem in Acta apostolorum etc. ab Oecumenio collecta; sed Bandin. animadvertit, illum auctoritatibus et fragmentis patrum, Basilii, Eusebii, *Apollinaris* aliorumque usum hunc concinnasse commentarium: — in tom. II. p. 652. XII. — *Venetis* in bibl. S. Michael. excerpta Apollinaris in euangel. S. Matthaei in cat. graeca, cod. CXX. teste *Mit-tarello* in bibl. codd. MSS. illius bibl. p. 65. — In cod. LXXVI. *Barocc.* Quaestiones variae super Genesin ex Acacio, *Apollinari* multisque aliis, vid. cat. codd. Angliae I. pag. 9. et ibid. p. 121. nr. 2328. in caten. gr. in Psalm. LXVII — CII. — *Vindobonae* in cod. caesar. CCXXXI. in *Nicetae* catena in Iobum. (qui *Nicetae* com-

mentar. in aliis quoque bibl. servatur;) v. *Lambec.* comm. V. pag. 135. sqq. cum nota Kollarii. Pariter in tomo III. in catenis aut commentariis in V. et N. T. occurrunt fragmenta Apollinar. in codd. IV. — X — XIV. — XV. — XXIX — XL. — in quo est anonymi *epitome expositionis Apollinaris* episcopi et aliorum eccles. scriptorum in euangelia Matthaei, Lucae et Ioannis, v. *Kollar.* ad illum cod. in *Lambecii* comm. III. p. 161. — denique in cod. XLVII. qui continet anonymi commentar. in praecipua loca S. scripturae V. et N. T. ex *Apollinaris*, episcopi, aliorumque eccles. scriptorum operibus collectum, v. *Lambec.* et notam Kollar. III. p. 179. sqq. — In cod. CXLVI. nr. 2. et 33. sunt excerpta ex *Apollinaris expositionibus in V. T.* v. *Lambec.* cum notis Kollar. comm. IV. p. 256. et 264. — *August. Vindel.* cod. qui continet in canticum canticorum epitomen expositionum *Procopii*, sophistae christiani, e Gregorio Nysseno, *Apollinare* et aliis. v. *Reiseri* indic. codd. bibl. August. pag. 36. — Forsan ex Apollinar. comment. in acta ap. desumptum est tamquam fragmentum *de suspendio Iudae*, quod separatim legitur in cod. bibl. *Parisi.* publicae MDCXXX. nr. 10. et inter collectanea *Vossiana*, in catal. bibl. Leid. p. 400. nr. 17. add. cod. Coisl. paulo ante laudatum. — A *Montfaucon.* in bibl. biblioth. MSS. II. p. 1199. E. citatur e cod. Guil. Pelliserii, *Apollinari* in *Psalterium*; forsan est illius *metaphrasis* etc. *Harl.*

punctis quibusdam atque interuallis, immo compendiis, [P] grandis viae spatia praeteruolat, ut non tam commentarios, quam indices capitulorum nos legere credamus. Nimis multa scripsisse, atque inde in multiloquio peccatum non effugisse ait S. Basiliius epist. 74. Δεύτερος μετ' αὐτὸν (Εὐστάθιον τὸν Σεβαστηνόν) ἐστὶν Ἀπολλινάριος, ὃς μικρῶς καὶ αὐτὸς τὰς Ἐκκλησίας παραλυπῶν. Τῇ γὰρ τῷ γράφειν εὐκολία πρὸς πᾶσαν ὑπόθεσιν ἔχων ἀρεσκῶς αὐτῷ τὴν γλῶσσαν, ἐνέπλησε μὲν τῶν ἑαυτοῦ συνταγμάτων τὴν οἰκωμένην, παρεκκῶσας τῇ Ἐκκλησιαστικῇ λέγοντος, ὅτι φύλαξαι ποιῆσαι βιβλία πολλά. Ἐν δὲ τῷ πλήθει δηλονότι πολλά καὶ ἡμάρτηται. Πῶς γὰρ δυνατόν ἐκ πολυλογίας ἐκφυγεῖν ἀμαρτίαν;

10) *Versio graeca librorum Veteris Test.* contexta ex variis interpretationibus, praecipue Symmachi. Hieronymus aduersus Rufin. lib. II. *Praetermitto Apollinarium, qui bono quidem studio, sed non secundum scientiam de omnium translationibus in unum vestimentum pannos adsuere conatus est, et consequentiam Scripturae, non ex regula veritatis, sed ex suo iudicio texere.* Idem in ecclesiasticae XII. *Symmachi interpretationem Laodiceus secutus nec Iudaeis placere potest, nec Christianis, dum et ab Hebraeis procul est, et sequi septuaginta interpretes dedignatur.* Confer Rich. Simonis Historiam criticam Vet. Test. lib. II. cap. 10. *Humfredus Hody* in graecorum bibliorum historia p. 631. non absurde quidem negat, versionem nouam graecam librorum serorum V. T. unquam fuisse ab Apollinari compositam: ex Hieronymi tamen verbis videtur colligi posse, eum in commentariis sacris, loco κεμένε, siue textus, non semper verba posuisse ex LXX. interpretibus; sed modo hanc, modo illam, saepius Symmachi interpretationem praetulisse, atque adeo nouum veluti textus corpus ex pluribus compaginasse. *Fabr.* Conf. supra, vol. III. pag. 715. ibique Scharf. not. *Harl.*

11) Alia multa theologici argumenti scripsisse, atque in his librum *de resurrectione*, quo Iudaismum restituendum in illa statuit, testatur S. Basiliius epistola 74. ἐστὶ μὲν ἔν αὐτῷ καὶ τὰ τῆς Θεολογίας ἐκ ἐκ γραφικῶν ἀποδείξεων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρωπίνων ἀφορμῶν τὴν κατασκευὴν ἔχοντα. Ἐσιδὲ αὐτῷ καὶ τὰ περὶ Ἀναστάσεως, μυθικῶς συγκείμενα, μάλα δὲ Ἰουδαϊκῶς, ἐν οἷς φησιν πάλιν ἡμᾶς πρὸς τὴν νομικὴν ὑποπρέψεν λατρείαν, καὶ πάλιν ὑμᾶς περιτμηθήσεσθαι, καὶ σαββατίζειν, καὶ βρωμάτων ἀπέχεσθαι, καὶ θυσίας προσφέρειν Θεῷ, καὶ προσκυνήσεν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῷ ναβ', καὶ ὅλως ἀπὸ Χριστιανῶν Ἰουδαίους γενήσεσθαι.

12) Ἀπόδειξις περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τῆς καθ' ὁμοίωσιν ἀνθρώπου. Hoc est opus, cuius Basiliius etiam loco laudato meminit, et in quo haeresin *) suam, quae tantas in eccle-

*) Apollinaristarum haeresin adhuc superesse, dubitabat iam *Augustinus* in Psalm. XXIX. Idem lib. de bono perseuerantiae cap. 67. tres eorum partes varias diuersasque fuisse docet, vnam, qui animum humanum negarent Christum habere, alteram, qui mentem in anima rationalem ei eriperent, et tertiam denique, qui carnem ipsi

tribuerent, non de foemina sumtam, sed factam de verbo, in carnem conuerso atque mutato. Apollinaris discipuli tres celebriores *Timotheus, Vitalis, Polemius.* Vide *Sirmundum* tom. II. pag. 512. Vtrum de SS. Trinitate cum catholica ecclesia senserint Apollinaristae, consulendae *Benedictinorum* notae ad S. Ambrosium tom. II. pag.

ecclesia turbas dedit, proposuit. [Τ] Λόγος περὶ σαρκώσεως vocat *Theodoritus* Dialogo 2. et *Eulogius* apud Photium cod. CCXXX. p. 447. Aduersus hanc ἀπόδειξιν exstat *Gregorii Nysseni* antirrheticus, graece et latine editus a *Laurentio Zaccagnio* in collectaneis monumentorum veterum, Rom. 1698. 4. pag. 123-287⁵). Eiusdem antirrhетици epitome occurrit in *Euthymii Zigabeni* panoplia tit. 13.

13) Τὸ περὶ σαρκώσεως λογίδιον, *Theodoritus* dialogo 3. p. 322.

14) Ἐκ τῆ κατὰ κεφάλαιον βιβλίου siue ex compendiaro Apollinaris libro quaedam adfert *Theodoritus* dialogo 2. pag. 210. seq. vbi eum ait πρῶτον τῶν φύσεων τὴν κρείσιν εἰσῆζαι primum confusionem naturarum in Christo induxisse. Eodem spectat, quod veteres Eutychemam haeresim ex amarissimo Apollinaris fonte deriuant, vt verbis vtar *Vigilii Tapsensis* lib. I. contra Eutychem, pag. 522. Alia loca ἐκ τῆ αὐτῆ κατὰ κεφάλαιον βιβλίου *Theodoritus* dial. 1. p. 81. et dial. 3. p. 320.

15) Περί

pag. 706. *Fabr.* Huc retraham ea, quae *Fabric.* in vol. VIII. p. 332. de *Apollinari* supplementi loco scripserat. „Nunc addo, eiusdem *Apollinaris*, quemadmodum et *Polemonis* *), qui Apollinaris discipulus fuit, fragmenta quaedam existare in Aëis concilii Lateranensis, habiti Romae contra Monothelitas a. Chr. 649. tom. II. ed. *Binianae* parte II. pag. 468. Plura *Apollinaris* fragmenta etiam ex epistolis ad *Serapionem* et *Dionysium*, nec non e libro ad *Flavianum* et alio contra *Diodorum*; et fragmenta Apollinaristarum *Valentini* atque *Timothei*, episcopi Beryti, exstant apud *Leontium* libro contra fraudes Apollinaristarum, tom. IX. bibl. patrum, edit. Lugd. pag. 707. sqq. vbi etiam mentio *Agapini*, *Catharonii*, *Diodori*, *Homonii*, *Iobii*, *Paregorii*, *Vranii* ex eadem schola. De alio Apollinaris discipulo, *Vitali*, episcopo **, vide *Epiphanium* LXXVII. 20 — 23. qui vehementer dolet, Apollinarem, errore illo abreptum, virum praestantissimum et litteris adprime excultum, etiam ne adfentiretur Ario, exsilium libenter passum: vid. pag. 1018. Inter Apollinaris discipulos fuit etiam *Dionysius* quidam, eumque esse, qui Dionysii Areopagitae nomine scripta sua supponeret, haud incredibilis suspicio est *Stillingfleeti*, de qua dixi volumine [VII. cap. 1. pag. 8.] vbi etiam de *Timotheo*, itidem Apollinaris discipulo, cui Dio-

nysius ille sua dicauit. Ab hoc *Timotheo* scriptam historiam ecclesiasticam memorat *Leontius Byzant.* lib. III. contra Nestorium et Eutychem pag. 698. si quis in manus sumat ecclesiasticam historiam, quam *Timotheus*, Apollinaris discipulus, composuit, nullum alium finem tanti laboris propositum ipsi reperiet, quam commendationem Apollinaris, quam ex eo colligit, quod ab ipso et ad ipsum infinitae epistolae scriptae et rescriptae essent.“ Haec *Fabricius*. *Harl.* De erroribus Apollinaris post *Basnagium*, *Wernsdorfium*, *Schroederum*, aliosque, subtilius disputarunt C. G. F. *Walchius* Hist. haer. tom. III. p. 120. sq. et *Schroeckhius* Hist. eccl. XIII. p. 221. sq.

s) Conf. *Baumgarten*. Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. II. pag. 445. sq. Quum *Gregorius* conquereretur, verba Apollinaris esse interdum adeo obscura, vt sensum illorum haud potuerit coniectura adsequi: vir doctus in nota ad *Baumgart.* libr. monet, illas in consutatione obscuritates interdum casu esse auctas, saltem *Gregorium* locum: [pag. 149.] ὡς τῆ Κυρίε ἐ τῇ τῆ Θεῶ ἀνθρώπου φύσει ὁ αὐτὸν πνεύματος ὄντος melius intellecturum fuisse, si vocabulum *Κυρίε* non a κύριος dominus, sed a κύριον pars praecipua, dominans et cogitans, vti procul dubio intellexerit Apollinaris, deriuasset. *Harl.*

*) De hoc *Polemone* *Eulogius* apud Photium cod. CCXXX. p. 230. p. 447. sq. et *S. Maximus* tom. II. pag. 94. et 90. vbi eius ἀντιρρητικὸν aduersus SS. patres, et epistolam sextam ad *Timotheum*, Apollinaristam, laudat.

**) *Iac. Basnage* de haeresi Apollinaris, pag. 51. sq. et *H. Noris* de vno in S. Trinitate passo, pag. 45.

15) Παρὶ πίστεως λογίων. Theodorus dialogo 3. p. 328.

[Dicitur in Aristotelem scripsisse. v. supra vol. III. p. 216. 8. III. Harl.]

Non omittendum denique, Apollinaristas scripta quaedam Apollinaris vendidisse sub nominibus Gregorii Thaumaturgi, Athanasii et Iulii, episcopi Romani⁴⁾. Leontius Byz. libro aduersus Apollinaristarum fraudes tom. IX. bibl. patrum Lugd. p. 706. Quam vellent suam haeresin confirmare, quasdam orationes (λόγους) Apollinarii Gregorio Thaumaturgo, aut Athanasio, aut Iulio inscripserunt, ut simpliciores fallerent, quod quidem perfecerunt. Auctoritate enim huiusmodi personarum fide digna multos ecclesiae catholicae capere potuerunt. Et apud multos ex recte credentibus reperire poteris libram Apollinarii, cuius titulus ἡ κατὰ μέγας πίσις, inscriptum⁵⁾ Gregorio, et quasdam eius epistolas, inscriptas Iulio, et alias eius de incarnatione orationes vel expositiones Athanasio inscriptas. Cuiusmodi est, quae inscripta est: Expositio consentiens cum expositione CCCXVIII, neque solum has, sed alias huiusmodi. Quod de Iulio, pontifice Rom. ait, confirmat et illustrat idem Leontius libro de sectis pag. 536. testatus et epistolam ad Dionysium, Corinthi episc. quae incipit: Θευμάζω συνθανόμενος περὶ τῶν, et alias septem, sub Iulii nomine (Π) iactatas, non Iulii, sed Apollinaris esse. Illam ad Dionysium ex bibl. Ambrosiana epistolam graece et latine primus vulgavit Iac. Ant. M. Memorius in Anecdota graecis, Patav. 1709. 4. pag. 341-349. cum erudita diffinitioneque, qua Iulii non esse illam, post Leontium et Eulogium euincit. Vide et Sirmondii opera tom. II. pag. 448. seq. notis ad Facundum. Sed et Apollinaris ipsius libros ab Apollinaristis, in diversas factiones scissis, deprauatos et interpolatos esse, idem Leontius libro contra eorum fraudes p. 709. obseruauit, de quo Bartholomaeus German S. I. libro de veteribus haereticis et pseudoeuangelicorum codicum corruptoribus. Paris. 1719. 8. p. 375. seq.

III. Tam multis Apollinaris scriptis deperditis, sola ex tam grandi naufragio nobis relicta est tabula, Psalmorum scilicet Davidicorum Metaphrasis, Heremicis versibus contexta: quae, iudice Iacobo Duportio⁶⁾, vtut fortasse haud vsquequaque adeo elegans nec concinna sit, nollem tamen eam tam seuerè et acriter virgula censoria castigasset H. Stephanus, et post eum Petavius: quandoquidem, vt reliquas eius laudes et virtutes omittam, quae sine

2) In appendice ad Constantii epistolas pontificum, adulterina scripta complectente, sunt
1) Iulii, papae, nomine ab Apollinariq ad Dionysium Alex. scripta epistola, gr. et lat. inc. Θευμάζω συνθανόμενος, pag. 62. Eiusdem epistolae vetus interpretatio ex veteris synodici capite 224. inc. Miror audiens quosdam pag. 69. Ibid. sequitur epistola eiusdem Iulii nomine, a Timotheo, discipulo Apollinarii, vel ab Apollinario ipso scripta ad Prosdocium, gr. et lat. pag. 73. Inc. τὸ φρόνημα ἡμῶν κατὰ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν. Fragmentum ex triplice veteri versione, p. 79. —
3) fragmenta tria, fortasse, (vti Fabric. infra, in

vol. XI. p. 765. vbi P. Constant epp. romanorum pontificum recenset, suspicatur,) ex aliquibus septem illarum epistolarum, quas, Iulio, papae, ab Apollinari ad seclis adscriptas, Leontius memorat pag. 82. Primum gr. et lat. quod apud Photium cod. CCXXIX. adfertur ex Iulii λόγῳ τῇ ἐν ἐμμεσίᾳ. Harl.

4) Vide, quae dixi cap. I. huius libri V. [supra, vol. VII. p. 255. sq.]

5) Iac. Duportus praef. ad suam Psalmorum Metaphrasin.

„nec paucae sunt, nec obscurae, quibus tamquam tot stellulis fulget, est certe praeterea vel ipsa antiquitate veneranda; saltem si titulus non mentitur auctorem, et veteris illius *Apollinaris* verus ac genuinus hic foetus est, quod nemo hactenus, (quem sciam,) in dubium unquam vocauit, nedum inficias iuit. Alioquin, ut ingenue fatear, et dicam, quod sentio, nisi communis adeo et passiuus recepta apud omnes haec opinio esset, et tam altas vbique egisset radices, ut eam conuellere, aut vel leuiter concutere velle, nimiam forte peruicaciam et ἀνθράδα argueret, et fastuosi ac praesidentis animi indicium haberetur, putarem ego, non extra omnem prorsus controuersiae aleam positam hanc rem esse, quia adhuc disquirendi locus relinquatur; et appareat aliqua saltem dubitandi ratio, annon spurius et ὑποβολιμαῖος hic partus, et alii cuipiam potius, quam ei, cuius nomen prae se fert, adscribendus sit. Et illud inprimis scrupulum mihi iniiceret, quod non tam tersus et teres, non tam politus et elegans¹⁰⁾, et, (ut verbo dicam,) non tam *Homericus* esse videatur huiusce Metaphrasae stilus, quam illius fuisse par et credibile est, qui omnium consensu graecarum literarum, graecae inprimis poëseos peritissimus, *Homeri* praesertim studiosus adeo atque aemulus fuit, ut poemata sacra haud pauca ad illius imitationem scripserit, vti ex *Sozomeno* refert *Lilius Gyraldus*, de *Poëtarum Historia*, *Dialogo* quinto. Porro autem multa eum scripsisse testatur idem ille graecus Historicus, idque adeo ἡδὲ τα, καὶ θεάσεις, καὶ χαρακτήρι, καὶ οἰκονομίαι ὅμοιαι τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἐν τέτοις εὐδοκίμησιν, ut nisi nimium fortasse φιλέεργαοι homines essent, *Apollinarem* certe cum praeclarissimis quibusque in suo genere Scriptoribus antiquis non immerito comparandum censerent. An vero tam inligni elogio dignus sit huiusce Metaphraseos auctor, penes eruditos iudicium esto. Quid? quod cum e veteribus non pauci *Apollinaris* operum meminerint, *Hieronymus*, *Secrates*, *Sozomenus*, *Philostorgius*, *Suidas*, alii, eorum tamen nemo¹¹⁾ illius Me-

10) Non doest sane sua elegantia Metaphrasa *Apollinaris*, ut praeter *Casaubonum*, cuius iudicium infra adscripsi, *Duportus* ipse alibi agnoscit. Si vero non periinde vbique elaborata esse videatur, cogitandum, vniuersos totius vet. test. libros expressos ab eodem scriptore, et tot alia insuper opera deproperata, quo nomine *Apollinarem* iam olim reprehendit *S. Basilus*, supra ad nr. 9.

11) Imo memrant manifeste, dum totum vetus et nouum test. sine Metaphrasi ab *Apollinari* expressum, siue alio scriptionis genere illustratum, testantur. Itaque a codicum MSS. testimonio, qui Psalmos ad *Apollinarem* referunt, nequaquam recedendum, *Fabr.* Codicum MSS. notitiam subungere placet. Est igitur illa Metaphrasa una cum *Iohannis Geometrae* metaphrasi canonicum S. Scripturae, versibus iambicis, in cod. *Babar.* Cl. (cat. codd. gr. p. 33.) — *Florantiae*

in bibl. Laurent. cod. XXXVII. plut. V. qui continet *Apollinari* Psalmorum Davidis, et *Iohannis Geometrae* odarum s. canticorum ecclesiae metaphrasin: quem cod. copiose recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 62. sqq. Primum *Apollinari* metaphrasi, epistola quaedam nuncupatoria praemittitur, qua *Marciano*, (quem *Bandin.* fuisse imperatorem, a *Pulcheria*, Theodosii iunioris imper. sorore, post eius mortem in imperii thoricque societatem a. Chr. 450. receptum, pluribus euincere studet,) consilium suum ac diligentiam in conuertendis Psalmis adhibitam, anonymus auctor exponit. Illam epistolam *Bandin.*, quia neque in ed. *Apollinari* Parisiensi, 1580. 8. neque in adpendice ad bibl. graecam vert. patrurum, Paris. 1624. fol. 20m. VIII. pag. 165. reperit, totam e codice descriptam publicauit cum paucis notis, margini adpositis. pag. 4. occurrit primi Psalmi paraphrasis, ut opinatur *Bandinius*, *Apollinari*, cuius nomen rubris litteris adscriptum

Ffff

ptum

Vol. VIII.

„taphraseos mentionem facit. Imo et *Gyraldus* loco iam laudato, quamquam multa cum „metrice scripſiſſe adfirmat: *sic tamen*, inquit, *quod ſciam, verſus huiusmodi ſuper-* „*ſunt*. Haec ſerme ſunt, quae forte virum me-conſtantiore ſuſpectu, et aliquantulum „ſubdubitare facerent, annon *ſeudonymus* hoc opus ſit. Verum ego non iſ ſum, qui „velim contra torrentem niſi, aut refragante toto ſere Criticorum ſenatu iſtam *Pſalmorum* „*Metaphraſin* huic auctori abiudicare. Sit igitur hujuſce foetus parens, per me licet, iſ „cui vulgo tribuitur, verus ſcilicet et vetus ille, de quo haecenus egimus, *Apollinaris*. „*Fabr.* Atque, Boeclero iudice, certauit cum Apollinario *Dionyſius Petavius* in ſua para- „phraſi, (Pariſ. gr. ac lat. 1637. 12) et eum vicit. *Harl.*

IV. Pri

ptum eſt ad marginem. Bandin. primos duodecim verſus exſcripſit; ſed illos, reperio, a Turnebia- na ed. toto paene diſſerre coelo. Tum ſequitur in cod. alia eiſdem Pſalmi paraphraſis, praefixa inſcriptione *Απολλινάρη μετάφρασις κατὰ Σηλὸν Ἀπο- λλινάρη*. Ille *Ammianus*, de quo ſilent alii, videtur Apollinari exemplo Pſalmos graecis red- didiſſe verſibus. III. p. 3. iterum Pſalmus primus ex Apollinari quidem, ſed diuerſa tamen verſione, cum ceteris omnibus pſalmis. Tres primi verſus, quos adfert Bandin. mire etiam diſcrepant ab iis, qui leguntur in ed. Turneb. Reliqua tamen, excepto ultimo verſu, cum edit. Pariſ. concordare, ait Bandin. Primo illi Pſalmo ſubiecta eſt nota; hinc incipere metaphraſin Apollinari, et *Ioannis Geometrae*, in ſiſque ſcripſiſſe etiam *Eudociam*, *Auguſtinum*, etiam *Dorotheum*. Hieroſoly- mitanum. Sed in ipſo volumine in nouem tan- tum odas ſacras, non in Pſalmos *Ioannis Geometrae* paraphraſin carmine iambico contineri; (vti in cod. Bazar.) *Eudocia* autem et *Dorothei*, Hieroſolymitani, metricas Pſalmorum verſiones, forſan hoc vnicuique loco commemoratas, neque hoc ipſo in hoc codice adparere, obſeruat, neque viquam omnino alibi amplius eſſe, opi- natur Bandin. — Illa autem inſignis lectionis varietas, num, quia Apollinar. ipſe bis tertie re- cognouerit mutariſque textum metaphraſeos, in- deque ex diuerſis exemplaribus noua quaedam recensio ab ipſo fuerit ſua codicis conſectura; an, quia librarii docti iſdoctique pro ſuo ingenio in- ditibus interpolariſve et imitatoriſve plura, ſit exata, adeoque nunc geminam ipſius Apollinaris metaphraſin adhuc habemus; diſſiſſe erit dictu. Hanc quoque cauſa forſan intelligi poteſt, cur a veteribus in. catal. ſcriptis Apoll. metaphraſeos memoria ſit praetermiſſa. In eodem codice,

Apollinario ex aduerſa pagina adſungitur ipſe graecum contextus ſolita oratione. Denique Ban- din. nouem canticorum eccleſiae explicat, ex ore *Io. Geometrae* enumerat et pag. 65 ſq. graece cumſcribit. Conf. quos Bandin. iam laudauit *Caſ. Oudin.* de ſcriptori. eccleſ. tom. II. p. 677. et *Leon. Allatium* in diſſ. de libris eccleſiaſt. pag. 62. — In cod. *Laurent.* XVII. plut. 59. eſt ap. 1. primus Davidis Pſalmus ab Apollinario ver- ſibus heroiis translatus, cum gloſſis interlineari- bus; ac nr. 2. alii ſunt verſus XVII. hexametri ex perſona, vt videntur, Davidis, regis, qui ſuam e paſcendo grege ad regendum Iſrael exaltati- nem decantat. v. *Bandin.* III. p. 529. — In cod. quondam *Vffenbachiano* X. eſt 1) *Apollinaris* meta- phraſis hymnorum Davidicorum. 2) metaphraſis nouem canticorum biblicorum, iambis expres- ſorum, ex ore *Ioannis Geometrae*, quae recen- ſuit, et primum ac poſtremum canticorum ex cod. graece cum verſione latina promiſit *Jo. H. Meius* in bibl. *Vffenbach.* mſta pag. 481. ſeq. — *Pariſis* in bibl. publ. exſtat Apoll. metaphraſis in cod. MMDCCXLII. praemittitur illis pro- theoria, coniectus vero eſt ad marginem *Cosmas Inſtilo-plaſtas* commentar. in Pſalmos hitori- cus et allegoricus, cum eiſdem interlineari- bus in Apollinari metaphraſin; — in cod. MMDCCCLXXXII. nr. 13. in adpend. (p. 624. cat. cod. *Pariſ.* vol. II.) deſinit autem in Pſalmo XXXVI. — in cod. MMDCCCLXVIII. — et in cod. MMDCCCXCII. cum *Io. Geometrae* cantico- rum ſcripturae metaphraſi, verſibus, vt conſe- ctor catal. II. p. 566. forſan male ſcripſit, heroi- cis. — In cod. reg. *Neapolit.* XCII. — *Musſus* in bibl. duc. teſte *Montauc.* in diariis ital. pag. 81. T et cod. indice in bibl. biblioth. MSS. I. p. 699. E. in bibl. *Sfortiana.* *Harl.*

IV. Primus *Metaphrasin Psalmorum CLI.* ex duobus bibl. regis christianissimi ceditibus graece typis regiis perquam nitide vulgavit, (non Rob. Stephanus, ut ab Hendrichio in pandectis Brandenburgeribus traditur) sed *Hadrianus Turnebus*, subiunctis ad calcem variis lectionibus Paris. 1552. 8. ^o) (non 1562, uti ex Simlero idem Pandectarum [P] scriptor.) Operae pretium esset, hanc editionem cōferri cum codice *Barocciano* XXV, licet *pergea* ac desinente in versu 12. Psalmi CXLVIII. in bibliotheca Bodleiana. In illius limine auctor, ut videtur, opus suum Mariano ²) cuidam dedicat. Post metaphrasin primi Psalmi sequitur *Ammiani* cuiuspiam metaphrasis eiusdem Psalmi ad exemplum Apollinarij. Etiam alia *avvriγγωφος*, ab utraque praecedenti multum diuersa: sicut sequentium quoque aliquot Psalmorum saepiuscule variat ab editis. Latina versio profana, nescio quo auctore, saepius in bibliothecis Patrum prodiit. Graece et latine cum indice locuplete vocum graecarum siue lexico Nicolai Gulonii, curante Ioanne Benenato, Paris. 1580. 8. ^{aa}) et 1613. 8. Atque cum versione, per *Frid. Sylburgium* castigata, sed sine vocum indice, Heidelbergae, apud Commelinum 1596. 8. Exstat et graece ac latine in Bibliotheca patrum Paris. 1644. (1654.) tomo XIV. — latine, Colon. Agr. 1618. fol. in bibl. patr. vol. IV. p. 458. — gr. ac lat. Paris. 1624. in bibl. patr. vol. VIII. pag. 160. fol. — ex ed. Benenati, in appendice bibl. patrum per *Marin. de la Bigne*, Paris. 1634. — In *Gallandii* Biblioth. graeco-lat. veterum patrum etc. vol. V. pag. 359. — *Apoll.* interpretatio psalmi L. versibus heroicis, in *Gilberti Cognati*, *Nozeroni* Opp. multifarii argumenti etc. Basil. 1562. fol. per Henr. Petri, tom. I. nr. 2. pag. 19. fqq. — De psalmo CLI., Dauidi tributo, v. *Fabric.* nostrum in codice pseudepigrapho V. T. pag. 905. fqq. edit. II. vbi quoque pag. 907. fq. reddidit *Metaphrasin Apollinar. Laodic.* (diuersam in initio ab ea, quam legimus in ed. Turneb. p. 198.) *Harl.* — Commelinianae editioni paucae quaedam Dau. Hoelchelii notae subiunctae sunt, ad quem scribens a. 1609, Haacus Casaubonus ^{bb}) ita de Apollinaris Psalterio sensit: *Iudico de eo non aliter, quam ut tibi quoque placere video. Opus esse plane haud indignum, quod inuentum. Quidam proponatur. Nam et graeca est oratio, et satis poetica, imo interdum noimwv rēv. Illud, credo, non negabis, cum veritate hebraica saepe illi parum convenire: saepe etiam graecae poëtos genium in eo desiderari: neque enim nescis, aliud esse versus facere, aliud poetam agere: quod cum in vertendo sit difficile, non desunt tamen e recentioribus, quos anteponam Apollinari, quo in numero sunt Florens Christianus, Zanutius, et qui omnia omnium seculorum ingenia obscuravit, Iosephus Scaliger o vñ μανδράτος μανδράτης. Idem Casaubonus alibi, Apollinarem a Nonno longe a tergo relinqui, scripsit. Veneti codicis MS. quem apud Arnoldum Arlenium viderit, meminit Gesnerus.*

Ffff 2

V. Me-

3) Inscriptio haec est *Ἀπολλινὰς Μετὰφρασις* — *Apollinarij* interpretatio Psalmorum versibus heroicis. Ex biblioth. regia. Paris. M. D. LII. apud Adr. Turnebum, typographum regium. 8. graece. Add. *Baumgarten* Nachr. von merkwl. Büchern. tom. XI. pag. 106. fq. *Harl.*

Ammianum lib. XXX. mentio. Sed *Ammianus* XXX. 4. Marianum ponit pro nomine cuiuscunque celebris oratoris. *Fabr.* [Sed cod. Flor. Laur. habet *Marcianum*, v. notit. codd.]

aa) *Conf. Baumgarten*. Nachricht. von merkwl. Büchern. tom. VII. p. 99. fqq. *Harl.*

2) Auctor catalogi MS. bibl. Bodleianae ait, hanc forte esse *Marianum*, oratorem, cuius apud

bb) *Epist. DCXLII.* edit. nouae, ab *Almelovee* nio curatae.

V. *Metaphraſes Pſalmorum poetiſarum graecarum.*

Præter Apollinarem, Metaphraſtas græcos Pſalmorum *) Davidis alios reperio.

[*Ammianus. v. in notit. codd. de cod. Laur.*]

[P] *Cosmas* cuius *in Oratione* iambica Psalmorum Davidis bis exstat MS. in bibl. Vindobonensi, teste *Lambecio*, quem vide lib. III. *Commentar. de bibliotheca Vindob.* p. 103. et lib. IV. pag. 216. seq. ^{ad}) Hic est celebris ille inter *melodorum* graecae ecclesiae, *Cosmas*, *Microsolymitanus* monachus, *Iohannis Damasceni* sub altero *Cosma*, seniore, monacho, *synonymo*, *Meimundenis* in Palaestina episcopus, de quo *Metologia* 14. Nov. *Suidas* in *Thesaur. Graecorum*. *Allatius* de libris ecclesiasticis Graecorum p. 73. seq. et de *Georgio* p. 418. 419. 420. *Combesius* ad *Vitam S. Theodori Grapii*, et *Cangius* in *Terapne*. Ex *vita Cosmae* huius, melodi, profert nonnihil *Allatius* pag. 740. de purgatorio.

[*Eudocia et Dorotheus*, v, in notitia cod. Laurent. et de priore *Neumann* l. c. p. 264.
sq. ed. in 8. §. XVIII. *Hartl.*]

Gracia

α). In D. Io. Georgii Nannemii diss. de Metaphrasis noui test. Witeberg. 1686. Praef. in eius primitiis dissertat. acad. Witeb. 1716. §. diss. VII. pag. 259. sqq. H.] Si *Petrus Edessanus* Psalmos Davidis, in *syriaco sacrum* redigisse traditur. Sed *Petrus Edessanus* in Syria ecclesiae presbyter, ab Gennadio 527. de laiciis excof. atque inde ab Honorio Augusto dupendi scribitur hymnos composuisse lingua syriaca exemplo Ephraemi Syri, non Psalmos Davidis metro graeco inclusisse. Ita episc. intelligenda Gennadii verba: *Petrus, Edessanus ecclesiae presbyter, de- clamator insignis, scriptis variarum aquilaram tractatus, et more sancti Ephraem, diaconi, Psalmos metro composuit.* Nunquam certe Ephraim Syrus Psalmos Davidis metro, nedum metro graeco complexus, sed ipse hymnos confidisse legitur. [Vide Vossium de poet. gr. c. IX. p. 80.]

dd.) In libro et vol. III. eod. LX. nr. 6. p. 271.
est *Scoparius* etc. quam vero *Kollarus* in not. A.
contendit, neque *Cosmae* *Hierosolymitani*, ne-
que carmine iambico scriptam esse. Conf. ex
eod. Paris. *Apollinaris*, paulo ante citato, adno-
tata: Atque Fabric. noster infra in vol. X. pag.
208. v. 2. s. l. (ubi de *Cosma*, *Hieropolite* s. *Hiero-*
solymitano, vberius agit.) *Lambecium* *reperchon-*

dit, notentem, genus carminis esse iambicum, quum sint versus *poliitici*, et, qui s, ait, idem est Cosmas, nullum antiquiorem nomen, qui illo, verum genare, ubi finit, *Intulero Lambecio* loquen, voluit, p. 476. ait is, i. eod. CXCVII. in *ella Cosmae Hierosol.* intercessionem metricam singulorum *Psalmorum* totius *psalterii* Davidici. Inc. *ἡσφασην ἀποστολῆς αἰς τὸ δῶν αἱ προφητείας τοῦ Δαυὶδ ποσμή ποιητῆ.* Sed Kollar. adnotat, fidem admodum animum opusculum hoc Cosmae *Alexandrinio* tribuit a Lambecio, et 1). non iambicis, sed *poliitici*, ut sunt, verberis scriptum esse, quorum usus non videatur posse ad saeculi octavi initium referri, 2) alterum exemplar, quod in superiore vol. eod. LX recensetur, inscriptione acque ac exordio carere; 3) Lambec. ultimum tituli verba post *ποσμή ποιητῆ* a librario addita, *ἡσφασην ἀποστολῆς*, obeliscis confixis, quae securius Cosmae Alexandrino, illi, qui S. Damasci condiscipulus et discipulus Cosmae, monachi, fuit, opusculum adfegeret, ea tamen ultima verba, quae etiam scribam oscitantiae arguant, iaculento esse argumeto, vel librarium ipsum vel quempiam alium de probitate epigraphae *ποσμή ποιητῆ*, (soloece, pro *τῶ ποιητῆ*,) addubitalle. Quae sequuntur de recentioribus metaphrasiss graecis, ea vix plurimum intacta reliqui. *Harl.*

Græcis versibus elegiacis Psalmos Davidici reddidit *Paulus Dolschius*, Basil. 1555. 8. Idem, cuius Siracidea, græcis elegiis expressus, prodit Lipsiae 1571. 8. *Fabr.* De *Dolschio*, eius vita, scriptis, adeoque de eius metaphras. poet. Psalmorum, Salomonis ecclesiasticis et sapientiae Iesu Siracidae plura et certiora prodidit *M. Ge. Litzel* in historia poetar. graecorum Germaniae, Francof. et Lipf. 1730. 8. p. 82-94. *Hart.*

Graeco carmine heroico *Aemilius Portus*, Basil. 1581. 8.

Idem heroico carmine *Dionysius Petavius*, S. I. Paris. 1637. 8.

Iacobi Duporti, Cantabrigiensis, Homerici imitatoris felicissimi, Metaphrasis libri Psalmorum, græcis versibus heroicis contexta, prodit Lond. 1674. 8. cum insigni praefatione, in qua inter alia iudicium fert de Apollinaris, et aliorum ante se vulgatis Metaphrasisbus. Ffff 3. Recusa

et *Iac. Duportus* in Stromatis poeticis, excussit Cantabrig. 1677. 8. et Lond. 1697. 8. pag. 182.

Nuper scurram ageret cum frater Homericomastix

Derisit Psalter et carmen Homere tuum.

Nempe Metaphrastes *Hoplinsus Homericus*

Annon Sternaldus, Petaviusque fuit?

Cum Buchananus sacros quoque verberet hymnos,

Anne paraphrastes hic quoque natus erat?

Quid mirum, si Momus Homericis carmina ridet,

Et sua riserunt foecula Macedonum?

Idem *Duportus* Metaphras. graeca heroicis perquam eleganter domavit stilum sibi Cantabrig. 1699. 8. et tres Salomonis libros ibid. 1646. 8.

Virique versu latine profusum ex adverso posita est. De aliis autem Psalmorum Metaphrasis hoc fert iudicium post illa, quae de Apollinari iam

exhibui, in laudata praefatione: Proximus haec, quantum ego navi, longo saepe proximis intervallo,

utpote qui patrum nostrorum memoria vixit, *Aemilius Portus* est, *Francisci filium Grentensis*

filius, cui patria et natione Graecus, tum et graecis literis non mediocriter instructus, et *Ferrario*

primum, dein *Aurelio Allobrogum*, graecae linguae professor: qui vi in *Dionysio Hakianensi*,

Platone aliisque, a latine versu, suam graecitatis peritiam ostendit, ita et *Homeri*

interpretatione qualicunque palam fecit, quam illius poeseos studiosus fuerit. Eius graecum *Psalmorum*

metaphrasin versibus, itidem heroicis concinnatam, primus mihi ostendit non ita

pridem, et perhumaniter communicavit Vir Clarissimus, et si quisquam alius de republ. literaria optime meritus, *Dionysius Petavius*, reginae scholae *Westmonasteriensis* per multos iam annos moderator celeberrimus. Sed, ut verum fatear, *Theophrastus* (quod aiunt) *carbones*. Nec mirum, quandoquidem in epistola, Metaphrasi suae praefata, testatur vir doctissimus, aegrotantem se aut vixitum a morbo canascentem, hoc opus composuisse: quod sane quis vel ipso faciente facile condiderit, adeo languido et inertis et staccido et claudis sile, ut sibi decurrat: at profecto poesis, praesertim facta, viudum ac vigens ingenium, aut non valentem et erectum postulat, cum contra diudici corporis morbi frangant animi vires, et staccidus nervos ingenii, et denique vigorem et acumen mentis retundant. Sed unde unde id fuerit, vixque hoc in scripto talem se gessit *Aemilius*, ut nullo auctore libri titulus praese ferret, non graecum professorem, sedum in *Homeri* tantopere versatum; sed alium quempiam infirmi sub scilii graeculum esse existimes, et discipulorum inter iubeas plorare cathedras. Et si hanc vidissent metaphrasin, quid de eius auctore dixissent duo illi canones: qui *Apollinarem* sic in ordinem cogunt, ut in multis eius versibus ne umbram quidem agnoscant concinnitatis et elegantiae poeticae? Tertius iam et ultimus, qui psalmodiam *Davidicam* graecis versibus expressit, is est, quem dixi, *Dionysius Petavius*, natione Gallus, ex societate Iesu theologus, qui non multis (opinor) abhinc annis diem obiit; vir sane doctissimus, et cum multifaria eruditione praeditus, tum graecae imprimis linguae scientia non leuiter imbutus.

[P] Recusa etiam Lond. 1674. 8. et typis luculentis, addita latina profaria versione, Lond. 1666. 4.

batus. N igitur, inter complura alia egregia tam in theologicis quam in philologicis doctrinae suae monumenta, etiam metricam Psalmorum paraphrasin post se reliquit, eruditam certe, et, meo quidem iudicio, elegantem. Fruatur enim ille, per meliorem laude sua; nemini ego detrahendum velim. Et quamquam ille, qui antiquissimam Metaphrastae rigidus adeo, ne dicam iniquus, censor fuerit, nec ipse fortasse ubique scopum attingit, nec poeticae phraseos et elegantiae leges exacte et ad amissim servauerit; ego tamen parvi non reputandum, nec nunciatum, si qui sunt, tetegero consolor. Hoc interim citra omnem livoris aut invidiae suspitionem mihi adfirmare liceat; verum meliorem, ne et ipse eadem culpae adhaesit, quam alteri impingit. Id nimirum in Apollinari reprehendit, quod, sola septuaginta scripturae interpretatione nixus, verum hebraeam non consuluerit, nec inspexerit, atque haec intellexerit quidem, quo factum, ut a scopo loci, et sensu S. Scripturae haud raro defluerit, aberraveritque. Vbi illud certe imprimis fatendum, graecam versionem tam maximam semper auctoritatem in veteri ecclesia obtinuisse: quin et graecos patres, et omnes omnesque sequentes, vixit lingua hebraea peritus ignaros. At vero Apollinarius, id quod theologorum graecorum non paucis defuit, hebraicae linguae admodum peritus fuit, inquit Cl. G. Vossius, de poetis graecis, cap. 9. Quicquid de peritia eius sit, at saltem intellexisse eum hanc linguam testatur Suidas, ex Philostorgio, historico Arriano, qui τὴν Ἑβραϊκὴν διαλέκτου ᾗτις, αὐτὸς ἔχρησεν. Quamquam ergo graecam versionem, vtpote tunc temporis maximis insignitam, et vulgo receptam, in plerisque sequutus sit; fieri tamen potest, imo haud profus inmeruisse mihi videntur, et etiam ad textum originalem nonnumquam oculos et mentem adverterit. Quid autem? an Petavius ipse in sua paraphrasi textui hebraeo tam mordicus adhaeret? tantumne eius auctoritati tribuit, ut ne latum viguem ab eo discedat? καὶ γὰρ οὕτως. Ait quidem, se in translatione sua tres illas palmarias bibliorum editiones, hebraeam, graecam, et latinam ob oculos habuisse: interim ta-

men palam et ingenuè fatetur, se, quando ambas retinere non potuit, hebraica relicta, ad graecam solam adhaesisse; quandoquidem ea cum vulgata, quae ecclesia catholica utitur, editione concordat. Quamobrem nec Apollinarius fontes hebraeos neglexisse magis censendus est, quam ipse Petavius, nec ille ignaeae LXX. virali verbi proprius preliisque insitisse, quam hic veteri vulgatae latinae, (quam et pro authentica habuit,) etiam ubi ab hebraeo textu discedit. Atque hi quidem Tresviri illi graeci sunt metrici Psalmorum interpretes, quorum unusque citatur integramque, Psaalterii paraphrasin, saltem, quod manus et oculus, meos pervenerunt. Iam vero praeter hos sunt tres alii, qui non integrum, (quod sciam,) Psaalterium; sed aliquot duntaxat Psalmos Davidis graecis versibus translatere; quorum edidit nomen, etque industriae debemus doctissimi, diligentissimique Henrici Stephani. Erant Paulus Doiscius, qui elegato, et Ioannes Serranus, qui partim heroico, partim heroico, et desique ille, quem dixi, H. Stephanus, qui partim heroico, partim sapphico, partim etiam anacreontico carmine in sua versione usus. Et de Doiscio quidem nihil amplius me reperisse memini, nisi quod Conradus Dinnertius in suo graecorum poetarum catalogo eius nomen reperit, etque etiam in sua graecorum epithetorum Paragone eius versus aliquot elegiacos, idque, (vix aliorum nomen et sermone immo videretur, nec enim typus materis designatur) ex Psalmorum versione adducit. Illis autem et versibus, cum ecloga illa Stephaniana comparatis, non male mihi colligere videor, integrum Psalmorum metaphrasin, eodem filo, (certe non admodum cuncto illo nec eleganti) ab eo contextam; in bibliothecis alicubi latere, quamvis eam inaudita quae sit abundanti mihi invenire contigerit. Postquam haec scripseram, ex Brandii bibliotheca didici, Paulum Doiscium tam Sapientiam Siracidae, quam Psaalterium Davidis graeco carmine versibus. Serranum quod spectat, Gellius vixit in Pinarionis fuit, vir sane pius, et doctus, quantum ex operibus eius, partim theologicis, partim etiam philologicis, constare licet. Graec

Iac. Furnius, Genuensis, Ictus circa a. C. 1500. celebris, Psalmos graeco et latino reddidit carmine teste Colomesio p. 104. Opp. Hos non vidi. Vidi autem specimen Psalterii vario graeci carminis genere redditi a *Ludolpho Theodoro ab Hoete*, Equite, Domino a *Westhausen* et [*P*] *Kringeld*, vulgatum in nouis litterariis Westphaliae, a. 1718. Tremoniae, 8. pag. 42-69. Vidi etiam *Erasmi Schmidii* metaphrasin ineditam^{ff)}, qui et ipse vario carminis genere Psalmos graece expressit, et quam manu exaratam seruabat Ioach. [*P*] *Hennin- gius* ὁ μακαρίτης, vnde venit, vt audio, in manus D. Io. Dieckmanni, Theologi eruditissimi. *Martinus* quoque *Crusius* XLIV. Psalmos graeco scripsit carmine, idque ingratis mali *Daemonis*, illique vt aegre faceret elaborasse, etiam si typis illos exferri non contingeret, se dixit, vt refert *Melch. Adami* in eius vita. *Fabr.* Aliquot Psalmi, ab eo carmine scripti graeco; typis expressi sunt in *Crusii* poematum graecorum lib. II. etc. Basil. ap. Oporin. 1567. 4. in libro secundo, v. *Lizellii* historiam poetar. graecorum etc. supra citatam pag. 108. sq. *Harl.*

Psalmos aliquot *Dauidis* graeco carmine *Anacreontico* et *Sapphico* donauit *Henr. Stephanus*, forma minor. Sunt item psalmi quidam graecis versibus compositi per *Antonium Nigrum*, medicum Brunsvicensem. Lips. 1552. 8. et alii auctore *Io. Serrano*, cum pre- cationibus graecolatinis singulos ad Psalmos accommodatis anno 1575, in 12. ap. *Henr. Step- hanum*. Exstant et Psalmi quidam graecis versibus redditi a *Florentio Christiano*, *Erid. Janotio* et *H. Stephano* ad calcem *Buchanani* a. 1572. exeusi, 8. *Martinus* vero *Magerus* a *Schoenberg* vulgavit Psalmos poenitentes diuerso carminum genere Hebraico, graeco et latino, *Fran- cos*. 1624. Nouissime *Iosua Barneffus*, superiore anno 1714. cum graui graecarum litterarum iactura

cae porro linguae penitiam non vulgarem in eo fuisse, ostendit tum noua illa et accurata *Plato- nis* editio, haud ita multis abhinc annis ab eo adornata, tum et *Psalmorum* aliquot *Dauidico- rum* illa, quam dixi, translatio. Ex illo enim specimine, vt ex *pado Hieronymi*, facile dignoscas et intelligas, quantus is vir fuerit, et quam egre- gius poeta graecus, sine puritatem sermonis, sine carminis nitorem et elegantiam species; vt si to- tum profecto transulisset *Psalterium*, vix alio- rum aut ingenio aut iadustrino locum reliquisset; adeo caeteros omnes, mea quidem sententia, in hoc genere metaphrascos excellentes superauit: nisi forte popularem eius excipias, *H. Step- hanus*, qui et carmina eius vulgauit, ac typis im- pressit: is enim inter omnes litterarum principes ac heroes, qui superiori saeculo Hellenismi stu- dio, graecaeque linguae cognitione claruerunt, vt in omni graeca literatura merito primae obtinuit, ita et in poesi graeca, imprimis *Homericæ* vere *epicae*, *Coranæ* adeo aliis omnibus laurcam

que praecipuit. *Hanc Dupartus. Fabr. Olym- piae Fuluae Moratae* metaphrasin graecam et latinam Psalmi CLI. *Dauidi* tribuit, reddidit *Fabric.* noster in codice pseudepigr. V. T. pag. 908. ed. sec. Add. *Fabr.* infra in vol. XIV. pag. 160. sq. *Harl.*

ff) Edita est *Witteb.* 1621. typis *Zach. Schurer.* Atque *Fabr.* in praef. ad vol. VII. B. Gr. *Hoe*, ait, argumentum (metaphrasium poetiar. *Psalmorum graecarum*,) quemadmodum et aliarum *biblicarum metaphrasum*, notitiam longe plenius et diligentiore studio expositam studiosis homini- bus, vt confido, non inuidebit — *Michael Richoy.* Hic me monuit, *Erasmi Schmidii* me- taphrasin cum inserta passim altera non contem- nenda *Andr. Tzscharnati* *Senftenbergensis*, a. 1602. 20. Febr. *Witebergae* noctu in platea gla- dio confossi, ad se iam pridem peruenisse ex do- mo D. Io. Dieckmanni. *Harl.*

indecus defunctus Psalmos L. XV. et CXXXIII., anathematis versibus graeca et latina lingua redditus exhibuit in Anacreonte Christiano, Castabrig. 1705. 12.

Daniel Heinsius Metaphrasin graecam Psalmorum ut condant, rogatur ab *Isaaco Casaubono* p. 363. Epistolar. sed numquam eam edidit. Paucos quosdam Psalmos graecis versibus expressit etiam *Ioach. Camerarius. Fabr.* [Fabricius addiderat catalogum metaphrasum Psalmorum latinorum, germanicarum, hebraicae, anglicarum, belgicarum (de quibus etiam conf. *Bayle* Diction. v. *Adrichomius* et *Sainte-Aldegonde*, not. 1.) bohemicarum, danicarum, gallicarum, hispanicarum, vagaricarum, polonicarum, suecicarum, lapponicarum, finnicarum et vallicarum. Sed cum, tum ad litteraturam graecam haud pertinentem; tum necessariis accessionibus praeter rem atque institutum valde locupletandum, in hac edit. ut praetermitterem satis esse duxi. Atque a Fabricio ipso editum est: *Votum Davidicum*, cor nouum crea in me deus, a centum quinquaginta amplius metaphrasis expressam, carmine hebraico, graeco, latino, germanico etc. — Praemissus est elenchus, subiectaque brevis notitia alphabetica metaphrasarum, qui Psalmos universos vel nonnullos per linguas suas idiomata amplius viginti versibus reddiderunt. Hamburgi 1729. 4. v. *Reimari* commentar. de vita et scriptis I. A. Fabricii, p. 175. sq. is auctus, inquit, postea est Fabricii manu numeris metaphrasium huius commatis ultra 200. sicut et metaphrasae in Psalmos locupletati sunt, quorum indicem iam aliquem dederat auctor in bibl. gr. vol. VII. p. 652. vet. ed. quem igitur indicem h. l. so rectius exulare iussi. Praeter ea *Andreas Gottlieb Masch* in biblioth. sacra, in partis secundae de versionibus librorum sacrorum volumine tertio continuato de versionibus latinis, Halae 1785. 4. cap. V. §. XI. sqq. pag. 745. 747. ingentem vel omnium vel plurimum vel singulorum Psalmorum, sennine latino redditorum, copiam curiosius diligentiusque produxit, variis hinc inde adpersis observationibus, add. eundem in partis secundae de versionibus librorum sacrorum volum. I. Halae 1781. pag. 334. sqq. de Apollinarii, Dolfelii, Du Port. aliorumque graeci Psalmorum metaphrasibus. *Harl.*]

[?] Ut ad Apollinarem, Laodiceum, oratio nostra recurrat, notum est, ad eum vel ad patrem eius, tamquam auctorem, referri quoque a viris quibusdam doctis *Tragoediam*, inter Gregorii Nazianzeni opera saepius vulgatam, quae inscribitur *Χριστός πάσχων* *Christus patiens*, et prosa a Sebast. Guldebeckio, Tigurino, versu iambico latino a Claudio Roilletto Belneni est translata, cuius posterioris metaphrasis etiam in latinis et graecolatina Nazianzeni editionibus legitur. Sed quum Nazianzenus plurima carmine scripserit, et codices MSS. illam tragoediam Nazianzeno tribuant, melius hominum testimonio coniecturas Criticorum praeferre, licet hi minorem in illa elegantiam, minusque iudicium et acumen quam in aliis Gregorii poematis, observare sibi videantur. *Fabr.* V. supra in h. vol. pag. 429. *Harl.*

[Apol-

[gg) *Elias du Pin* Bibl. des auteurs ecclesiastiques tom. II. p. 220. il s'en fait beaucoup, que la tragoedie qui porte pour titre *Iesus Christ le souffrant*, approche de la beauté, de la justesse

et de la gravité des pieces de S. Gregoire de Nazianze, et ce n'est pas sans raison, que les critiques la jugent indigne de lui.

[*Apollinarem commentatam esse in Gregorii Nazianz. orationes, et illius aliorumque commentar. collegisse Basilium Minimum, docet Bandin. in cat. codd. gn Laur. I. pag. 537. vt supra iam p. 432. et 434. adnotauimus. Harl.*]

Epistolas duas Apollinaris ad Basilium M. vna cum huius responforiis a Cotelario editas tom. II. monumentor. ecclesiae graecae pag. 84. quarum prima incipit: *Πρόταρον μὲν σοι περὶ τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς ἀποφῶν.* altera: *Ἡ μὲν ἡμῖν ἀντὶς, δεσποτα, πᾶς δὲ ἡ ποθονο- τῆτι φωνῇ,* supiliter mihi persuadeo iunioris Laodicensi vera esse, neque video magnas fuisse causas viris clarissimis, qui de illarum *γνησιότητι*, addubitant. Nam sane, quod Basilio, antequam haeresin suam proderet Apollinaris, amicitia cum illo intercesserit, et quod hunc ob studium Scripturarum magni ille fecerit, ex epistola Basilii LXXXII. apparet, ubi quoque se ad eum scripsisse non diffitetur, aitque non modo inimicum non habere, sed *γυνεῖσθαι* etiam, licet errores ipsius minime in se recipiat: verum propter nonnullos eius libros reprehensione dignum iudicat, [v. supra ad §. I.]

Libellus Apollinaris de aetate hominum, quem Leodici a. 1575. prodisse [P] scribit *Aubertus Miraeus* ad Hieronymi Catalogum de S. E. et vidisse se negant Labbeus et alii viri doctissimi, nihil aliud est, si recte memini, quam Apollinaris Metaphrasis Psalmi XC. sive Hymni Moysis, *Domine refugium factus es nobis*, latinis verbis expressa ab Hannardo Gomerio, Mosaeo, editaque vna cum aliis quibusdam Leodici 1575. 8. licet a Valerio Andrea et Francisco Sweertio in bibliothecis Belgicis, ubi Camerii scripta recenserent, non memoretur.

De epistola Apollinaris, Iulio, episcopo Romano, et de expositione fidei, Gregorio Thaumaturgo per Apollinarias supposita, quae *ἐκ τῆς ἐκείνου ἐκείνου*, dicitur supra pag. 665. post nr. 15. de deperditis scriptis, monumentis antiquis ab eodem auctore.

XI. NONNVS^{h)}, Panopolites Aegyptius, *diversus fuisse videtur a Nonno, Palaestinoⁱ⁾*, Origenis sectato dogmata, cuius mentionem faciunt Cyrillus, Scythopolitanus, et Symeon Metaphrastes in vitis SS. Sabae et Cyriaci, tom. III. et IV. monumentor. Cotelarii. Incon-

h) Constat sane, *Nonnos*, hoc est sanctos, Aegyptia lingua dictos patres spirituales ac monachos, perinde vt Nonnae ac *Νοῦδες* dictae sunt matronae ac virgines Deae consecratae, harumque praefectae. Vide, si placeat, *Moursii Catalogi* que glossaria et *Theophilum Raymaudum* de sacra paternitate T. XI. Opp. p. 178. Sic Hippolytum, Portuensem episcopum, etiam Nonnum adpellant Petrus Damiani et Martyrologium Hieronymi. Confer *Stephani le Moyne* prolegomena ad *Varia sacra* * 31. b. At praeterea nomen proprium etiam poetae esse *Νόννος*, diserte testatur Suidas: *Ἰσὶν δὲ αὖ Νόννος ποιητής, Πανωπαλίτης, ὁ αὖ τῶν πατρ-*

Ἰσὶν Θεολόγοι καταφράσαις δὲ τῶν. Idem Suidas: *Διότιμος σοφιστής, γίγνασθαι Ἐπιστολὰς καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς Νόννον.*

i) Eundem putat *Trifanous* T. I. Hist. Imperatorum e numis illustratae p. 497. seq. Sed praeter patriam, institutum vitae aliaque, quae vrgere omitto, videtur repugnare ratio etiam temporis, quum Nonnus, Palaestinus, vixerit medio saeculo post Christum natum sexto, et noster Nonnus ad quintum saeculum recte a viris doctis referatur.

Incertum etiam, idemne sit cum Nonno, cuius filium, Sosenam⁴¹⁾, Synesius commendat amicis suis, Anastasio ac Pylamenuis. aetate licet non multum inferiorem [P] Synesio fuisse credibile est, quippe qui ab Agathia⁴²⁾ citatur tamquam unus e poetis souts, hoc est, ut interpretor, non aequalibus Agathiae, sed aliquo tempore non ita multo ante aetatem ipsius claris. Etiam ille alius a nostro fuit Nonnus, quem Damascius in vita Isidori apud Suidam in Σαλῆσιος narrat sexus totum euoluisse Demosthenem, nec tamen ~~q~~ aperire potuisse, ut orationem aliquam commodam haberet. [V. supra vol. II. pag. 849. fin.] Equidem non pugnant haec duo, valere carminis, et dicendi facultate destitui, ita ut nihil contra sit rarius, quam bonum poetam eundem quoque bonum esse oratorem, neque temporum ratio valde aduersatur; at enim illum Damascii Nonnum alienum a CHRISTI sacris multa suadent, hunc nostrum Christianum fuisse nemo dubitat. Omitto Nonnum longe iuniorem, medicum, itidem Christianum, de cuius *ἱατρικῶν θεωρημάτων συναγωγή* ad imperatorem, Constantinum Porphyrogenitum, infra libro VI.⁴³⁾ erit dicendi locus. Verum Nonnus, diaconus, hoc loco non est praeterendus, qui in concilio Chalcedonen⁴⁴⁾ a. C. 451. inter notarios commemoratur, tum Nonnus, episcopus Edessenus, cuius apud Nicephorum XIV. 30. Histor. mentio, idem qui in synodo Ephesina *ἀγερικῇ* a. C. 449. cooptatus est in locum Ibae, Edesseni, ab Eutychianis exauctorati. Nonno, episcopo Heliopolitano et tandem Edesseno tribuitur quoque 30000. Saracenorum conversio, quam ad Nonnum nostrum, Panopolitem, praeter rem refert Nicolaus Abramus.

X. Ex

41) Σοσηνῶν, Synesius Epist. 42. ad Anast. et 302. ad Pylamencium, ubi hunc Sosenem *ὁν λέγουσι τραπεζίτην καὶ ἀνδραγῆτην* adpellat. Unde perimone Gerh. Follenburgius putauit, parentem huius Nonnum haud diuersum fuisse a nostro, quod Guil. Caueo etiam et aliis viris doctis persuasum. Fabr. Conf. *Postum* de poetis graecis cap. IX. p. 79. qui eum sub Theodosio iuniore, imperatore, vixisse statuit. Caueus in Hist. litter. script. eccl. tom. I. p. 539. ed. Basil. — Oudinus in comm. de script. eccl. I. p. 928. — Io. Fabric. in Hist. bibl. saec. I. pag. 109. — *Hamberger* in xiv. Nachr. tom. III. pag. 10. (qui de Nonno citusque scriptis itidem agunt,) Synesii auctoritate moti aetatem Nonni adferunt an. circ. 410. Contra Saxo in Quomast. II. pag. 10. Nonnus videtur circ. a. 492. saltim ab Anastasio principatu non multum adesse. Add. *De Pin.* histor. eccl. vol. IV. pag. 32. *Laur.* *Grægi* historia de poetis graeci etc. Neapoli 1671. fol. pag. 364. sqq. — *Eschenbach.* de poetis christianis sacris in eius dissertat. acad. Norib. 1705. 8. p. 81. — *I. Ge. Neumann.* in: diss. de Metaphrasis §. XIX. pag. 265. sq. in eius Primitiis diss. academ. Hic et

Eschenb. notant putidum errorem Caroli Paschalis, qui in libro I. de coronis cap. 16. Nonnum collocat ante tempora Ouidii, atque somniat, Ovidium in tertio Pastorum, si quatuor versus non verterit e Nonno, saltem inde sententiam desumisse. v. ipsum Fabr. paullo post in nota II. — Ioan. Molleri homonymoscopiam pag. 506. sq. Harl.

42) Agathias lib. IV. Hist. pag. 128. Ταῦτα γὰρ οἱ τε πρότερον ποιηταὶ ἔδωκε καὶ οἱ νῦν παραλαβάντες συνέδωκε, ὡς δὲ καὶ Νόννος ὁ ἀπὸ Πανὸς τοῦ λίγυ-
πτιῶς προσημειῶς ἔστι τῶν εὐκρίτων ποιημάτων, ὡς καὶ Διονυσίου δαυμάτου, etc. Proferunt deinde libri primi versum 42. et 43. Ex hoc loco colligas, longe fuisse *Carolus Paschalis*, qui lib. I. de coronis cap. 16. p. 50. Nonnum, Panopolitem, Ouidio antiquiorem existimauit, unde reprehenditur a Vossio de arte poetica pag. 57. Certe Ovidium antecedere aetate non potuit, qui S. Iohannis euangelium metaphrasi donauit.

43) Vide infra vol. XII. p. 685. sqq. Harl.

in canibus dispergitur, Proserpina a Diis amatur; Zagreus nascitur, mundas dilatio interit. Post haec omnia Bacchus tandem nascitur. Tanta molis erat, Deum orbi terrarum dare, qui in amphora habitaret. Quare ante natum eum, cuius gesta describebat, sex aut septem immanium voluminum argumenta dilapidavit et consumpsit, quorum nullum eiusdem cum reliquis est argumenti, sed tot fieri opera possint, quot sunt ipsa. Primum esset ἡ Εὐρώπης ἀπαγωγή vel Εὐρώπη, secundum ἡ Τυφώος μάχη aut Γρυαῖτις. Tertium Κάδμος καὶ Ἀγνοίας Γάμοι. Quartum Κάδμος sive αἱ Κάδμος πράξεις. Quintum Διὸς μνηστεία ἡ γάμοι. Sextum Ζεὺς γένος γοναί. Septimum αἱ Διονύσου γοναί. Sequentia non minus sunt intricata, ita ut tertio et vicesimo Indica adgrediatur, quum in tertio et decimo Catalogum proposuerit. Quare totum opus episodium est et episodius caret: nihil enim est praecipuum, nulla operis κατὰ κράτος, nihil ἐπὶ ἀλλήλων et quod ita cohaereat, ut eo posito alterum sequi sit necesse. Nihil tale, quo posito aliud a poeta, sed tamen conveniens priori extendendi causa operis et oxornandi possit addi. Quo decepti veteres, quia diversa argumenta non tractavit, sed confudit, diversa quoque opera illi adscripserunt. Unde illud cuiusdam veteris, quasi Γρυαῖτιδας scripsisset, pars operis, quae de Typhoō agit. Nisi Tudos intellexerit, quod Falkenburgio videtur. Citat Nonni Dionysiaca praeter Agathiam Eustathius ad Homerum plus simplici vice, et Etymologici Magni auctor in Διονύσους. Saepius etiam illius testimoniis, antequam typis exferberetur, usus est Politianus cap. II. 12. 28. 80. Misc. et semel Natalis Comes V. 13. Mytholog. qui per Demarchum videtur Etymologici Magni auctorem denotare⁴¹⁾. Tumidum ac prope Dithyrambicum scribendi genus, Baccho scilicet congruens, multi in hoc opere notarunt, in vituperationem [P] plerique⁴²⁾, pauci in laudem, vel ita ut excusarent⁴³⁾. Certe ingenium et co-

piam,

41) Dissentire Santum in Onom. II. pag. 160. iam supra in vol. VI. pag. 595. not. c. observamus. Nostrum enim Fabricii locum, dum respicit, negat, Etymologici M. auctorem a Natali Comite V. Mytholog. cap. XIII. p. 405. designatum esse videri, et, „quamquam, ait, idem versus apud Etymologici scriptorem obulit sine p. 180. nr. 9. quos Natalis Comes apud Demarchum reperiri testatur, tamen non recte cogitur, Natalem eodem loco et numero Etymologici auctorem, atque Demarchum habuisse.“ Immo Natalis ad hunc Demarchum respexisse videntur, qui a Grammatico Aristophanis ad Aues 1403. excitatur Δικαρχος ἐν τῇ κριτικῇ Διονυσίου ὕμνῳ, a Iosio tamen de scriptor. hist. philosoph. libr. I. cap. XVI. §. 3. p. 102. et Stephano Beuglero, in Dicacarchum mutatus, in indice scriptorum scholiasticis Aristophanis apud Fabric. B. Gr. [supra vol. II. pag. 396. voc. Demarchus et p. 597. voc. Dicacarchus.] et ab ipso Natali eodem in loco pag. 413. aliter editus: Demarchus in certaminibus Dionysiis,“ Hurl.

42) Ios. Scaliger epist. CCLXXVI. seq. ad Dan. Heinsium et CCXXVII. ad Salmaf. Heinsius in diss. de Nonni Dionysiis, Petrus Caneus in animadversionibus ad Dionysiaca. Petrus Rapius reflex. sur la poetique p. 168. 176. Lud. Balfacius diss. ad Andream San-Dionysium p. 85. Nonnus c'est le peintre de chimères et Hippocentaures. Ses pensées se dis les plus sobres vont bien au delà de l'extravagance ordinaire etc.

43) Falkenburgius praef. ad Nonnum, ubi plura in eius laudem ac de usu ex lectione ipsius capiendū: Vossius III. institution. poetic. c. 16. §. 6. p. 39. Olaus Borrichius diss. de poetis p. 18. Casp. Barthius VII. aduersar. t. 21. Eruditi et grandiloquenti poetam vocat Dionysium Martini XII. 10. Var. lect. Poetam mirificum Politianus. Fudr. add. quae collegit Adm. Baillet in jugemens des Savans, ed. Amstel. 1724. 4. tom. III. nr. 1139. pag. 295. sq. de Nonni Dionysiis et Aristophanis quatuordecim. Hurl.

piam, eruditionem; epithetorumque ^{tot} vult audacium quaque, libertatem et affluentiam largiuntur etiam illi, qui parenthyres et vitia illius atque *αιμολογίας* acrius reprehendunt.

XI. Codd. et Editiones ΔΙΟΝΥΣΙΑΚΩΝ.

[Secundum *Nesseli* cat. codd. caesar. Vindob. part. IV. *Dionysiacor.* sunt libri XLVIII. in cod. XXVIII. — in cod. XLV. quo usus est Falkenburgius, quum Dionysiaci primum in lucem ederet. — in cod. LL. tomus alter; in cod. LII. ex cod. Fugger. *Augustae* Vind. a Georg. Wurfel. a. 1561. exscriptos. *Monachii* in bibl. elect. codd. CCVI. et CCIX. sed non sine lacunis, ait confector cat. codd. gr. Bau. pag. 76. — *Venetis* inter codd. I. Car. Grimani, teste *Montfauc.* in diario ital. pag. 40. — *Florentiae* in cod. Laurent. XVI. nr. 2. plut. 32. v. *Bordin.* cat. codd. gr. Laur. II. pag. 141. — *Romae* in bibl. Alex. Petau. in Vaticana Nonni collectio graec. historiarum et Dionysiaci. — In bibl. *Scorial.* duo codd. quorum alter continet 48 libros Dionysiac. alter autem 24. libr. v. *Montfauc.* bibl. bibl. MSS. I. pag. 86. A. et pag. 622. B. — Idem tom. I. pag. 287. E. sic memorat cod. *Ottobon.* Romae: *Nonnus Panopolitanus*, gr. cod. recens, sed non addit, num ejus sint Dionysiaci, nec ne? — De *Escorial.* codd. v. quoque *Plüer* itinerar. per Hisp. pag. 184. *Harl.*]

Cum nec Aldus, cui a Iohanne Lascari commendatus fuerant, neque Io. Oporinus, qui ex Italia exemplar eorum acceperat, Dionysiaci Nonni in lucem edidisset, primus ea luculentis Christoph. Plantini typis graece cum eruditis castigationibus suis et indice locupletissimo, Guilhelmiq. Canteri emendationibus, vnico tantum constantibus folio, vulgavit *Gerardus Falkenburgius*, Nouiomagus, Antwerp. 1569. 4. ²²) ex MSto codice *Ioannis Sambuci*, Pannonii, qui Arsenii, Monembasiae archiepiscopi, olim fuit et XLV. aureis a Sambuco Taranti fuit redemptus, hodie vero vna cum duobus vel tribus eiusdem operis codicibus adseruatur in bibliotheca caesarea Vindobonensi. Interim Parisiis *Carolus Vichenotus*, Caroli filius, quatuor codicibus MSS. usus Dionysiaci Nonni castigare et latine vertere aggressus fuit, et Iohannes Forestius in litteris, ad Eliam Putschium datis, 12. Iul. a. 1605. scripsit in hanc sententiam: *Nos quoque, si Diis placet, dum γόνυ χλαγόν, est, conamur tenues grandia, Nonni Dionysiaci in latinum sermonem vertimus, adnotata et notulae quaedam et coniecturas, nostras addimus, scate enim fodiissima proluvia mendorum.* Eo ipso anno 1605. 8. opus hoc graece et [L] latine typis Wechelianiis apud Claudium Marnium et haeredes Iohannis Aubrii, excusum est. Hanoviae eum latina versione prosaria *Eilhardi Lubini*, Falkenburgique indice et castigationibus, cur

Gggg 3

edi-

²⁰⁰) Vide Conradi Dinnerti praefationem ad Epitheta graeca Hanov. 1605. 8. qui *Nonnum Midam alterum epithetorum* appellat.

— ²²) Inscriptio edis. haec est: *Nonni Eutropiae Dionysiaci*, nunc primum in lucem edita, ex bibliotheca *Ioannis Sambuci*, graece, cum lectionibus et emendationibus *Gerardi Falkenburgii*, et indice copioso. Antwerp. Chstph. Plantin.

1579. huic anno, at, credo, vitiose adseritur edita ab *Hambergero*. Nam in catal. bibl. Leid. p. 268. memoratur edita a. 1569. 4. addita nota in illo exemplari infinita post editionem iniqui eiusdem Falkenburgii esse emendata, atque *Alberti* in epistola ad Fabricium, (in huius vita, a Reimaro conscripta, p. 215.) scripsit, se nachum esse Nonni Dionysiaci a. 1569. exemplar cum vbertis notis mss. ineditis *Bam. Heinsii. Harl.*

editioni a. 1610. nouus titulus praefixus et latini interpretis nomen omissum, *Petrique Cunaei* **) praemissa praefatio, et subiunctus eiusdem Cunaei liber animaduersionum in Nonni Dionysiaca, vna cum *Dan. Heinsii* dissertatione et *Iosephi Scaligeri* coniectaneis, ex editione Lugd. Bat. 1610. 8²²). Exstant etiam Dionysiaca Nonni cum Lubini versione in Corpore Poetarum graecorum heroici carminis, quod a se recensitum cum Variis Lect. et notulis in margine vulgauit *Iacobus Lessius* Geneu. 1606. fol. In bibl. Petri Francii fuisse Nonni Dionysiaca cum castigationibus MS. Iof. Scaligeri, Dan. Heinsii, Claudii Salmasii et Matthaei Sladi.

XII. METABOAH TOY KATA IOANNHN AFIOT ETATTEAIOT.

Metaphrasis epica Evangelii S. Iohannis *).

Eundem quidem esse, qui Dionysiaca et qui hanc Metaphrasin condidit, Nonnum, Panopolitanum, collata inter se Suidae et Agathiae testimonia, et idem in utroque opere poetae genius dubitare nos non sinit. Easdem quoque in hac virtutes suspiciunt, vitia eadem reprehendunt viri docti, aliaque insuper notant, quibus placuit acerrimo iudicio ac censurae suae hunc poetam subijcere. Saltem illos audiendos non existimem, qui haeresibus Manichaeorum, Origenistarum, Arianorum et nescio quibus non patrocinitum in hac Metaphrasi Nonnum scribunt, quum ad eiusmodi criminationes cuiuscumque impingendas clarioribus et manifestioribus argumentis sit opus. Missis igitur illis codices et editiones eius Metaphraseos Iohanneae potius referre iuuat:

XIII. [Codd. MSS. et] editiones graecae.

[Romae in Vaticana bibl. paraphrasis in Ioann. teste *Montfau.* in bibl. bibl. MSS. I. pag. 133. C. — *Oudin.* l. c. p. 929. tradit, id opus exstare gr. in bibl. Vaticana ex cod. Heidelberg. nr. 90. — *Florentinae* in bibl. Laurent. cod. VII. nr. 145. plat. 7. in quo, *Ban-*
din. in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 225. scribit, Nonni paraphrasin concordare cum ed. Sylburg.

99) Emendandus *Bailletus* tom. IV. de poëtis pag. 510. vbi Petrus Scriuerius in praefatione Dionysiacorum Nonni citatur.

22) Haec edit. duobus tomis constare videtur. In meo enim exemplo inscriptio quidem est: *NONNI — Nonni Panopolitae Dionysiaca. Petri Cunaei animaduersionum liber. Danielis Heinsii* diss. de Nonni Dionysiaceis et eiusdem paraphrasi. *Iosephi Scaligeri* coniectanea: Cum vulgata versione et *Gerardi Falkenburgii* lectionibus. Hanoviae typis Wechel. MDCCC. 8. ac Gerarti quidem Falkenburgii praefat. eiusque lectt. et coniecturae leguntur a pag. 1308. tum sequitur index rerum et verborum, denique in quatuor paginis index stratorum in Non. Sed

defiunt *Cunaei* animaduers. *Heinsii* diss. et *Scaligeri* coniectanea. — Cunaei praemissa epist. nuncupatoria recusa est in eius orationibus et aliis opusculis latinis, etc. Lipsiae 1735. 8. pag. 493. 199. — *Gallica versio* in soluta oratione: *Les Dionysiaques, ou les Voyages, les Amours et les Conquestes de Bacchus aux Indes. Traduites du Grec de Nonnus Panopol.* Paris 1625. 4. praedit. *Montfau.*

a) Iudicium fert de Nonno *Dan. Heinsius* in *prolegomen.* ad *Asiarchum* pag. 669 — 697, vbi de vitis carminum eius copiosius et, eique tribuit haeresin Arianam, idque pluribus argumentis probare studet. *Heins.*

burg. 1596. a versu primo vsque ad v. 1469. reliqua autem deesse; identidem tamen cod. ab edit. differre, ex eoque supplet versus MC. pag. 80. lacunam: *Ζωὴς γὰρ πέλεν. εἰδὰς ἐν ἑνὶ τῷ ἡμετέρι σαφές.* — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXX. nr. 9. paraphrasis etc. *Mosquae* in bibl. synod. *Nonni* in Ioan. commentaria, teste *Schiada* in cat. codd. Mosq. pag. 52. *Hart.*

Prima Aldi Manutii, Venet. 1501. 4. *Fabr.* Hunc annum perperam indicari necesse est. Nam in fine carminum Gregorii Nazianzeni, quae a. 1504. 4. edidit, demum pollicetur Aldus editionem Nonni, ut ipse vidi oculis meis, *Heum.* Et Veneta et Romana ed. dubia et vero adulterina esse videtur. In *Arwood* (Harwoodii) Prospetto di varie Ediz. degli Autori classici a Pinello edito, Venet. 1780. 8. pag. 158. neque Venetae, neque Romanae editionis fit mentio; at in recentissima illius libri ed. inscripta: Degli Autori classici — Biblioteca portatile, part. I. Venet. 1793. 8. vtraque sic memoratur: *Paraphrasis in Ioannem* gr. 4. Venet. Ald. sine anno. Asserendo Aldo nell' Indice de versi greci di S. Gregorio Nazianz. da lui stampata nel 1504. di aver pubblicato Nonno tre anni addietro, perciò quest' edizione dev' essere del 1501. — et altera: — graece 4. *Aldus* 1508. Fabricio cita un' altra edizione di Roma di quest' anno medesimo, ma alcuni credono che abbia fatto equivoco coll' Aldina. — In Serie dell' Edizioni Aldine, *Patt.* 1790. vna tantum Aldina edit. commemoratur: in indice quidem sic: *Nonni Paraphrasis*, sine anno 1508. et ad h. a. siue p. 29. simpliciter quidem, sed p. 152. in indice librorum Aldin. sine anni nota, prouocatur quoque ad Aldinum indicem, addita animaduersione: perciò quest' edizione si conosce del 1501. — Nec binarum illarum memoriam deprehendi excitatam a Maillartio ac Panzerò in A. T. nec a Denisio, neque a de Bure, et ab Audiffredio, neque a Lairio, neque in iis, quos eundem consului bibliothecar. catalogis, excepto catal. bibl. Leid. in quo pag. 60. sic memoratur: — „*eiusdem* (Nonni) versio poetica euangelii Ioannis, graece: sed cursiuis, ut dici solent, litteris expressum additur: *Venetius 1501. ut est adscriptum a Francisco Nanio, qui, ut videtur, nonnullis in locis restituit.*“ Quae quum ita sint, spuria sane esse videtur Romana edit. a Caueo et a *Possenino* in Adparatu h. v. citata, aut confusa cum alia romana, a *Pinellio* Harwoodii iudici addita p. 158. — atque ab *Hambergero* ex catal. bibl. *Parif.* quondam regiae, belles Lettres tom. I. p. 269. et Theol. p. 312. et 335. citata:

— *paraphrasis euangelii secundum Ioannem*, graeco carmine, studio *Demetrii Ducas*, Cretensis, edita. Romae 1526. 4. Atque *Hamberger* illam edit. iure principem esse iudicat. *Hart.*

Romana 1508. Caueo memorata.

Hagenoensis apud Iohannem Seerium 1527. 8. *Fabr.* Cum epistola *Phil. Melanchthonis*, nuncupat. ex qua patet, ab eo multa loca esse emendata. Exemplari, quod est in bibl. publ. Leidensi, multa vir doctus adscripsit, secundum catal. illius bibl. p. 60. *Hart.*

Franco-

Francofurtenſis a. 1541. apud Petrum Brubachium. 8. *Fabr.* — Praemiſſa ſunt 'Ομηροειδεια v. quae ſcripti in ſupplem. ad breuior. notit. litter rom. part. II. p. 352. *Harl.*

[P] Pariſienſis a. 1541. apud Iacobum Bogardum.

A. 1556. Pariſienſis altera apud Martinum Iuuenem, quibusdam in locis correſtor, ſed non paucis etiam, notante Nanſio, magis corrupta.

Colonienſis^{b)} 1566. apud Maternum Cholinum, ex auctiore Ioh. Bordati editione, et 1588. ex editione Martini Iuuenis.

Göſlarienſis, maioribus typis cum copioſo indice graeco verborum, Sylburgianae veſtigiiſ inſiſtens 1616. forma octava maiore.

Editiones latinae.

Chriſtophori Hagenſdorphi proſaia interpretatio (admodum) infelix cum homilia Chryſoſtomi de magiſtratibus et poſteſtatibus, Hagenoae ex officina Ioh. Secerii 1528. 8. et Pariſ. 1541. apud Iacobum Bogardum. [Hal. Suſu. 1540. 4. in cat. bibl. Tigur. tom. II. page 186.]

Erhardi Hedeneccii, medici, interpretatio itidem proſaia, in bibliotheca patrum tomo VI. part. I. edit. Colon. et edit. nouiſſimae Lugd. tom. IX. ex interpretatione *Iohannis Bordati* et *Hedeneccii* a *Franciſco Nanſio* plurimis in locis emendata.

Ulrici Bollingeri, metaphraſis metrica, ex reſenſione *Pauli Meliſſi*, Schedii. Spiras 1596. 8.

Graecae - latinae.

1. Cum proſaia verſione *Iacobi Bordati* Biturigis, qui ex MS. codice Iacobi Salomonis *Interaquaei* teſtatur, ſe complures verſus antea omiſſos renocaffe^{c)}. Pariſ. 1561. 4. ex officina *Caroli Perier*, additis ad calcem pauculis variis lect. Praecipue capiti XVI. addidit verſus 39. quos tamen *Frid. Sylburgius* negat ſe in *Palatino* MS. reperiſſe, neque ſibi videri *Nonni* referre ſtilum: etiam *Nanſius* in curis ſecondis multa in illis ſuſpecta ſibi et *Nonni* genio non ſatis conuenire teſtatur eſt.

2. Cum

^{b)} *Sylburgius*, qui in epiſtola nuncupatoria magnus fuit ingenii ſtilique *Nonni* admirator, in praefat. diligenter reſenſuit edit. ſuperiores, et notauit, *Martinum Colinum* in priorē edit. expreſſiſſe edit. *Bordati*, ſed graeca ita negligenter traſtaſſe, ut etiam errata typographica, quae *Bordatus* in ſua edit. indicarat, inemendata reliquerit: a. autem 1588. niſſa *Bordati* editione, *Pariſienſem* a. 1556. ſequutum, omiſſis vsque ad XVI. caput omnibus illis verſibus, quos *Bordatus* addiderat, ſexto tamen decimo capiti vnicum a *Bor-*

dato adſectum verſum inſeruiſſe; vid. not. ſeq. *Harl.*

^{c)} np. 80. verſus: ſed, notantibus *Nanſio* et *Sylburgio*, ſi adcuratius ſumma computetur, pro LXXX. tantum LXVII. verſus a *Bordato* adſecti ſunt. Nam ſexto capiti vno eodemque in loco XXXVIII. verſus ab eo ſunt additi; ſeptimo vnus, vltimus ſcilicet; duodecimo, decem; decimo tertio, vnus; decimo quarto, ſex; decimo quinto, quatuor; decimo octauo, tres; reliquis nihil plane additum. *Harl.*

Cum versione itidem prosaria *Erhardi Hedenecii*, Basil. 1571. et 1577. apud Petrum Pernam atque 1588. Sed et Paris. 1578. 8. apud *H. Stephanum*, qui versionem aliquot locis emendauit. Tum apud Commelin. 1596. 8. additis *Friderici Sylburgii*, (qui MStum codicem Palatinum contulit,) notis et græco indice. Haec Sylburgii editio recusa Lips. [primum Lipsiae, 1613. 8. quam edit. habeo et *Baumgarten* in *Nachrichten von merkw. Büch.* tom. VII. pag. 118. sq. breuiter recensuit, ibid. 1618. 8. in Menken. cat. I. pag. 53. *H.*] — Lipsiae 1629. 8. *Fabr.* — *Sylburg.* ne ex Nansii laboribus aliquid decerperet, sequutus editionem, ut a Perna et Stephano expressa est, suam ita inscripsit: *Νέγυα — Nonni Panopolitani metaphrasis euangelii secundum Ioannem versibus heroicis: cum ms. cod. Pal. collata; breuibus notis illustrata; verborum indice aucta; rectius aliquot in locis versa. Opera Frid. Sylburgii, Veter. In notas coniecit et V. L. codicis et suas coniecturas, tam illos XXXVIII. versus, quos Bordatus in cap. VI. inseruerat, sed neque cod. Palat. habet, neque Nonni stilum referre ait Sylburg.* — Stephan. edit. a *Maittario* A. T. III. pag. 773. plenior titulo refertur: *Homerici Centones et Probae Falconiae Centones Virgiliani; Vtrique in quaedam historiae sacrae capita scripti; Nonni paraphrasis euangelii Ioannis graece et latine;* excud. Henr. Stephanus. 1578. 12. In epistola nuncupatoria, cuius partem idem Maittaire excudi fecit in nota d. ait Stephanus, se Nonni poemati adposuisse *Erhardii Aedenecii* (sic) interpretationem, paullo fortasse meliorem aliquot in locis factam. *Harl.*

[C] 3. Cum versione Bordati et Hedenecii, sed a *Francisco Nansio* emendata, et perquam utili instituto additis e regione graecis Iohannis, euangelistae, verbis, versiculorumque numeris. Lugd. Bat. 1589. 8. apud Franciscum Raphelengium. Hic Nansius praeter versus LXVIII., a Bordato additos, ipse ex ingenio suo interseruit versus 369. vncis inclusos vel minori caractere expressos. Notas etiam eruditas et castigationes addidit, atque in his *Madriani Lunii* pauculas correctiones, quas editioni Hagengensi a. 1527. manu sua ille adscripserat. Curas secundas in Nonnum Nansius edidit sexagenario maior a. 1593. 8. In bibl. Petrii Francii V. C. fuit Nansii editio cum MSS. Sopingii emendationibus. *Fabr.* Nansius in praef. de edit. antecedentibus iudicauit, et notis suis peculiarem praefixit inscriptionem. Is quamquam in titulo gloriatur, paraphrasin antehac valde et corruptam et mutilam, nunc primum emendatissimam et perfectam atque integram comparere, et in notis multa non vulgaria tractari ac varios auctorum locos corrigi aut illustrari, et a quorundam *παράδοξα* vindicari, atque editio ipsa haud parui est aestimanda: tamen et alii critici multa in ista desiderarunt, et ipse Nansius tum in *curis secundis*, in quibus, ait, quaedam a nemine hactenus obseruata notantur in alios etiam auctores, addidit multa, (vt *Baumgart.* *Nachricht.* I. c. p. 115. sqq.) tum in scrip-
tis reliquit. In biblioth. enim *Leidensi* est non solum exemplar edit. 1589. cum mstis adnotationibus *Ant. Amilii*, vid. cat. pag. 60. sed etiam pag. 336. inter MSS. et cum MSS. collatos Graecos nr. LIII. enumeratur opus octo voluminibus constans, in quo insunt: „Panopolitani versio poetica euang. secundum Ioannem, græc. et lat. per Io. Bordatum, Paris. 1561. quam contulit cum aliis edit. correxit et vehementer auxit *Fr. Nansius*. Alterum exemplar eiusdem edit. et eodem chirographo. Item paraphra-
sis

sis eadem scripta a Fr. Nansio; eiusd. notae in eam editae Lugd. Bat. 1589. sed correctae et auctae manu eiusdem. Praeterea aliud volumen, continens curas secundae Nansii, quod typos exercuit. Item emendanda et mutanda et addenda similiter. Idem index in N. et notas gr. ac lat. Item *Thomas Peotifi ex Viana* rhapsodiae ad eiusdem Nonni tria priora capita. Denique crassissimum volumen, cui inscribitur; Fr. Nansii in Nonni paraph. euang. Ioan. iam primum suo nitori restitutam et CCCLXIX. versibus auctam. — In cat. bibl. *Bernensis* tom. I. citatur, num recte? nescio, edit. paraph. gr. et lat. edente Fr. Nansio, Plankin. 1599. 8. *Hart.*

[— Paraphr. ab *Erh. Hedenecio*, gr. lat. Lipsiae 1604. 8. — Eadem gr. lat. Lugduni 1620. 12. in Pinelli catal. II. p. 288. nr. 4305. et 4306.]

In cat. *Ashaw.* p. 96. occurrit: *Nonni paraphr. euang. Ioann.* gr. lat. cum animadversis P. Curaci; D. Heinsii diss. de Nonni Dionys. et Ios. Scalig. coniectura (sic.) Hanov. 1610. 8. Sed vereor, ne confusus sit titulus cum edit. illius anni Dionysiacorum. *Hart.*

4. Ingolstadii a. 1614. 8. [rec. in bibl. patrum, Par. 1644. tom. XIV.]
5. Cum notis *Nicolai Abrami*, S. I. Paris. apud Sebast. Cramoisy, 1623. 8.
6. Inter alios poetas christianos, in adpendice ad bibliothecam patrum Bigneana. Paris. 1624. fol.
7. Cum *Danistis Heinsii* Aristarcho Sacro, quae Nonni Metaphrasin censurae, paullo quidem, ut mihi videtur, acerbiori submisit. Lugd. Bat. 1627. 8. Aristarchus sacer, omissa ipsa Nonni Metaphrasi, subiectus etiam legitur *exercitationibus Heinsii in nouum foedus*, ibid. 1639. fol. ex officina Elzeviriana. Apologiam Metaphrascos Nonnianae aduersus Heintium scripsit singulaque ipsi obiecta breuiter diluere conatus est *Caspar Vrsinus*, Islethensis, in Nonno rediens, Hamb. 1667. 8. [add. *Baumgart. Nachricht.* I. c. pag. 119. sqq. *Hart.*]

IX. *Iohannem Grammaticum Gazaeum* in *ἐκφράσεις**) tabellae uniuersae, insistere Nonni vestigiis, *Ianus Rutgerus*, qui illam graece edidit [ex cod. Scaliger. qui exstat in bibl. Leid.] obleruat. lib. II. cap. 7. Var. Lect. Quo autem tempore vixerit, nullis argumentis diuinare potui, nisi quod Nonno, quem non multo post Theodosium floruisse constat, posteriorem fuisse, vel ipsum carminis exordium euincit. Non enim in eo elocutio tantum, et ea, quam Graeci vocant *ἵννοισιν*, tota Nonni est, sed ne a familiaribus quidem ipsius verbis sibi temperare potuit -- Quin et integros nonnumquam ex eo versus sumpsi, qualis ille:

Ἰησοῦν ἀνορθῶν αὐτὸς οὐρανὸν ὀψιζῶν ἱερῶν.

Quam

a) Constat versibus heroicis 701. *Rutgerus* variae lect. prodierunt, Lugd. Bat. 1618. 4. [Titulum: *ἡ ὑψιστὴ καὶ ἀσώφρων ἀνθρωπίνου τοῦ ἰσχυροῦ καὶ ἰσχυροῦ*, scripsit Fabr. in Addend. ad vol. III. ad pag. 87. (siue in hac n. edit. vol. IV. pag. 171.

S. XX. ubi memorari debuerat,) notauitque, versibus eam constare 726. iambicis, et *Barthium* ad Guil. Britonem pag. 747. animaduertisse, eam descriptam esse versibus paene Nonniacis. *Hart.*

Quam nimis familiarem licentiam vniuersis ἀπονομιμαὶ Phaleras μεταδόντων vocat. Nonno tamen castigatior ac tersior est.

[P] XV. Solet etiam ad hunc Nonnum, velut auctorem, referri Commentarius siue collectio et expositio historiarum fabularumque ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΚΑΛ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ in Gregorii Nazianzeni Orati. 9. *scilicet Staleuticas duas adversus Iulianum, Augustum, τὸν παρὰ Βάττην, iam defunctum*. Graece ex codice bibl. Vindobonensis edidit Rich. Montacutius, Etonae 1610. 4. vt supra in Greg. Nazianzeno dictum. Latine tantum ex versione Jac. Billii, qui codice bibl. Remensi vsus est, prodierunt in latina Paris. 1570. fol. et graecolatinitis operum Nazianzeni editionibus, Paris. 1609. et 1630. et Lipsiae 1690. fol. Ad verbum quaedam ex illo, licet non nominato, subinde profert Suidas, vt in Μαργεία, Μίθρ, et alibi, quod Neocoro pulchre notatum. Ceterum vir doctissimus Rich. Bentleius iudicat, commentarium hunc Patri Nonni, vt Billius edidit, siue Nonni Abbatii, vt in Catalogo MSS. bibl. Scorialensis exhibet in calce Apparatus Sacri Possevinus, ob nonnullas hallucinationes et in rebus, quas Nonno, poetae, perspectissimas fuisse docet, lapsus, illo esse indignum; praecipue quum in codice Vindobonensi, vt ex Montacutii edit, pag. 127. et Lambecio tom. III. de bibl. Vindob. pag. 207. [pag. 452. sq. ibique Kollar.] apparet, nullum auctoris nomen exstet, et commentarius hic ad Maximum quemdam referri videatur a Iohanne Tactico Chiliad. IX. v. 865.

Παπὶ τῷ λέγοντι χρομὲ τὰς Θερταλὰς τὰς Ἰνκὰς

Μέμνηται μὲν καὶ Μάξιμος ἱστορίαν τοῖς λόγοις

Ἄς ἱστορίας ἔγραψε Γρηγόριος ὁ μέγας.

Ἔπος δ' αὖτε ἐστὶν ὁδογραφία τῶν τῷ χρομὲ ἐξήμελων.

Vide laudati Bentlei dissertationem de epistolis Phaleridis etiam anglice Londini a. 1699. pag. 24-26. Ceterum in Nonni commentario equarum Thessalicarum quidem ali-

Hhh h 2

quam,

e) Vide supra in h. vol. pag. 429. sq. 409. not. II. 432. et p. 389. Oudin. l. c. pag. 647. — Add. codd. citatos in cat. codd. Vindob. Nesselstano, gr. in part. I. p. 199. cod. CXX. nr. 2. et 3. p. 219. cod. CXXVI. nr. 55 — 57. — p. 216. cod. CXXX. nr. 3. — pag. 347. cod. CCXLVII. nr. 8. Conf. Lambec. comm. III. p. 454. cod. LXXIX. nr. 54 — 57. ibique not. Kollar. — p. 505. sqq. cod. XCIX. nr. 9. cum nota Kollar. et cod. C. nr. 9. etc. — item in codd. gr. bibl. regiae Turinensis VIII. nr. 2. collectio s. explanatio historiarum, quarum meminit Gregorius Theologus in orat. in sancta lumina, ex quo confector cat. codd. gr. Taur. pag. 71 sqq. magnam partem gr. exscripsit cum versione lat. In eod. cod. nr. III. collectio et enarratio historiarum, quarum memi-

nit Gregorius in funebri laudatione Magni Basilii; sed interiit magna pars illius opusculi; denique nr. 4. collectio et explanatio historiarum, quarum meminit Gregor. in prima et secunda oratione in Iulianum, quod opusculum in cod. haud perfectum, quoad differat ab edit. et interpretatione Billii, idem in mem. cat. p. 72. sq. monstratur. — Vindob. in cod. CXC. nr. 7. secundum Nessel. cat. part. IV. p. 108. est Nonni narratio historica de morte Homeri, a Gregorio Nazianz. in scriptis suis memorata. — De loco quodam (Dionys. libr. XLIII. pag. 1134. v. 32. ed. Hanou.) v. criticas Wernsdorfii atque Kinderlingii animaduers. in Lips. A. L. Auz. a. 1800. nr. 164. et 165. Harl.

quam, at nullam reperio *ἡγεμονίᾳ* illius, a Tzetza memorati, mentionem. Et constat, quod praeter Nonnum Maximus, confessor, loca difficilia Nazianzeni-illustranda sibi sumsit, ut fecerunt etiam Elias Cretensis, Basilus Caesareensis, (magno illo iunior,) Nicetas Serronius, Mich. Psellus aliique. Prodierunt *Maximi* scholia in Nazianzeni locos difficiles cum latina versione *Iohannis Scoti Erigenae*, Oxon. 1681. fol. ¹) et a Nonni commentariis diuersissima sunt. Ceterum quicumque iste fuerit *Nonnus*, siue noster ille, siue a Panopolitano nostro, ut doctissimo viro libenter largior, diuersus, [P] non contemnenda quaedam nec lectu iniucunda ad Nazianzenum illustrandum adnotasse, aequis aestimatoribus videbitur. *Dionem*, commentatorem, *ὑπομνηματογράφον*, citat hist. XXXVII. *Aristaeneti*, rhetoris, meminit hist. XXXII. ad orat. 2. Alexandriae se fuisse testatur hist. XXXIII.

XVI. Nonno subiungam GEORGIVM^a), PISIDEM, a patria dictum, magnae ecclesiae CPolitanae diaconum chartophylacem^b) atque referendarium, quem nonnulli male con-

^a) Vide supra in h. vol. p. 430. *Harl.*

^b) In MSS. nomen diuersimode-scribitur: *Πισίδας*, *Πισίδης*, *Πισιδας*, *Πισιδης*, atque eos, qui Pisidiā patriam habebant, Stephanus Byz. quoque testatur *Πισιδας* et *Πισιδης* adpellari. *Fabr.* Plura de Georgio Piside narrant *Ioff.* de histor. gr. II. cap. 23. p. 219. et de poetis graec. cap. IX. p. 82. *Caue* in hist. litt. script. eccl. tom. 1. ad a. 640. — *Gudin.* in comment. de SS. eccl. ad a. 640. tom. I. p. 1613. Iqq. qui ipse propositus, se *Leonis Alstati* narrat. de Georgio, Piside, in diss. de Georgiis et eorum scriptis, pag. 308 — 312. edit. regiae contraxisse. — *R. Ceiller* Hist. gen. des Aut. eccl. tom. XVII. p. 532. — *Hamberger.* 2. Nachr. III. p. 488 fqq. qui post a. 640. collocat Georgii Pis. aetatem. — *Saxius* in *Onom.* II. pag. 74. qui a. 630. eum floruisse notat, et in *Anal. ib.* pag. 541. laudat *Moshm.* institut. hist. eccl. saec. VII. part. 2. cap. II. §. 5. *Harl.*

^b) *Referendarium* vocat Nicephorus XVIII. 48. et codex MS. apud *Lambec.* V. pag. 19. *Fabr.* I. pag. 44. ed. Kollar. de cod. caesar. CCIX. in quo nr. 7. est *Γεωργίου Πισιδίου καὶ Περσέδου πρὸς τὸν Ἰσχυρίαν*. Sed definit in loco de verminibus sericis. Praeter ea in eod. vol. V. p. 221. fqq. cod. CCXLI. continet *Ioannis, patriarchae Antiocheni, eclogas asceticas* ex variorum scriptorum eccl. in his *Georgii Pisid.* opp. desumptas. — In cod. XLVIII. nr. 1. est poema de sex dierum opificio mundi, infer. τὴν οὐρανὴν

Κυβήτῃς Γεωργίου καὶ Πισιδίου κατὰ ζῶον. Plura v. in *Lamb.* comm. VI. part. II. p. 367. sq. — Fragmenta ex illo poemate sunt in expositione Psalmi C. ab anonymo ex pluribus scriptoribus collecta, in cod. CLXXXVIII. nr. 22. v. *Lamb.* IV. pag. 457. sq. — *Monachii* in cod. Bauar. elect. LI. *Georg. Pisidas* versus iambici in hexaëmeron. v. cat. codd. gr. p. 14. et in cod. *August.* Vindel. teste *Reisero* in indice MS. bibl. August. p. 7. — *Appentiae* in cod. Laurent. X. nr. 7. plut. 5. in quo scriba plures versus hinc inde omisit: quare in eo sunt tantum versus 1427. Sed accedunt quinque mendosi versus, qui desiderantur in *Leclii* ed. inter poetas veteres, tom. II. p. 241. et 2 *Bandin.* in cat. codd. gr. I. p. 23. sunt editi. — In cod. X. nr. 65. plut. 5. reperiuntur *ἑξὰς τὴν Πισιδίαν* ad regem quendam. v. *Bandin.* l. c. p. 28. — *Parisi* in bibl. publ. versus in hexaëmeron in eod. DCCCLIV. nr. 30. — MCCCLXXVII. nr. 11. — MCCCII. nr. 22. — MMDCCCXXXI. nr. 6. et eiusdem (vri in cat. codd. Par. II. p. 558. dicitur, sed *Georgii Pisidas*, episc. *Nicomediensis*, esse videtur. v. cat. codd. gr. *Taurin.* pag. 218. fol. 160. cod. CXV.) carmina in deiparam et S. Thōmam aliosque, nr. 5. — et MMDCCCLXXI. nr. 1. — in cod. MDCXXX. nr. 76. *Georgii Pisidas* iambi de vita humana: sequuntur nr. 77 — 79. versus heroici de eodem argumento; iambi in templum, quod est in Blachernis, et epigrammata in Dauidem, in Theologum, in horologium et in legum synopsin; sed quia nomen auctoris non additum est in cat. codd. bibl. Paris. II. pag.

confundunt cum Georgio¹⁾; qui sub saeculi noni extremum ex chartophylace CPol, factus est archiepiscopus Nicomediensis. Pisides circa a. C. 630. floruit, neque plura eius edita hactenus sunt, quam haec tria: [n. aetate Fabricii: postea plura lucem viderunt vt statim declarabitur. *Harl.*]

1) Ἐξαήμερον ἢ Κορυμβογία, de mundi opificio carmen iambicum versibus 1880. sine uestigiis mutilum, etsi *Snidas* testatur, ter mille olim constitisse, et *Labbeus* pag. 385. bibl. nouae MSS. ex catalogo Scipionis Tettii memorat Pisidae Cosmopoeiam versibus ter mille. In MSto autem Vindobonensi, cuius meminit *Lambecius* VI. pag. 162. [pag. 367. Kollar.] graecum scholium ad versum 1815. notat, his verbis ad Heraclium, imp., respici, qui rebus praefuit ab a. C. 610-640.

Καὶ δὸς τὸν ἐκ σὲ προσλαβόντα τὸ κράτος
τὸν κοσμορῦσιν, τὸν διώκτην Περσίδος,
Μᾶλλον δὲ τὸν σώσαντα καὶ τὴν Περσίδα,
Ὅλον κρατῆσαι τὸν ὕφ' ἡλίον τόπον.

Hhhh 3

His

pag. 378. num. ea omnia quoque ad Georg. Pisid. pertinere, deesse non auiam — *Homilia* in b. Virginem in passionem, in cod. MCCVII. sed illius auctor est *Georg. Pisid. episc. Nicomed.* — Sub nomine *Cyrilli Alexandrini* in codd. MMDCCLV. et quatuor aliis, (v. indic. ad vol. II. voc. Georg. Pisides,) est poema iambicum de animalium et plantarum proprietatibus sed id habere auctorem Georgium Pisidem, iam paullo post monuit Fabric. et adnotatum quoque est a confectore cat. Paris. eodd. Immo vero ad cod. MMDCCLXIII. additur p. 566. cat. observatio, adnotatum esse ab Angelo Vergetio, (cuius manu elegantissima ille cod. exaratus esse dicitur,) in compluribus vetustis codd. non *Cyrilli*, sed *Georgii Pisidae* nomen comparere, et ad marginem illius exemplaris nonnullas occurrere *Vergetii* emendationes. *Leidae* in bibl. publ. inter codd. Vossian. sec. catal. illius bibl. p. 396. nr. 26. vbi sic iudicatur: „*Georgii Diaconi, Pisidae* de τὴν κορυμβογίαν quod fatetur eadem rubrica, in aliis exemplaribus dicitur *Cyrilli magni* εἶχοι ἱερατικοί, τὸ μεγαλύτερον τῆς δυνάμεως τῆ θεῆς ἐν τῇ τῷ παντὸς κτίσει ἐκδηλοῦντες πρὸς θεοσεβίαν τοῖς ἀναγιγνώσκουσιν. Στίχοι σχελιασμοὶ εἰς τὴν πρῶτον.“ — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCIV. carmen in *Hexaemeron* — in cod. CCCLX. sunt *Γεωργίου Διακόνου* — καὶ Περιερκενδρὸς τῆ Περσίδος εἶχοι σωλῆ: καὶ εἰς τὸ ἑξαήμερον τῆ μεγάλης βασιλείας. Eius-

dem de vanitate vitae et aduersus superbos, et eiusdem *versus de Christi domini nostri resurrectione*: quod postremum carmen latuisse hactenus eruditos omnes, Oudinum etiam, Caueum et Fabricium, ait confector cat. codd. gr. *Tautin.* pag. 485. Sed editum est in noua edit. f. *Aspend.* — Infra in vol. X. pag. 482. in indice vult. cod. Aut. Ephesi, nr. XXXIX. *Ge. Pisidae* de vita humana et contra superbos, et carmina iambica et programma ad Christum. *Harl.*

2) Hunc errorem suum agnouit Combefisius ipse in bibl. concionatoria, in qua sermones *Georgii, Nicomediensis*, quos graece et latine tom. I. Auctarii noui dederat, exhibet latine plerosque ex interpolata, nonnullos etiam ex noua sua versione. Huius etiam idiomelatria pag. 1135. et 1222. auctarii noui Combefisius utraque lingua vulgavit, vnde ei locus inter graecae melodios ecclesiae, de quibus *Vrbani Godfridi Sibri*, ecclesiasticae et antiquitatum eccles. professoris Lipsiensis dignissimi, commentarium auide expectamus. Vide etiam *Allatium* de *Georgiis* pag. 339. qui praeterea de *Georgio Piside* multa pag. 308. seq. interque alia ex Mich. Pselli epistolis, quod *Pisidiam* siue minorem *Antiochiam* patriam habuerit, et in carmine iambico nemini facile cedat, ita vt essent, qui rogarent: τίς μικρὰ κράττον, ὁ Εὐρωπαϊκὸς ἢ Περσίδης;

[P] His vero vers. 1839. ad patriarcham CPol. Sergium, qui fuit ab a. 610-639.

Ὁ Πατριάρχης ταῦτα πράζει καὶ λέγει
Καὶν ἐστὶν ἰχθυόφωνος ἐξ ἀσπίδας etc.

Quod porro versu 50. seq. in Proclum, philosophum, inestitur, quoniam aeternum scilicet ille mundum statuit: hinc nequitiam verisimile est, Iohannem Philoponum sub recto Procli nomine a Pisidia argui, ut, nescio quomodo, in mecum venit praestantissimo Caueo, quum Philoponus praecclaro opere Proclum confutauerit, mundumque aeternum non esse, aduersus illum euicerit. Habeo Pisidae opus, sed sub falso *Cyrilli Alex.* nomine editum graece Romae 1590. 8. *) una cum Nazianzeni quibusdam carminibus, hymnisque Synesii hoc titulo: τὰ ἐν ἁγίοις Πατέρες ἡμῶν Κυρίλλῳ Πατριάρχῃ Ἀλεξανδρείας πρὸς ζῶν ἰδιώτην καὶ Φυτῶν, διὰ τῶν ἱαμβικῶν. Additur tunc primum, in lucem edit. a *Hieronymo Brunello*, S. I. qui id a Confaluo Ponce de Leon acceperat descriptum ex bibliotheca Guil. Sirleti, cardinalis. Sed quamuis Cyrillo etiam tribuatur in codice Naudaeano, cuius meminit *Labbeus* in bibl. noua MSS. pag. 123. et in alio regio *) apud eundem pag. 133. tamen non magis est Cyrilli, quam tunc primum lucem vidit: nam quinque annis ante iam sub vero Georgii Pisidae illud vulgauerat *Federicus Morellus*, Federici F. descriptum ex eodem Sirleti codice, et Sirleti etiam dicatum, addita latina iambica versione, breuibisque calligationibus Paris. 1585. 4. **) Hinc Morelli editio recusa Heidelbergae apud Commelinum 1596. 8. Exstat etiam in corpore poetarum graecorum tragicorum, comicorum, lyricorum et epigrammatariorum, quod graece et latine prodiit Geneuae 1614. tom. II. p. 241. et in appendice bibl. Patrum Bigneana, Paris. 1624. [a. 1634. infra pag. 726. vet. ed. notatur] fol. p. 387. et tome XIV. bibl. patrum Paris. a. 1644. 1654. [add. cat. bibl. Leid. p. 65.]

a) Elc

k) Vide supra p. 597. in hoc vol. *Harl.*

l) Immo in V. codd. v. nobil. eodd. *Harl.*

m) In anni nota variatur. Nam in cat. *Biblioth. nau.* tom. III. vol. I. pag. 105. anni nota est quoque 1585. et inscriptio libri haec est: *Georgii Pisidae opus sex dierum*, seu mundi opificium, poema; eiusdem *senarii de vanitate vitae*. Omnia nunc primum graece in lucem edita, et latinis versibus eiusdem generis expressa per *Fed. Morellum*, cum fragmentis ex *Stida* et aliis. Lutet. ap. *Fed. Morellum*. 1585. 4. — cum eiusdem anni nota in *Maittaire* A. T. III. pag. 791. qui vero animaduertit, in nonnullis exemplaribus a. M. D. LXXXIV. scriptum esse, atque hunc annum 1584. prae se ferunt exemplaria in cat. bibl. *Leidens.* pag. 244. — in cat. bibl. *Pinell.* tom. II. pag. 294. n. 4349. et ap. *Hamberger* l. c. Ipse *Mor.* scr. praefat. a. M. D. LXXXIV. Cal. Sept.

Maitt. in not. b. partem praefat. *Morell.* recudi fecit: ex qua adparet, discrimen esse quoddam inter edit. *Morell.* et *Commelin.* a. 1596. 8. quae est repetitio prioris, et eandem habet inscriptionem, omisso voce *nunc primum*. Sed in praef. *Morellus* scribit, se varias lectiones et notas non superuacaneas ad oram libri adscripsisse. Contra in ed. *Commel.* quam habeo, omissa est et dedicatio et praefatio *Morelli*, tum ante textum pag. 8. sqq. separatim positae sunt variae lectiones atque coniecturae; et pag. 11. sqq. interpretis scholia, et utae. — Repetitio autem primae edit. esse quoque videtur ea, quam *Maittaire* l. c. pag. 873. memorat sic inscriptam: *Georgii Pisidae*, diaconi et referendarii CPolitanae ecclesiae, *opus sex dierum*, siue mundi opificium; et *de vanitate vitae*: graece. Paris. ap. Cl. *Morel.* 1618. 4. — Nouissimam edit. postea memorabo. *Harl.*

2) Eis τὸν μαύτατον βίον *de vanitate vitae*. carmen iambicum in versu 261. desinens, posteriore poematis parte deperdita. Hoc etiam iambis latinis reddidit et cum Cosinopoiea edidit Morellus, recensum deinde Heidelbergae, Genevae ac Parisiis.

3) Eis τὸν ἐν Βλαχέρναις ναόν, in templum deiparae CPoli in Blachernis situm, iambicum carmen duplex graece editum a Cangio notis ad Zonaram pag. 65. seq. qui de Blachernis et templo illo videndus, in [P] CPoli christiana lib. IV. pag. 83. seq. Quoniam vero breuia sunt, et in omnibus [superioribus] Pisidae editionibus, desiderantur, ea hoc loco referre placuit cum mea versione, licet graece et latine legantur etiam in *Anselmi Bandurii imperio orientali* lib. VII. p. 177.

Εἰ φοβερὸν ἐν γῇ τὸ θεῶ ζήτῃς θρόνον,

Quaeris tremendum ꝑ̄ DEI in terris thronum,

Ἰδὼν τὸν οἶκον θαύμασον τῆς παρθένου.
Ἡ γὰρ φέρεται τὸν θεὸν ταῖς ἀγκάλας
Φέρεται τὸν αὐτὸν εἰς τὸ τὸ τάπερ σέβας.
5. Ἐνταῦθα τῆς γῆς οἱ κρατεῖν τετα-

Vide atque templum hoc admirare Virginis:
Nam quae DEVM gestavit amplexu in suo
Augusto eundem fert in hoc magnum loca.
5. Hic iura terrae ponere quibus est datum

τα σκήπτρα πεινῶσι τῆς κίτης ἔχον.
Ἐνταῦθα πολλὰς κοσμικὰς περιελάσας
Ὁ Πατριάρχης ἀγρυπνῶν ἀνατρέπει.
Οἱ Βάρβαροι δὲ ὑπερβαλόντες τῇ πόλει
10. Αὐτὴν κρατερῶς ἤσαν ὡς εἶδον μοῖον

Habere sceptrum se putant victricia,
Hic mundiales plurimos casus procul
Avertit usque patriarcha peruvigil.
Vrbique nostrae comminantes *) barbari
10. Modo hanc viderunt duditantem exitum,

Ἐκαμψαν εὐθὺς τὰς ἀκνῆας ἀνέχοντας.

Rigidas retro flexere ceruices statim.

Α Λ Λ Ω Σ

Ἐδεῖ γὰρ δευτέραν θεῶ πύλην
Τῆς παρθένου τὸν οἶκον ὡς καὶ τὸν τοῦτον.
Κηρωτὸς ἄφθνη τῆς πρὶν ἐνδεύεσθαι
15. Οὐ τὰς πλάκας φέρεται τὰς θεο-

DEI potentis porta debuit altera
Vt portus esset sic quoque aedes virginis,
Haec arca vetere adparuit diuinior
15. Quae non tenebat tabulas scriptas

ἀλλ' αὐτὸν ἔνδον τὸν θεὸν δεδεγμένη.
Ἐνταῦθα κρηνοὶ σαρκικῶν καὶ ψυχικῶν
καὶ ψυχικῶν λυτρώσεως ἀγνοημάτων.
Ὅσαι γὰρ εἰσι πρόσβολαι παθμάτων
[P] 20. Βλύζει τὰς αὐτῶν δαρεῖς τῶν θά-

Sed Nomen intus ipsam, quae recuperat.
Hic ablucendis carnis fontes sordibus
Et mentis expiationes criminum,
Quot namque cui calamitates accidunt,
20. Miraculorum ibi scaturit dotibus.

*) Aures & Pisida intelliguntur.

Ἐνταῦθα νικήσας τὸς ἐναντίους
 Ἀνείλεν αὐτοὺς ἀντὶ λόγχης εἰς ὕδωρ.
 Τροπὴς γὰρ αἰκλιῶσιν ἐκ θυμοῦ μόνη.
 Θεὸν τιμῶσα καὶ κλονεῖσα βαρβάρους.

Hic illa viditque hostium vires domans
 Teli loco undas usa eos pessumdedit,
 Nec enim vicem fugae experitur sola quae
 Daum generavit, et fugavit barbaros.

Inedita [quondam] Pisidae scripta.

4. Εἰς Ἡρακλεῖον τοῦ βασιλέως, de laudibus Heraclii libri duo versibus iambicis. Hos habuit Claudius Maltretus et cum versione sua editurum se promisit praef. ad Procopium. [V. supra, vol. VII. p. 529. et Oudinus l. c. l. p. 1616. Harl.] Meminit Suidas.

5. Εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον de bello Heraclii adversus Persarum regem, Chosroem, ab a. C. 1622 - 1630. gesto *) libri tres itidem, iambicis versibus. Meminit praeter Suidam Tzetzes Chiliade III. versu 54. sed versus exinde nullos profert, licet hoc scribat Allatius. Iambi enim, quos eodem loco subiungit, Allatiusque pro more illius poetae elegantissimos vocat, Tzetzae ipsius sunt, non Pisidae. Etiam hoc opus habuit et cum versione edere Maltretus voluit. In hoc bellum profecturum Heraclium Pisides his versibus omnino caussa prosequutus est; qui apud Codicum leguntur:

Μαυροβόας στίλβεν εἰλημένης πόδος
 Βάψας ἑνὸς Περσικῶν ἐξ ὤμων.
 Qui nigricantem calceum inducis pedi
 Cruore tinger subitumque Persico.

6. Ἀβαρική, Avarica siue de bello Avarico ad muros urbis Constantinopolitanae a. C. 626. liber unus. Male in editionibus Suidae prioribus excusum Ἀβαρική καταλογαδή. Nam et Avarica iambis scripta sunt, et vocabulum καταλογαδή ad sequentia apud Suidam referendum, vti doctissimus Küstlerus probe observavit. Etiam hunc librum Pisidae MS. habuit atque edere voluit Maltretus.

- [C] 7. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μαρτυρῶν Ἀναστάσιον Encomium martyris, Anastasi, καταλογαδή, siue profa. Suid. Hoc MS. fuisse in bibl. Antonii Augustini testatur Allatius, de Georgiis p. 310. In MS. Parisiensi Suidae non εἰς τὸν μαρτυρῶν Ἀναστάσιον legitur, sed εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον, male, intelligitur enim Anastasius, Persa, de quo Surius et Acta sanctor. 22. Ianuarii. Fabr. v. etiam in vol. IX. pag. 53. inter elogia et vitas Sanctorum. Florent. in cod. Laurent. cod. XIV. nr. 16. plut. 9. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀθλήσεις τῷ ἁγίῳ καὶ ἐνδόξῳ ὁσίου μαρτυρῶν Ἀναστάσιῳ, τῷ μαρτυρῶν αὐτοῦ ἐν Περσίδι, συγγραφεύσῃ πρὸς τὴν Πισίδα. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. I. pag. 412. — In eod. Taurin. supra in notitia MSS. codd. memor. sunt versus Pisidae de Christi resurrectione.

Omnia

*) Vide Nicephori Hist. breuiarium pag. 44. sq. edit. primae, [Parisi. 1616. 8. et Petavii not. pag. 43. sq. Harl.]
 p) Vide Chron. Paschale pag. 392.

Omnia haec opuscula olim tam edita tum non edita aliaque iunctim in lucem sunt prolata in *Historiae Byzantinae nova adpendice, opera Georgii Pisidae, Theodosii diaconi et Corippi Africani complectente*, gr. et lat. et cum notis, edit. a Petro Franc. Fogginio. Romae 1777. fol. nr. I-X. vid. supra in vol. VII. pag. 533. Editor autem est Querci, ut patet ex inscriptione peculiari:

Georgii Pisidae de expeditione Heraclii contra Persas, acroases tres; eiusdem bellum Abaricum; eiusdem hymnus *Acathistus*; eiusdem in sanctam I. C. domini nostri resurrectionem; eiusdem Heracliadis acroases duae; eiusdem Hexaëmeron s. de opere sex dierum; eiusdem de vanitate vitae, idem contra *Senarium*; eiusd. enormium in Anastasium, martyrem; eiusdem Senariorum fragmenta. Quae omnia versibus descripta, ex MSSis collegit, emendavit et latine vertit notisque illustravit Ios. Mar. Querci, Florentin.

Georgio Pisidae a Q. Septimio Florente Christiano, male tributum esse Empedoclis carmen de Sphaera, iam observatum est supra in vol. I. p. 314. sq. Harl.

Singulare poema *adversus Io. Philoponum* a Pisida scriptum non crediderim, sed ex Nicephoro XVIII. 48. et Niceta Choniata lib. X. thesauri orthodoxae fidei adversus Monophysitas nihil aliud colligas, quam eum tribus hisce versibus Trithemium Philoponi, et computandi in diuinis temeritatem perstrinxisse:

Ὑπὸ ζῆτα, δῶτον μίαν τε καὶ μίαν.

Εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν.

Γέλως τὸ λέχθ' ἐν γλυκείῃ καὶ παιδίῳ.

Unam ille protinus et iterum unam comptabat,

Sed unam et unam si modo unam dixeris,

Risum mouere dicto etiam pueris potes ?

De *Chronico Paschali*, quod vulgo Alexandrinum vocant, atque ad Pisidem veluti auctorem sine causa nonnulli retulere, satis a me dictum volumine superiore. Fabr. pag. 449. sq. add. in primis ibid. p. 472. sqq. adnotata. Harl.

MANVEL PHILES, Φιλῆς, Ephesius ?), ab Eumolpo Philé ?), Iohanne Phile ?), Theo-

g) Conf. infra in vol. IX. pag. 367. de Io. Philoponi scriptis ineditis etc. Harl.

r) *Ephesium* vocat codex Scorialensis. *Maquelem* codex regius Paris. MMCCXVII. alitque. Vide Cotelierum tom. III. monument. ecclesiae graecae pag. 675. In catalogo instorum graecorum Seguerianorum pag. 33. memoratur *Phile* sapientis historia animalium versibus iambicis, cum animalium figuris, quae coloribus expressae sunt, manu Angeli Vergetii scriptus. Fabr. Aliis

Vol. VIII.

Phile dicitur. v. Bochart. praef. Hieroz. p. 73. et 80. item in eius indice auctorum. Heum. — De Phile conf. *Tausi* hist. litter. Scriptor. eccl. II. p. 536. ad a. Ch. 1290. — *Oudin.* comment. de scriptt. eccl. III. pag. 841. sqq. qui eum claruisse iudicat ab a. circ. 1280. ad a. 1330. et ultra, sub imperiis Manuelis Palaeologi atque duorum Andronicorum, senioris ac iunioris Palaeologorum, usque post Georgii Pachymeris obitum; vnde vitam longam duxisse illum concludit. —

liii

Dorville.

Theodoro Phile"), et Michaële Phile") distinguendus, [C] floruit circa tempora Michaelis Palaeo-

Doruill. *Ἰστὺον* in iambicum Philae de Nautilo, in Miscell. obsl. in auctor. vett. vol. II. tom. III. pag. 425. sqq. Is autem operose demonstrare fuitiuit, Manuelem Philam circiter a. 1320. natum, iuuenemque innotuisse Maximo Planudio iam senescenti, quem a. 1353. diem supremum obiisse ait, ac proinde Philam floruisse sub Io. Cantacuzeno, imp., et Manuele Palaeologo, qui anno 1419. imperium amiserit, quin eidem imperatori Manueli carmen de animalibus dedicasse, quod etiam in meinbris id opusculum dedicatum conspiciatur CPolitano imperatori, *Manueli* Palaeologo iuniori. Sed *Wernsdorf.* in praef. ad suam edit. clare docet, Doruillium errasse, et Manuelem scripsisse pro Michaelē, negatque, fieri potuisse, ut Philes Manuelis Palaeologi imperium viuendo adtgerit. Idem refutat sententias et rationes Canei atque Oudini, et duce historia ipsoque Phila, hunc, doctē epistolaeque demonstrat, floruisse ineunte saeculo XIV. sub Andronicis Palaeologis, natum circiter a. 1275. et circiter a. 1340. fato functum: in illud temporis spatium consentire omnia, quae de eo relata legitur. „Magistro, ait *Wernsdorf.*, Pachymere visus fuit CPoli, aeniente saec. XIII. Carmen de animalibus scripserit forsan a. 1310. idque dedicavit, ut rectissime vidit *du Cange* in notis ad Nicephorum Gregoram lib. VII. pag. 735. et Fabricius, (nostro loco,) Michaeli iuniori Palaeologo etc.“ Is fuit filius nati maior Andronici senioris ex Anna Hungarica, atque a patre iam a. 1295. in imperii societatem adscitus; sed mortuus ante patrem a. 1321. Cetera carmina Phile infra a. 1300. et 1336. confecit. Denique convenire, contendit *Wernsdorf.* cum suis temporum rationibus aetatem *Maximi Planudis*, cuius epistolam ad Philem *Doruillius* exhibet in Obsl. misc. l. c. pag. 446. sq. qui pag. 429. sq. ope illius suam quoque firmare voluit sententiam. Ex illa tamen epistola non posse graduum aetatis inter Planudem et Philem aestimationem admodum perspicue intelligi, iudicat cl. *Saxius* in Onomast. II. pag. 348. vbi p. 347. Philae aetatem adserit a. Ch. circ. 1315. Hoc quidem circiter tempore Philes ei iam clarus eo argumento esse videtur, quod ad Michaelē Palaeologum, Andronici II. Aug. filium, et haud dubie collegam imperii, Androni-

ci vero III. Palaeologi patrem, qui vita excessit a. 1321. iambicos suos versus de animalium proprietate misc. at. Idem notat Doruillii errorem. — *Hamberger* scribit in Addeendis ad *zuerl.* Nachr. IV. pag. 842. sq. Philem vixisse ante a. 1321. *Harl.*

s) *Eumolpi Phile* expositionem MS. in quatuor Orationes Nazianzeni memorat *Labbeus* bibl. noua MSS. pag. 107. 385. *Fabr.* At *Wernsdorf.* praef. §. III. probat verisimilem *Caf. Oudini* coniecturam, *Eumolpum* non esse praenomen proprium, sed poetae *ἑμολπῆς* et canori, qui artem praeclare canendi sciuisset, elogium, adeo ut, quae de *Eumolpo Phile* commemorata leguntur, ad Manuelem nostrum Philam referri debeant. Vide supra in h. vol. pag. 452. sq. *Harl.*

t) *Iohannes Phile* memoratur apud *Iohannem Cantacuzenum* lib. IV. Hist. cap. 32. p. 339. *Ἰωάννης δὲ καὶ Φίλης τὸν Ἰωάννην, ὄντα τῶν ἐκπαίδων, δι' ἀρετῶν δὲ καὶ φιλοσοφίας βίᾳ πολλὰν ἀναπόνησιν ἐργαζόμενον, καὶ ὑποδύσαντα τοῖς ἄλλοις, καὶ ἁπλοῦς καὶ ἁπλοῦς, ὡς καὶ ἄλλοις. Haec *Iohanni Phile* tetralicha MSS. in Plalterium Davidicum tribuit *Lambertius* V. p. 356. [p. 247. et p. 719. ed. Koll. de cod. CCXLVI. nr. 15.] quorum principium: *τὴν ἀδελφὴν καὶ ἀδελφὴν ἰδίδε. Et VIII. pag. 466. [pag. 977. ed. Kollar. cod. L. nr. 2.] tetralicha in h. Viagratia et Iohannis Chrysostomum, quae incipiunt: ἑνὶ καὶ ἑνὶ. Verum in MSS. nudum tantum *Φίλης* nomen occurrit, itaque etiam illa Manueli potius tribuerim. *Fabr.* Accedit Fabricii iudicio *Wernsdorf.* qui de hoc aliterque Philes agit, l. c. arbitrans, *Lambecium* otioso isti homini, *Iohanni*, tribuisse varia carmina, forte, quod *Manuelem* ignorarit, et *Iohannem Philam* nouerit ex Cantacuzeni scriptis. *Harl.***

u) *Theodori Phile* mentio apud Acropolitam cap. 46. Confer *Theodori Doulae* notas p. 295. D. [et *Hanchium* de scriptor. Byzant. Pr. cap. 53. pag. 552.]

v) Hic *Michael* sacerdos Phile sub *Iohanne Comuena* vixit a. Ch. 1124. Vide *Montfaucon* Palaeo-

quam eodem metro condidit, et Augusto, electori Saxoniae, dicavit *Gregorius Besman-*

ius

Philae versus monodici in imper. Andronicum Palaeologum, qui nomen mutavit in Antonium. Inc. *τίς ἡ τσαούτη σύγχυσις*; — *Taurini* in bibl. reg. cod. CCCXIV. „vbi, (vt verbis utar auctoris cat. codd. gr. Taur. pag. 395.) *Man. Phile* tetrasicha, et epigrammata in praecipua christianae fidei capita, in IV. euangelistas et in deiparam, atque sanctos complures, eorumque imagines; tum iambici versus in laudem imperat. Michaelis Palaeologi iunioris, cuius temporibus floruit, et ad eundem de animalium natura et proprietatibus, aliique varii prorsus argumenti, diuersis inscripti viris illustribus, quorum maximam partem adhuc in bibliothecarum forulis ineditam latere existimauerim.“ — *Venetis* in bibl. Marc. *Philae* in Abraham, S. Trinitatem hospitio excipientem; contra inuidiam; de resurrectione; in hortum plura epigrammata *ἐν τῷ γυμνασίῳ τῷ βασιλέως Κυρίῳ Μανῶλ. τῷ* etc. et alia v. cat. codd. gr. Marcian. pag. 276. — Ibid. in cod. *Naniano* CXXVI. nr. 9. excerpta *ἐκ τῶν βιβλῶν τῶν Φιλῶν Μανῶλ.* — *apud* *ζῶν ἰδιώτην*, et nr. 10. eiusdem, (vt suspicatur Mingarell. in codd. gr. ap. Nanius p. 280.) epigrammata, s. alii iambi. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XLX. plut. 32. in quo varia Manuel. Philae supersunt carmina, quae vberius recensuit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. II. pag. 147. sqq. 1) *ἱεροῦ δαμασκηνῶν*. 2) ad quendam amicum versus C. paraenotici. nr. 3.) versus L. in Alex. M. nr. 4.) in eiusd. nuptias versus XXXIII. nr. 5.) ad Patriciotam versus XVI. nr. 6 — 9.) varia breuia carmina et epigrammata. 10) metaphrastici in domum Acathistae s. in laudem virginis. nr. 11 — 14) in codicem, (in quo Christi sanguis consecratur,) et in discum primi ac secundi, (in quo Graeci inter Missae sollemnia setum panem reponunt. Vide *Goarum* in Euchologio p. 117. et *Du-Cange* in Glossariis ad med. et inf. Graecitatem et Latinit. voc. *δίσκος*.) — nr. 15.) in vestigium magni Pauli inventum in monasterio deiparae, versus XCVIII. 16 — 22.) varia breuia poemata. In his est nr. 20. octastichum, in S. Georgium, ex albo lapide excisum, quod sub *Calliclis* nomine inter *Theodori Prodrumi* carmina Basil. 1526. 8. ap. Bebel. editum est. — Quod adnotandum est ad p. 141. in h. vol. nr. 4. fin. — 23) de animalium proprie-

tate; quod carmen multis recensuit *Band.* comparuit cum ed. Corn. de Paw, et, in quibus haec differret ab cod. aut quae desissent in eo capita, pluribus exposuit, etiam supplens quaedam, — nr. 24 — 40.) breuia poemata et epigrammata. — nr. 41.) versus CLXV. de resurrectione. nr. 42.) versus XCIX. de frumento. nr. 43.) de vna versus CLXVI. inc. *μὲν τὰ εὐχὰν, μὲν* etc. (edidit *Wernsdorf.* pag. 104. tamquam partem carminis quarti de plantis, vbi inc. *μὲν τὰ εὐχὰν, μὲν* etc.) nr. 44.) *ἀπὸ τοῦ* vers. XX. inc. *ὅτι τὰ εὐχὰν ταχύνει γυναικῶν* ap. *Wernsd.* est p. 126. pars carminis quarti *ἐν τῷ τοῦ* et inc. *ὅτι τὰ εὐχὰν* etc. suppleri igitur potest versus ex cod. Med. voc. *ὅτι* nam *Wernsd.* norat, syllabam desisse versui. — nr. 45. et 46.) breuia poemata — nr. 47.) versus XCIX. ad imper. quum quidam ipsum calumniati fuissent. — nr. 48.) versus XXXVII. ad Niphonem, qui patriarcha fuit Cyprian. ab a. 1312 — 1314. nr. 49 — 125.) multa poemata minora et epigrammata, quorum singulorum mentionem, interdum vberius, fecit *Bandin.* In his sunt nr. 123. versus XXVIII. *τῷ Ἀνδρόνικῳ Κυρίῳ* *Goarum*, et nr. 126. in *SS. Theodoros*. — nr. 126.) *Philes de se ipso*, carmen satis longum, in quo de laudibus diuersarum artium agit, nim. agrariae, pastoritiae, textoriae, fabrilis, piscatoriae, furoriae, venatoriae, mercatoriae, medicae, militaris etc. — nr. 127 — 211. bene multa minora carmina, et epigrammata, in his nr. 198. Philae carmen iambicum s. versus admonitici 108. quod carmen *Bandinius* in tom. I. p. 105 sqq. ex cod. VI. plut. 6. vbi tamen aliquanto longius est, nec nouum auctoris additum, tamquam anonymi ineditum, gr. et lat. sub titulo *ἐν χροῖ* exscriptum dederat. — nr. 212. carmen de elephantis in XXIV. capp. diuisum, quorum singulis sui praesiguntur tituli. — nr. 213. permuta carmina pii et sacri argumenti, a *Bandinio* copiose euarrata. — nr. 214 — 233. multa parua poemata. Horum omnium carminum Manuelis Philae plurima lucem nondum vidisse, animaduertit *Bandin.* — In cod. Laur. XXIV. nr. 19. plut. 37. *Phile* in *SS. apostolos* Petrum et Paulum se inuicem intuentes. v. *Band.* ib. p. 368. sq. — in cod. XXII. nr. 2. *Phile* versus iambici C. sepulchrali in *Rachymerem*. Vide *Bandin.* III. pag. 366. et *Wernsd.*

huc*) Annaebergensis, et Joach. Camerarii, cuius obitum in praef. deplorat, auctario graecis et latinis versibus p. 164-189. subiuncto editum Lipsiae 1574. 2) 4. luculentis typis, recusumque Heidelbergae apud Commelium 1596. 8. cum noua Bersmanni epistola ad Fridericum IV. Palatinum. [— Iambi de animalium proprietate, in Corpore poetarum graecorum tragicorum, comicorum etc. Genenae 1614. fol. in tom. II. p. 210. et auctarium *Ioachimi Camerarii* p. 237. *Harl.*] — In MSS. inscribitur: Τῷ Φιλῇ, Κυρῷ Μαγνηλ σίχρσι ἰαμβικοὶ περὶ ζώων ιδιότητος, εἰς τὸν βασιλέα Κύρον Μιχαὴλ Παλαιόλογον τὸν νέον. [v. *Coteler.* monument. eccl. gr. tom. III. p. 675.] Argumentum totum fere ex Aeliani Historia animalium desumptum est, ut iampridem monuit in suo de animalibus opere *Conradus Gesnerus*, atque

Iiii 3

in

Wernsdorf. carm. XI. p. 314. — *Philes* citatur quoque in violar. compos. teste *Bandin.* vol. I. pag. 549. — In *Montfauc.* diario italico pag. 18. citatur cod. bibl. Mediol. Ambros. *Phili* (an *Philae*?) carmina. — *Leidas* inter codd. Vossian. *Philes* carmina ad quemdam Comnenum, et fragmentum *Philes* ἀπὸ δημοσίων. v. cat. bibl. acad. Lugd. Bat. p. 398. nr. 52. et p. 402. nr. 7. — In cat. codd. Angliae, tom. I. p. 36. MSS. bibl. Bodl. inter codd. Th. Roe, nr. CCLXIV. *Phile* poemata varia etc. est ille codex, ex quo I. Chr. Wolf. scripsit apographum et ex hoc *Fabrie.* ac *Wernsdorf.* plura ediderunt. Item inter codd. Bodlei. nr. MMMLXXVIII. *Phile* de animalium proprietatibus cum animalium nominibus, de quo *Paw* et *Dornuill.* iam egerunt. — ibid. p. 270. in Ger. Langbaeni aduersar. in vol. nono *Philes* in anum *Φιλοπόρον* carmen iambico, plane mordax; eiusd. carmen ad imperatorem, it. de ravenno et de rosa. — tom. II. p. 226. inter libros Ed. Bernardi gr. cum codd. MSS. collatos, aut a viris doct. illustratos, nr. MMMMMCCCXCIX. *Phile* de animalibus. — *Monachii* in cod. CCIX. elect. poemata et versus ad Mich. Palaeolog. imper. secundum cat. codd. gr. Bavar. pag. 76. — *Philaes* epigr. in Nazianz. oratt. in codd. Caesar. *Vindob.* v. supra, p. 432. sq. in h. vol. sub *Eumolpi Philae* nomine. *Laubecius* vero nudum *Philae* nomen tantum posuerat. vol. III. p. 456. sqq. — In cod. LX. caesar. nr. 9. index graecus quorundam poematum Theodori Prodromi, Io. Pselli, *Philae*, Calliclis et Nicephori Callisti. v. *Laubec.* III. p. 273. et confer supra, in notitia codd. Laurent. — In bibl. quondam *Vffenbach.* Francof. ad M. exstitit carmen mst. in *monachum leprosum*, quod *Mainus* in bibl. MSt. Vffenbachiana, part. II. p. 387. adscribebat *Philotheo*, et paucula

ex illo excerptit; sed *Mainus* et nomen auctoris et quaedam alia male legisse, nec recte interpretatum esse, docuit *Wernsdorf.* in sua edit. pag. 51. sqq. vbi carmen illud *Phile* adseruit atque edidit. — In eod. cod. *Vffenbach.* sequitur carmen in imperatorem, et *Mainus* isidem p. 538. *Philothel* esse putabat; ac *Wernsd.* p. 66. sqq. (vbi multum est in de carmine et de auctore, nec non de imperatore, ad quem scriptum est,) docet primum auctoritate cod. *Augustani Vindel.* ex quo edidit illud, auctorem esse *Philen*, tum, scriptum esse in Andronitum seniolem, et quidem circa a. 1376. vixisse adhuc Michaele Palaeologo iunioris in quo adulescente Andronico iunioris; carmen vero ipsum esse panegyricum et encomiasticum, nihilque continere aliud, quam laudes Andronici. — De codd. *Mosquens.* postea locus erit differendi commodior. Add. *Oudin.* l. c. *Harl.*

γ) In Io. Dieterici dissertatione de claris Annaebergensibus pag. 51. male inter Bersmanni scripta et ex typographi vitio refertur *Philo graecus scriptor latinis versibus ab eo redditus*, pro *Phile. Fabr. Bersmannus*, auctoritatem praeceptoris sui, Camerarii, sequutus, plurima, ut *Philen* ad metrum reduceret, in graeco contextu mutauit; ideo a Cornelio de Paw, qui *Philen* istum Bersmanninum spurium et adulterinum vocauit, more suo grauiter acerbeque notatus. Conf. quae scripsi in Introduct. in hist. L. Gr. II. 1. pag. 522. inprimis *Freitag.* in adpar. litter. tom. II. p. 901 — 906. *Harl.*

ζ) In cat. *Pinell.* II. pag. 291. nr. 4323. signatus est a. 1575. *Harl.*

in praecclaris de insectorum generatione observationibus *Franciscus Rhedi*. Versus sunt non iniuvales, etsi quandoque more recentis Graeciae numeri syllabarum potius, quam metri rationem observatam *Berlinmannus* observat; sed plura capita in editis desunt, quae e MS. *Bodleiano* CCCLXIV. licebit supplere, et plura etiam in editionibus ipsius [P] castigare, si quis hunc scriptorem expoliendum in se suscipere voluerit. *Fabr.*

[Atque postea duae editt. meliores sunt curatae.

Phile de animalium proprietate, ex prima editione *Arsenii* et libro *Oxonien*si restitutus a *Io. Cornelio de Paw* cum eiusdem animadversis. et versione latina *Greg. Berlinmanni*. Acc. ex eodem libro *Oxonien*si non pauca hactenus inedita. Traiecti ad Rhen. ap. *Guil. Stouwer*. 1739. 4. Ab *Abrah. Gronovio* acceperat edit. *Berlm.* cum MSto *Oxonien*si collatam, dein varias lectiones, ex *Arseniana* edit. descriptas. Ex his subsidiis aditus est *Philen* integritati suae restituere, *Berlinmannianis* eliminatis. Conf. tamen censuram in *Actis* erudit. *Lips.* m. Jun. 1730. pag. 277. sq. ubi censor miratur, qui factum sit, ut, quum toties de *Additamentis* ex msto *Oxon.* aditionuerit editor, oblitus tamen sit docere, *Fabric.* pridem ex MS. *Bodleiano* aliquot eius generis additiones, (quas *Fabr.* in vet. bibl. gr. h. l. subiunxerat, ego vero in nova hac ed. repetere nolui,) euulgasse. *Paw.* quoque in illa ed. ex MSto *Bodl.* edidit *Philae* carmen *περί Ναυτίλας* id ignorans vir doctus *Anglus*, illud quoque, at ita, ut nonnulla loca aliter ex cod. exhibita, nonnulla feliciter emendata conspicerentur, ex eodem cod. additis paucis notis, euulgavit in *Miscell. obsl.* in auct. vol. II. tom. III. secundum edit. *Amstel.* 1733. pag. 385. in qua versio *I. C. de Paw* est subiuncta. — In eod. tomo pag. 425. sqq. est *Doruillii* *ἐξέτασις* in Iambicum *Philae* de *Nautilo*, (de qua et lite inde orta iam antea me aliquoties agere memini,) ubi postquam multa de *Philae* aetate scriptisque docte quidem atque ingeniose, nec tamen omnino vere disputarat, pag. 438. sqq. aut multa ipsius poematis loca corrigit explicatque, aut *Corn. de Paw* lectiones mutationesque examinat. — In iisdem *miscell. obsl.* vol. VI. tom. I. p. 157. sqq. sunt *Philetas* (forsan *Doruillii*) *Obsl.* ad *Philen* de animalium proprietate. Is vero codd. et *Bodleian.* et *Th. Roë* cum ed. *Conunel.* contulerat, et, quae prior praeter edita exhibebat, descripserat. Quare multa ex iis, etiam ex ingenio correxit et *Corn. de Paw* saepe refutavit. Pag. 166. sq. publici iuris fecit carmen de *bombyce*, *περί σφροσπώληκος*, gr. ex cod. *Roci* descriptum. rec. in ed. *Wernsd.* pag. 300. sqq. — In vol. VI. tom. II. *Obsl. misc.* pag. 452. sqq. idem *Philetas* continuavit observat. suas criticas in *Philes* iambos de proprietate animalium. Add. notam in vol. IV. tom. II, p. 212. sq. de *Phile*, in primis contra *Paw*.

Nouissima plurimum *Philae* carminum editio est:

Manuelis Philae carmina graeca, maximam partem e codd. *Augustanis* et *Oxonien*sibus, nunc primum in lucem producta, aliqua etiam iterum publicata; omnia nunc in unum, excepto poemate de animalibus, collecta, emendata, latine interpretata et annotationibus illustrata. Accedunt ignoti poetae antiquioris carmen in *S. Theodorum* ex *Augustano* cod. nunc primum editum: praemittitur dissertatio de *Philae* vita, aetate et scriptis. cura *Gottlieb Wernsdorffii*, (Prof. quondam *Gymn. Gedanensis* cel.) *Lipsiae*, ap. *B. C. Breitkopf.*

et

et fil. 1768. 8. Praeclaræ huius edit. quæ etiam iure laudatur in ephem. litt. Götting. a. 1768. part. 79. mentionem iam fecimus frequentem. Singulis, saltem plurimis carminibus, præmisit introduct. in qua de auctore, carmine ipso aliisque rebus doctè disseruit. Multa ex cod. Bodleiano, siue potius apographo illius Wolfiano, postea I. A. Fabricio communicato, et ex schedis Fabricianis ab Herm. Sam. Rehnaro ad Wernsdorf. transmissis, ex Fabr. bibl. Gr. et cod. August. publicavit aut iteravit, eruditique illustravit animaduerſi. In præfat. agit de Philæ vitæ eiusque scriptis tam editis, quam deperditis, aut nondum editis. Insunt autem in hac edit. 1) carmen longum in S. Theodorum, ex cod. August. In introd. multus est de *Theodoro*, qui graeco cognomine *σεατηλάτης*, latino *Tiro* adpellabatur. (conf. infra, in vol. IX. p. 147. vet. ed.) et de auctore, (monacho quodam CPolitano,) carminisque ætate, circiter a. 1234. probabiliter scripti. — 2) carm. in *monachum leprosum*. — 3) carm. in *imperatorem*, quem fuisse demonstravit *Wernsd.* Andronicum seniore. 4) carm. de *floribus*, aut potius de plantis, in apographo Reimariano plane conturbatum misereque confusum, et a Wernsdorf. in ordinem redactum. 5) *Ἡθιοποιία* s. carm. in Cantacuzenum, ex cod. Augustano. 6) sex epigrammata. 7) carm. s. iusiurandum ad imperatorem, quo adfirmat, nil ignominiosum a se in chronographia aduersus imperatorem fuisse scriptum, ab Hontero ex Britannia adlatum et inter carmina Theodori Prodromi ab Hier. Guntio olim editum Basil. 1536. 8. vnde repetiit Wernsd. — 8) de elephante etc. quod carmen Fabr. olim in bibl. Gr. ediderat; sed Wernsdorf. ex Reimari apographo et ex coniectura emendavit, isque primo monuit Fabric. tum omisisse interpretationem, tum emendationem carminis, valde mendose editi, dein refutavit Philippi Labbei opinionem, ex primo et ultimo versu, — μέγιστε, τὸ γένος λέων, conceptam, carmen dicatum esse *Leoni Augusto*, et Doruillii sententiam, in Misc. obsf. II. pag. 431. id antiquioris cuiusdem esse Philæ, inscriptum *Leoni VI.* sapienti, mortuo a. 911. denique docuit, auctorem esse Man. Philam et oblatum id Andronico imperatori forsan a. 1308. atque nomen λέων h. l. esse allegoricum, et sensum esse verborum, *imperator, qui ita regnas inter homines, ut leo inter animalia.* — sed compara iudicium cl. *Matthæi*, paullo inferius adlatum. 9) carm. de *bombyce*, ex Doruillii misc. obsf. tom. VI. pag. 166. repetitum. 10) epigrammata varia, partim ab Allatio, partim a Lambecio, partim a Fabricio antea edita, (atque *Allat.* in Excerptis variis graecorum Sophist. etc. p. 399. sq. graece ediderat *Ἐμμανυὲλς τῷ Φιλῇ* epigr. in S. crucem et duo epigramm. in Ioan. Chrylostomum;) et *preces ad Spiritum S.* cum interpretatione Cotelærii, ex huius monum. eccl. gr. tom. III. p. 520. — nr. 11) epitaphium Georgii Pachymerae ab *Allatio* in diatribe de Georgiis pag. 373. vulgatum et repetitum a *Fabr.* bibl. Gr. tom. X. p. 718. — 12) epitaphium in Io. Phacrasem, primum in lucem prolatum ab Allatio in libro contra Creyghtonum indeque repetitum a Fabricio bibl. Gr. X. p. 542. add. Wernsd. præf. §. VII. Sed suppleri potest ex cod. Laurent. XIX. nr. 205. in quo constat carmen versibus LXIV. desunt igitur in edit. 20. versus. v. *Bandin.* cat. cit. II. pag. 168. — 13) duo carmina in templum Euergetæ, a Car. du Fresne primum confuse euulgata in CPoli christiana lib. IV. cap. 1. pag. 79. a Wernsd. autem in ordinem suum redacta. Haec sunt Philæ carmina, a Wernsdorfio collecta. Sed numerus eorum e codicibus, præcipue ex cod. Laurent. Medic. valde potest augeri; id quod vel ex notitia codd. a nobis supra exhibita, colligi potest: atque ipse Wernsd. in præfat. in fine §. X. varia indicat carmina, quæ in bibliothecis adhuc latent. Aliis igitur et in pluribus colligendis et vero

emen-

emendandis amplissimam reliquit segetem: quod etiam clare ostendit cel. *Matthaei*, Prof. Wittenberg. in *Lips. A. L. Anz.* a. 1804. nr. 33. [atque inde in *Commentar. Soc. phil. Lipsiae. Vol. I. pag. 181. sq.*] ubi dedit notitiam nonnullorum codd. et poematum Philae. Docuit enim primus, Wernsdorf. in cod. bombyc. saec. XIV. quo utebatur, multa quidem recte legisse, interdum tamen errasse, quod pluribus probavit exemplis locaque idem emendavit. Tum commemoravit tres codd. *Mosquenses*. In primo, (collato Wernsdorf. ad Philae carm. X. 4. pag. 308.) sunt Philae XVI. (vel potius quia in secundam et tertiam Greg. Naz. homilias duplicia sunt.) XVIII. epigr. in hom. Greg. Nazianz. et speciminis loco dedit *Matthaei* duo epigramm. gr. Reliqua et alia adiecerat suae edit. *S. Gregorii Nazianz.* binarum oratt. Mosquae 1780. 4. — Secundus cod. saec. XV. continet inter alia *Μετὰ Φερων τῶν οἰκῶν* (h. e. hymnorum aut breuium precum) *τῆς ὑπεραγίας Θεότης* inc. *Σὴ τῇ στρατηγῶ τῶν βροντῶν ὑπερμάχῳ*. — In tertio cod. exstant inter alia etiam 1) *τῆ Φιλῆ σίχοι διαφοροὶ λαμβικοί*. Inc. *Ἀνδρῶπε δεῦρο σῆθι καὶ σκόπει τάδε* 2) eiusd. *εἰς τὴν ὁσίαν μαρίαν τὴν αἰγυπτίαν*. inc. *Σκίαν σκιάς ἐγραψας* 3) eiusd. *εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον*. inc. pariter *Σκίαν σκιάς ἐγραψας* 4) eiusdem *εἰς λῖδον σφαιροειδῆ κεῖον* (Chrysell) *ἐν ᾧ ἦν γεγλυμμένος ὁ δεσποτικὸς τύπος*. inc. *Ἰδὼς ὁ λῖδος ἕως, οὐκ ὄντως λῖδος* 5) *ἐκφράσις ἐλέφαντος ἐν Φιλῆ σίχοις*, quod poema editum est a Wernsdorfio pag. 254. sqq. Enimvero et *Matthaei* ex inscriptione, quae deest apud Wernsdorf. colligit, id poema non ab ipso Man. Phila esse scriptum, sed ab alio iis versibus, quibus Philae utebatur; esse igitur vel adpendicem vel imitationem maioris Philae operis *περὶ ζῶον ιδιότητος*. — Camus exhibuit varias carminis *de nat. animal.* lectiones ex quatuor codd. Parif. quos diligenter descripsit, et notitiam carminis litterar. dedit in: *Notices et extraits de MSSs de la bibl. nationale etc. Parif. tom. V. an. VII. in 4. nr. XXXVII.* Tres codd. sunt ex tribus diuersis codd. manu elegantissima *Ange Vergece*, Cretensis a. 1554. descripti.

Omnia haec latius exposui, ea mente, ut cognoscerent alii, quantum laboris atque honoris eo consequendi adhuc supersit in Philae carm. denuo colligendis, atque excitarentur ad nouam forsitan edit. pleniorē curandam; omnes autem intelligerent, a me haud immerito in noua hac bibl. gr. editione praetermissa esse omnia ea, quae multa sunt, Philae carmina, quae, ex apographo Bodleiani codicis sumta, olim Fabr. hic inseruerat. Priora enim carmina *περὶ γένους* etc. ex eodem cod. a Io. Corn. de Pauw, reliqua a Wernsdorfio sunt edita, aut recusa. *Epitaphium* autem *Irenae Augustae*, et carmen in *Alexium ac Ioannem*, a Fabricio nostro Philae adtributa in lucemque prolata, quae, ut iam supra monui ad not. v. p. 619. abvnde demonstrauit Wernsd. in praef. §. XI. non a *Manuele nostro Phila*, sed a *Michaelē Phila*, sub imperio Io. Comneni saec. XII. viuentē, esse composita, et illam *Irenem* filiam fuisse Vladislai, Panoniae regis, et nuptam Io. Comneno, Alexii imp. filio, denatam vero in Bithynia a. 1124. nec illa in suam recepit collectionem, ex hac bibl. gr. editione excludenda duxi. *Harl.*

[P] XVIII. Est mihi praeterea in manibus volumen, excusum apud Claudium Chaepetum Parif. 1609. 8. hoc titulo: *POETAE GRAECI CHRISTIANI una cum Homericis Centonibus ex sanctorum Patrum operibus collecti, et utraque lingua seorsim editi in usum Gymnasiorum Societatis Iesu.* In hoc volumine praeter *Ὅμηρονεργα* siue Homericos Centones *Eudociae*, de quibus dixi lib. II. cap. 7. [§. III. et IV. vol. I. p. 551. sqq.] continentur:

Fra-

Fragmenta *Ezechielis*, tragici poetæ, ex eius *לְאָוִי* fuit educatione populi Israeli-
tici ex Aegypto, de quo itidem dicere me memini lib. II. cap. 19. [vol. II. p. 305. fq.]

Fragmenta *Theodoti* ex poemate heroico de Iudæis, servata ab *Eusebio* IX. 4. præparationis evangelicæ.

Iohannis Damasceni carmina iambica εἰς τὴν Θεογονίαν, εἰς τὰ Θεοφάνεια, εἰς τὴν Πεντηκοστὴν et precatio versibus anacreonticis, quae incipit ἀπὸ ὑπαρῶν χειλέων. Huic Iohanni Damasceno eiusque poematis ceterisque scriptis proximo volumine caput singulare a me destinatum est.

IOANNIS GEOMETRAE Myndi **) quatuor elegiaci in S. Virginem, [P] cum
metr.

40) *Hosce hymnos in corpore poetarum graecorum heroicorum et elegiacorum etiam utraque lingua vulgatos* Geneu. 1614. fol. pag. 746. primus cum Metaphrasi sua latina vulgavit et Gregorio XIV., pontifici, dicavit *Federicus Morellus*, Paris. 1592. 8. Ab eodem a. 1595. 8. in lucem graece et latine editus est Iohannis, geometrae, *Paradisus*, siue epigrammata tetraistica XCIX. moralis argumenti, et dicta factaque SS. Alcetae, Achillae, Agathonis, Apollinis, Antonii, Arsenii, Bessarionis, Carionis, Esaiæ, Eutropii, Heliodori (al. Isidori) Lucii, Matois, Miltiadi, Pioris, Pittaci, Pityrionis, Simonis, Sisoia, Theonis et Zenonis referentia. *Iohannes Geometra* saepius citatur in Catenis graecis in Lucam, etiam in Catena aurea Thomae Aquinatis, [Atque ex Morelli ed. rec. in Appendice bibl. patrum per *Marin. de la Bigne* Paris. 1654. et in tomo XIV. ed. 1654. fol. gr. ac lat.] 'Combesio in bibl. Concionatoria ante annos DC. vel DCC. vixisse videtur. Iambicum Metaphrasin Canticorum S. Scripturae a Iohanne Geometra non infeliciter concinnatam habuit MS. Leo Allatius, ut ipse narrat de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 62. Atque Paraphrasin cantici deiparae legi in codice Colbertino ad Apollinariam Platonii canticum, Causius in glossa, q. graeco adnotavit. Similiter in codice Barocciano XXVI. Bodleianae bibl. Canticum Moysis a Geometra μεταφρασθέν ad calcem Apollinarius occurrit. Ceterum *χαίρειτες* illi, siue hymni quatuor in b. Mariam, quorum singula disticha a vocabulo *χαίρει* incipiunt, exstant etiam MSS. in bibl. *Vaticana* [v. *Mossauc.* libl. biblioth. MSS. I. pag. 5. C.] et in caesarea, sub

Vol. VIII.

nūcto, nescio cuius, in Geometrae laudem ἡμελε-
γός. Exstant etiam vna cum epigrammatis varis
iambicis Mōta in codice, quem regi christianissi-
mo dono dedit Antonius Barchus. [Conf. in-
fra, vol. X. p. 478. et V. et p. 492. nr. XXXII.]
Vide Banduriæ notae ad antiquitates CPol. pag.
877. et 881, qui Geometram pessimum poetam ad-
pellat, indigno pro ætate iuprimis, qua vixit,
elogio. Eius Homilias siue sermones in passio-
nem Christi atque in b. Virginem, alterumque
ἐξόδιον συναγωγῆς ποιήσας in domitionem Deiparae,
et tertium ad celebrandam ipsius Θεογονίαν siue χαριστήριον
evolutis memoratis *Allanus* de Simeonibus pag.
94. 95. 104. In altero sessante, sc. etiam apocry-
phas de Maria tractationes, quae evangelistarum
scriptis non aduersarentur, adtexuisse: συναλεκτὰν
δὲ καὶ ἡμῖν ἐ μόνον ὅσα παρὰ τῶν Εὐαγγελιστῶν τε καὶ
Προφητῶν, ἀλλὰ καὶ ὅσα παρ' αὐτῶν τῶν Ἀποκρυφῶν
ἀνελεγκόμεθα, σύμφωνα καὶ ταύτης δηλαδὴ καὶ ἀπείδη-
τα τοῖς Εὐαγγελιστοῖς καὶ Προφήταις· καὶ τὰ μαρ-
τύροις καὶ Θεολόγοις Πατέρεσι καὶ διδασκάλοις. Εἰσέτι
καὶ πάντα ὅσα δίκαιος εὐσεβής καὶ πιστός. Fabr.
Conf. infra in vol. IX. inter Scotorum elogia et
vitas, pag. 26. §. XV. ib. p. 90. 115. bis. — De
eius comment. in Hermiogentim, supra, in vol.
VI. pag. 75. sub finē ad: Oudin. comm. de
sanctor. eccles. vol. II. col. 617. — Ioannis,
Geometrae, Protothroni (Ἰωάννη πρωτοθρόνῳ τῷ γε-
μέτρῃ) οὐκ. δι. malo, quae mali siue pomi laudes
persequitur, eiusdem encomium quercus; ecphtas-
is horri; alia ecphrasis et enecomium quoddam,
quod inc. τί δὲ καὶ τὸ μέλι; sunt in cod. Barocc.
XXV. v. cat. codd. Angliae etc. I. p. 3. Prima
oratio de malo existat quoque in cod. reg. Matrit.

K k k k

LXXII.

metaphrasi *Federici Morelli*, subiectis octo versibus iambicis, quibus auctor ait, se vnus e SS. Trinitate parentem perfecta decade, trecentis versibus, (tot enim *ἑχάρε* complectuntur illi hymni,) celebrasse, hexametros autem, vt perfectiores, imperfectioribus pentametris iunxisse, vt illi diuinam, hi humanam Christi naturam denotarent.

Δι τρεῖς ἑκατοντάδες. σε τῶν τριῶν ἓνα
Τεκῶσαν ὑμέτεσι, Μῆτερ, παρθένον,
Θεὸν τέλειον καὶ βροτὸν τίκτες, Κίρη.
Δεκάς τελέα, καὶ μεγίστη σοι χάρις.
Μέτρῳ μιν γέντος κρείττονος τῷ χείρονι.
Καλῶ δὲ κρείττον τῷ τόνος τὴν ἐξουσίαν,
Χείρον δὲ τὸν μείζον ἐν χώραις δυσί.
Θεὸς τὸ κρείττον, τῷ βροτῷ τὸ δεύτερον.

Incerti hymnus in b. Deiparam alphabeticus, ita vt singuli versiculi vocabulis, ab eadem littera secundum ordinem alphabeti incipientibus, consent:

Μέλπωμεν Θεόπανδα, Θεέκελον, ἀφ' ὁροσύμην.
[P] Ἀσπερον, ἀγνωστότην, ἄχραντον, ἀνακτοτόκεον,
Βασιλίδαν, βασιληγενέα, βασιληγενέτειραν etc.

Clementis, Alexandrini, Hymnus in Christum, cum latina Fed. Morelli Metaphrasi.

Senarii

LXXXII. ex quo illam exscripsit et graece euulgauit *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 301. sqq. — *Florentinae* in bibl. Laurent. cod. X. nr. 6. plut. 5. *Io. Geometras* versiculi iambici in martyrium Pantelocemonis. — in cod. XXVII. nr. 4. explicatio IX. canticorum ecclesiae ex ore *Ioannis Geometras*, carmine iambico, quae *Baudinius* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 65. sqq. graece publicauit, (et p. 23. de cod. Laur. antea memorato egit.) Idem adnotat, primum illoꝝ etiam esse in cod. Haroc. citato, omnia vero haberi in cod. *Colbertino* nr. MCCCCLXXVI. ex quo sibi olim comparasse *Leon. Allatium*, hoc ipso teste in diss. de libris eccles. tom. II. p. 617. denique exstitisse etiam in bibl. *Vffenbachiana*, indice *I. Henr. Maio* in bibl. *Vffenb.* MSta, pag. 482. qui argumenta singulorum recensuit, et primum atque vltimum carmen tamquam inceditum in lucem protulit. — In bibl. *Escorial.* *Io. Geometras* carmina, totum certamen martyris Pantelocemonis continentia, teste *Pluero* in itiner. per Hispan. pag. 176. — In bibl. *Coislin.* cod.

CVI. fol. 177. *Io. Geom.* sermo gratiarum actionis in adnuntiationem deiparae. Vid. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* pag. 181. — ibid. p. 251. memoratur *Nicetae* collectio interpretationum ex diuersis interpretibus, (in his, *Ioan. Geometras*.) in euang. secundum Lucam. — *Io. Geom.* quidam hymni sunt in bibl. *Parif.* publ. codd. DCLXXXVII. — MDCXXX. nr. 15. — MMCCCVIII. nr. 9. — MMDCXXXIII. et in MMDCCCXCII. canticorum scripturae metaphrasis, *heroids* versibus. — *Monachii* in bibl. *eleq.* cod. CL. eadem: v. cat. codd. gr. *Bauar.* p. 38. vbi forsau rectius scribitur, *versibus iambicis*. — *Vindobonae* in cod. caesareo theol. CCLXXXIX. nr. 30. quatuor hymni in deiparam, cum anonymi epigrammate in *Io. Geometram*, sec. *Nesslii* cat. part. I. p. 398. aut sec. *Lamber.* comment. V. pag. 547. sq. de cod. CCLIII. — *Mediolani* in bibl. *Ambros.* in passionem Christi, teste *Montfauc.* in bibl. bibliothec. MSS. I. p. 499. E. eodem adnotante ib. II. pag. 1327. D. *Io. Geometra de coelo*, gr. inter codd. de *Mcine.* *Harl.*

Senarii iambici, incerto auctore, in eiusdem *Clementis* Paedagogum.

Simonis Metaphrastae iambi XX. ad eos, qui ad sacram mensam accedere volunt.

Hiscē *Metaphrastae* iambis illa collectio poetarum graecorum christianorum [in nota superiore memorata] clauditur. Adiunxit autem eidem in meo volumine bibliopegus, quae et ipsa hoc loco referam, alia a iorum apostasmatia, 1) *ἔχεις ἀδελὰ περὶ τῆς ἀγίας Βαρβάρας*. Incerti scriptoris *carmen iambicum*, versibus LXIV. constans, extrema parte mutilum in laudem *S. Barbarae*, virginis martyris, ex bibl. regis christianissimi cum *Metaphrasi* latina iambica *Fed. Morelli*, qui iambos graecos vetusti scriptoris in *Alexium*, martyrem, et socios, et Antonii Mureti, Iacobique Maussaci poëmatia latina in *Barbaram* cum graeca sua *Metaphrasi* subiunxit Paris. 1614. 8. 2) Anonymi veteris, qui testem se oculatum perhibet *ἐκφρασιν περὶ τῶν ἐν Ἱερουσολύμοις Κυριακῶν Θεμάτων*, siue *descriptionem situs locorum sacrorum et rerum memorabilium Hierosolymae*, versibus politicis CCLX. et *Nicephori Xanthopuli* *ἄλωσιν Ἱερουσαλὴμ*, *excidium Hierosolymitanum*, versibus iambicis CLXIII. utrumque cum *Metaphrasi* latina iambica eiusdem *Fed. Morelli*, qui praeterea prosarium scriptum *Epiphani* monachi, periegesin terrae sanctae cum versione sua addidit, totumque volumen inscripsit: *Expositionem thematum Dominicorum et memorabilium, quae Hierosolymis sunt*. Paris. 1620. 8. Ex his, *Nicephori* carmen, ab eo tempore recusum, non memini; at *ἐκφρασιν* illam sub *Perdiccae* nomine *συμμίκτοis* suis inseruit *Allatius*, in quibus etiam *Epiphani* libellus legitur, ut dixi in hoc volumine p. 99.

XIX. Inter poëtas graecos christianos celebratissimus est GREGORIUS, Nazianzenus, de quo peculiari capite dictum, quemadmodum etiam de IOHANNE DAMASCENO. De THEODORI quoque PRODROMI carminibus sacris tradere me memini in hoc volumine pag. 137. 199.

Poëtis christianis elegantioribus etiam accensendus venit IOANNES [P] MAVROPVS^{bb)} monachus, atque inde metropolita EVCHAITENSIS, siue *Euchaniae*, (quae etiam *Theodoripolis* a Theodoro, martyre, dicta, cui templum Io. Zimisces, uap., condidit, vrbs Heloponti, prouinciae in Asia minori,) qui scripsisse se testatur temporibus Constantin, monomachi, Zoës ac Theodoraë, h. e. circa a. C. 1050. Rogat enim p. 43. Christum, vt, quemadmodum in fornace Babylonica olim tribus iuuenibus, sic etiam in imperio tribus hiscē adsit ope sua.

Οὗτος γὰρ ὥσπερ τοῖς τρεῖσι νεανίοις
Συνὴν τέταρτος ἐν μέσῳ Φλογὸς πάλαι,
Οὕτω πάλιν τέταρτος ἔσθ' καὶ νῦν θάδε,
Δροσιμὸς ὑμῖν ἐν βασιλείοις μέσοις.

Kkkk 2

Tp

bb) *Μαυρόπας* idem est ac *Μελανόπας*. Confer *Lambecium* tom. 1. pag. 149. [pag. 272. ed. Kollar. conf. de eo *Oudin.* comm. de scriptor. ecc.

II. pag. 606. *Caus* hist. litter. script. eccles. II. pag. 139. ad a. 1054. *Harl.*]

Τὸν ἡλίον σε πρῶτα σώζων, καὶ νέμων
 Ζωὴν ἄλυπον, εὐτυχῇ, νικηφόρον,
 Καλοῖς τε τοῖς σύμπασιν εὐθνεμένην.
 Ἐπετα ταύτην τὴν σελήνην τῷ κράτῳ
 Τὴν κοσμολαμπῇ, καὶ διαπρεπεστάτῃ,
 Τὴν ἑδὲν ἄλλο πλὴν ὃ κέκληται μόνον,
 Ζωὴ γὰρ ὄντως ἡ ΖΩΗ τῷ νῦν βίῃ,
 Τρίτην δέ μοι σύνταττε καὶ τὴν δευτέραν
 Τὸ Φαίδρον ἄστρον τῷ πανολβίῳ σέφει
 Ἡ τὴν ἐκείνης αὐταδέλφην ὡξίαν
 Ὁ παντὸς ἄλλοι μείζον ἐκ ἐνδοξίαν.

Ad eandem Zoën ac Theodoram referendum carmen p. 44. Ἐς τὰς δεσποίνας, quo nec imperatorem celebrare omittit.

Τὸν εὐγενῆ μὲν, εὐτυχῇ δὲ δεσπότην,
 Τὸν εὐτυχῇ μὲν εὐσεβῇ δὲ καὶ πλεόν,
 Τῆς ᾧς τὸ θαῦμα, τὸν μέγαν ΜΟΝΟΜΑΧΟΝ,
 Ὃν ἡ πρόνοια κοσμικῶν κακῶν λύσιν
 Ἐδείξεν ἡμῖν, καὶ καλῶν πάντων βεῖσιν.

Adde carmen in Constantini, monomachi, imaginem, ἐν Εὐχαῖστοις apud Euchaitenses dedicatam, cum particula crucis Christi pag. 47. [P] Plura in monomachi laudem pag. 23. et 51. " atque in Theodoraë pag. 52. Sed imperatoris obitum deflet p. 54. seq. Neque illi tantum et Zoae ac Theodoraë fuit superstes, sed etiam Alexii Comneni attigit imperium, siquidem in iure graeco romano lib. III. p. 215. inter metropolitanos qui Nicolao, patriarchae CPol. mense Iunio indict. 15. (hoc est Christi 1092. Alexii Comneni 12.) adfederunt, memoratur ὁ Εὐχανέας Ἰωάννης.

In S. Theophylactum quoque, qui et ipse Alexii Comneni contigit tempora, exstat epigramma p. 47.

[Auctore Caus. l. c. scripsit Io. Mauropus]

Orationem encomiasticam in tres SS. patres, Basilium M., Gregorium Theologum et Io. Chrysostomum. In cod. Vindob. caes. CCIV. nr. 6. v. Lambec. comment. V. pag. 11. sq. Meminit etiam eius orat. Leo Allatius in diast. de Symeonum scriptis, pag. 105. vid. quoque supra de Chrysostomo, et infra vol. IX. p. 62.

Orationem ἐκ τὴν μνήμην τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Θεοδώρῳ, ᾧ τῷ περὶ τῆς πρὸς ἡμῖν δ' ἐν ὁσπίνια τὰ καλὰ, τὸ τῷ λόγῳ quam confundit Nesselius in cat. codd. caesar. part. I. pag. 224. cum priore.

Causo-

cc) Nonnulla cum Argoli latina versione refert Allatius de libris ecclesiasticis Graecorum pag. 97. vbi etiam titulus integrior, αἱ τὸ βιβλίον

τῆς διακονίας τῷ τροπαιοφόρῳ, pro quo Bustus tantum edidit: Εἰς τὸν τροπαιοφόρον.

Canones paracleticos, siue carmina consolatoria 24. ad Christum, soteria. In cod. *Vindob. caesareo theol.* LXXVIII. secundum Nesselii cat. nr. 1. fol. 1. Vnum quodque carmen peculiarem suam habet acrostichidem, quae, itidem vt quaelibet ode, nona, nomine Ioannis insignita est. Haec et sequentia cantica siue canones diligentius fasiusque recensuit *Lambec.* comm. V. p. 560. sqq. de cod. (vti numerat,) CCXIX.

Ibid. fol. 77. pag. 2. alia sunt duo cantica ad Christum, soteria, sine acrostichide et nomine auctoris.

Ib. fol. 83. pag. 1. *Canon.* siue canticum ad Sctum angelum custodem. — fol. 88. pag. 1. *Canones* siue cantica 67. ad Mariam, deiparam, quorum vnum quodque peculiarem suam habet acrostichidem, et itidem, vt quaelibet ode, nona, nomine Ioannis est insignita — fol. 315. p. 1. *canones* siue cantica 11 ad S. Ioannem, baptistam, eodem, quo priora, modo condita. — Aliquot *canones paracletici* sunt etiam in cod. caesar. CCCIX. fin. v. *Lambec.* V. p. 575.

Ibid. cod. CIII. continentur eiusdem CIL. *sacra iambica*, praefixa ipsius epitome. Curatius descripsit *Lambec.* hunc cod. quem numerat CCXI, in comment. vol. V. pag. 66. sqq. et singulorum poematum inscriptiones atque principia posuit, itemque correxit *Hippolyti Maracci*, Lucensis, qui in bibliotheca Mariana de Ioannis Maur. aetate, tamquam re incerta agit, et *Sim. Wagnereck*, qui in Pietate Mariana Graecorum, part. I. in Prolegom. nr. XXV. scribit, se nondum quidquam de nostro inuenisse, quod viris doctis probare se posse confideret. Ipse tamen *Lambec.* ignorauit edit. *Busti-Etonensem*, miratus, poemata sacra memorata a *Io. Meursio* sexies citari in Glossario graeco-barbaro, et quidem velut iam edita. Sed *Kollarus* iam in nota A. loco nostri Fabricii adlatò certiora docuit.

Idem *Io. Maur.* scripsit vitam *S. Eusebiae*, apud Euchaitas in magna veneratione habitae; item vitam *S. Dorothei iunioris* in *Chiliocomo*, ex quibus fragmenta quaedam prolata esse a *Leone Allatio* in libro de consensu vtriusque ecclesiae in dogmate de purgatorio p. 754. indicat *Caue*. Add. ipsum *Fabric.* in fine sectionis de *Io. Maur.*

